PROMPTUARIUM EPISCOPORUM SEU EPITOME OMNIUM CONCILIORUM PROUINCIALIUM, ...

Aimone Corio

Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
B
568
NAPOLI

C
8
27

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Vill B 56 8

PROMPTVARIVM EPISCOPORVM

SEV

EPITOME

Omnium Conciliorum Prouincialium,
Synodalium, & Viſitationum
Apoſtolicarum,

Quæ à D. CAROLO ad hanc vſq; diem prodierunt.

OPVS

Nedum ad Mediolanenſis, ſed & omnium totius
Chriſtiani orbis Eccleſiarum reformationem,
expeditiſſimum.

A R. P. D. HAYMONE CORIO
Cler. Reg. Barnabita Cong. S. Pauli

*Nunc iterum ordine Alphabetico digeſtum, auctum,
& euulgatum.*

Biblioteca Nazionale NAPOLI

MEDIOLANI, MDCLXVIII.

Ex Typographia Franciſci Vigoni.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

592491

Digitized by Google

EMINEN.MO ET REV.MO

PRINCIPI
D. D. ALPHONSO
LITTÆ
S. R. E. CARDINALI
Mediol. Archiepiſcopo &c.

D. Haymb. Corius Cler. Reg. Barnabita Cong. S. Pauli humillimam Reuerentiam.

PRodit iam tandem EMINENTISSIME PRINCEPS, dudum flagrantibus ſuſpirata votis Epitome noſtra, quatuor ſupra vigînti ab hinc annis, Montij Cardinalis iuſſu, publicæ Mediolanenſis Eccleſiæ vtilitati edita, penè autem conſumptis illius exemplaribus, re-

item

Digitized by Google

item vrgente, nunc iterum typis excuſſa, ne quid ſucceſſiuis temporibus, Mediolanenſi nedum Clero, ſed & cæteris Chriſtiani orbis Eccleſijs vnquam deeſſet, quod expeditam ſanctarum ingereret memoriam ſanctionum, Eccleſiaſticis moribus, ritibus, & iuribus componendis, in Prouincialibus, & Diœceſanis Concilijs promulgatarum. Prodit, inquam multò quàm antea, & locupletior, & emendatior, quippequæ ſedulò recognita, mendis plurimis expurgata, nouiſſimis aucta decretis, te Vigili Paſtore, in Synodalibus ad hanc vſq; diem Concilijs, euulgatis, & ijs, quæ ad tranquillitatem vtriuſq; poteſtatis olim ſancita perſtringuntur, ſub titulis ordine alphabetico digeſtis, vbi facto fuit opus memoratis, vt ignorare non ſinè piaculo valeat nemo quid Eccleſiaſticæ colendæ conducat, obligetue diſciplinæ, quid Eccleſiæ conferat decori, ac Maieſtati, quid competat iuribus vtriuſq; fori, quid deniq; ad abſolutum Eccleſiaſtici viri ſimulacrum deſideretur, quod honeſtis quiſq; vitæ moribus referat, & actionibus. Hæc ſuſcepti meta laboris EMINENTISSIME PRAESVL, hæc mens, id conſilium fuit, vt pro modulo meo publicæ, & Mediolanenſis potiſſimum Eccleſiæ conſulerem vtilitati, in cuius vinea, ad quadraginta prope annos, totis me inceſſanter viribus, gaudeo laboraſſe, quòd honeſti mihi operis mercedem in cælo repoſitam non deſperem, tum eorum ſuffragio precum,

qui

qui ex gemino iſthoc meo labore aliquod præſenſerint leuamentũ, tum paſtorali benedictione tua frætus, quam reuerenti prece ad tuos humillime pedes prouolutus imploro. Mediol. 10. Septembris 1668.

RE-

Digitized by Google

RELIGIOSISSIMO, ac eruditiſsimo S. Mediolanen. Eccleſiæ Clero,

AVCTORIS PRAEMONITIO.

SAcris Mediolanenſis Eccleſię votis, recenti promulgatæ quondam Epitomæ noſtræ impreſſione facio ſatis. Paulò copioſior prodit, quód nouiſſimis aucta decretis, quæ á prima editione ad hanc vſq; diem e Concilijs Synodalibus manauerunt, tum ijs adiectis quæ pro Concordia vtriuſq; fori olim ſancita, neq; tamen vniuerſam Prouinciam, ſed vnam dumtaxat Mediolanenſem Eccleſiam afficiunt. Faxit Deus, vt ad eius gloriam, & fidelium vtilitatem ſacra noſtra hæc otia ſint ſuſcepta: hæc enim duo, præterea nihil intendimus. Valete.

Fa-

Digitized by Google

FACVLTAS ADM. R. P. GENERALIS

D. Romulus Marchellus Præp. Generalis Cler. Reg. S. Pauli.

CVM librum, cuius titulus *Promptuarium Epiſcoporum*, ſeu *Epitome Decretorum, &c.* olim impreſſum à P. D. Haymone Corio noſtræ Cong. Theologo, nuncq; iterum imprimendum, duobus noſtræ Congregationis Theologis mature recognoſcendum mandauerimus, & recognitum approbauerint; his noſtris facultatem facimus, vt typis mandetur. Dat. Romæ ex Collegio noſtro SS. Caroli, & Blaſij die 3. Iulij 1668.

Don Romulus Marchellus
Præp. Gen.

Ad

Digitized by Google

Ad Reuerendiſs. D. Patrem Conſaluum Gritium Generalem Mediolani Inquiſitorem &c.

RELATIO REVISORIS.

AGitur nunc Reuerendiſs. Pater annus quartus ſupra vigeſimum, ex quo in lucem prodierat Promptuarium Epiſcoporum, ſeu Epitome &c. *Opera ſiquidem ſtudioq; Adm. M.R.P.D. Haymonis Corij Sacerdotis Barnabitæ Viri eruditiſſimi, ac religioſiſſimi, atq; huiuſce Sanctiſſimæ Inquiſitionis Conſultoris digniſsimi. Opus huiuſmodi ſicuti eidem laborioſum, ita gratiſſimum fuerat cuncto Clero, vt propterea, breui omnia exemplaria edita primi ſibi coemerint, modoq; nulla nobis apud Bibliopolas venalia ſuppetant, ac proinde penes quamplurimos ſummum ſui reliquerint deſiderium, ſecundam interea editionem expetentes. Cum verò alia exinde concilia habita fuerint, e quibus emanarunt noua decreta, prout conditio temporum, & neceſſitas poſtulabant, iſta quoq; prioribus ſubiungere, ac connectere conſentaneam videbatur eidem authori, qui propterea nullo pepercit labori, vt eiuſmodi additamenta conquireret, & in ordinem digereret, quoad ſecunda editio copioſior, emendatiorq; prodire poſſet. Hiſce conſilijs authoris, acceſſit nutus, ſeu potius præceſſit iuſſus ampliſſimi Præſulis, ac vigilantiſſimi Paſtoris, Eminentiſſimi, ac Reuerendiſſimi D.D. Alphonſi Cardinalis Littæ Archiepiſcopi Zelantiſſimi, qui totius Cleri votis cumulatè ſatisfacere exoptans ſecundam hanc editionem omnibus ſuis numeris abſolutam præmeditabatur. Placeat igitur Reuerendiſs. Veſtræ Paternitati lubenti animo annuere votis totius Cleri, & aſſentiri, vt huiuſmodi Epitome vna cum Additamentis reimprimatur ad maiorem Dei gloriam, & maiorem Mediolan. Eccleſiæ vtilitatem, & ornamentum, ac decus, & ita &c.*

Ego Iacobus Philippus Butius Doctor Collegij Ambroſiani I.C. & Interpres Sancti Officij, & Reuiſor.

Attenta ſupraſcripta relatione.

IMPRIMATVR.

Fr. Vinc. de Seraphinis Sac. Theol. Mag. Vic. Gen. S. Officij Mediol.

Carolus Ghioldus Theologus S. Nazarij, pro Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. D. Card. Archiep.

F. Arbona pro Excellentiſs. Senatu.

Digitized by Google

HAYMONIS CORII EPITOME Decretorum omnium Conciliorum Prouinc., ac Diœceſ. S. Mediol. Eccleſiæ.

1 NE Abbates, etiã baculi, & mitræ iure vtentes, aliovè priuilegio munitos, patiatur Epiſcopus tonſuram, neq; minores ordines alijs conferre, quàm ijs, qui regulares ſunt, & eorum iuriſdictioni ſubiecti. *Prou. 5. tit. de initian. ord. Sac. §. Ne Abbat.*

2 Et niſi Epiſcopi conſenſus antè accedat, & illi initiandi, à ſuo Epiſcopo, vel Superiore regulari attulerint dimiſſorias ſpetiatim conceſſas. *ibid.*

3 Neque verò id permitti liceat, niſi Abbatibus Sacerdotio initiatis, & ſtatis benedictionis precibus, conſecratis. *ibid.*

4 Abbates, cognoſcere poſſunt de cauſis matrimoniorum, & criminum; ij ſcilicet, quibus aliàs legitimè talis iuriſdictio competit

Prou. 6. tit. quæ ad forum pert. §. non tamen.

5 Compelli poſſunt ab Epiſcopo, vt in eorum Monaſterijs interpretatio Sacræ Scripturæ inſtituatur. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad regul. §. quod Sacroſanct.*

6 Abbatibus conceditur mantelletti vſus. *Prou. 2. tit. 2. Decr. 31.*

ABBATISSA.

1 Ne ſit perpetua, & exhibeat iura prætenſæ perpetuitatis. *Conc. Prou. 1. tit. de Præf. & alijs Miniſtris Monial.*

2 Permittens quemquam ingredi clauſuram Monaſterij abſq; Epiſcopi facultate, vinculo excommunicationis illigatur, *Conc. Prou. 6. tit. Quæ ad Monial. pert.* V. V. *Monialis, & V. Monaſt. Præfecta.*

ABORTVS.

1 Procurantes abortum, tàm animati, quàm inanimati fœtus, etiam non ſecuto effectu, non poſſunt abſolui, niſi à Vic. Generali, aut Pœnitentiario Maiori. *Diæc. 32. cap. 10. §. Impium.*

2 Qui poſſunt alios Confeſſarios ſubſtituere, iuxtà conſtit. Gregorij XIV. qui non reſeruat caſum abortus fœtus inanimati. *ibid.*

ABSENS, ABSENTIA.

1 De Epiſcoporum, Canonicorum, Parochorum, & aliorum Eccleſiaſticorum abſentia. V. V. *Reſidentia, & quæ ſub ſingulis eorum titulis continentur.*

ABSOLVTIO.

1 In Viſitatione Epiſcopali, datur abſolutio à caſibus reſeruatis. *Conc. Prou. 1. Tit. de Viſit. §. Omnes.*

2 Proprij Parochi (exceptis Coadiutoribus etiam titularibus) poſſint abſoluere ab excommunicatione lata ob non ſeruatam Cunabili cautionem, toties, quoties caſus euenerit. *Syn. Diæc. 35. Decr. 7.*

3 Facultas à Vicario Foraneo Parochis ſubdelegata pro abſolutione excommunicationis ob non ſeruatam Cunabuli cautionem extenditur ad caſus incurſos poſt obtentam facultatem à Parocho, vſq; ad diem primum feſtum, quo pœnitentes pro abſolutione ſe præſentauerint: & hoc quoad mulieres tantùm. *Syn. Diæc. 33. Decr. 7.* V. *Caſus reſeruati.* V. *Excommunicatio.* V. *Parochus.* V. *Confeſſarius.*

ACOLYTHVS.

1 Acolythi munus fuit, Epiſcopum comitari, & curet Epiſcopus Clericos in eo ordine adſcriptos, ſibi miniſtrare,

ſtrare, præſertim Pontificalia exercens. Vbi plures ſunt eiuſdem ordinis, certâ ratione per regiones diſtincti, in orbem id muneris præſtent. *Prou. 5. tit. de initiand. §. vt Acolythi.*

2 Diacono, & Subdiacono inſeruiant, lumina accendant, & deferant, vrceolos vini, & aquæ ad ſacrificium parent. *Prou. 1. tit. de Acolytho.*

ÆDES CANONICALES.

1 Ædium canonicalium atriũ, vbi claudi poteſt, vnâ claue concludatur, quæ à Decano, vel alio, Epiſcopi, & Capituli arbitratu aſſeruetur. *Prou. 1. tit. de Cleric. ædib. §. quarum ædium.*

2 Quotâ horâ, atrij ianua aperiri, claudivè debeat, eſto iudicium Ordinarij. *ibid. §. quota hora.*

3 Conſtituatur ianitor cum certo ſtipendio à Capitulo, vbi ob inopiã Capituli aliud non decernatur. *Diœc. 11. tit. Monita execut. Decr. quæ ad diu. off. pert. §. quo impluuio.*

4 Canonici Cathedrales, & Collegiatarum habitent in ædibus canonicalibus, vbi commodè commorari poſſunt. *Prou. 1. tit. vt ſup. §. Canonici cathedralium.*

5 Et ibi cibum capiant, & dormiant. *Diœc. 3. Decr. 39.*

6 Qui non paruerit, pro reſidente non habeatur, niſi Epiſcopus aliud conceſſerit. *ibid. Decr. 39.*

7 Si nondum eſt reſidentium numero adſcriptus, arbitrio Epiſcopi pœnam luat. *ibid.*

8 Pernoctans Canonicus extra canonicales ædes, non probatâ cauſâ ab Epiſcopo, vnius diei diſtributionibus mulctetur. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ pert. ad cler. honeſtat. §. qui in ædibus.*

9 Fœminæ quæcumq;, etiam quouis vinculo affinitatis, & cognationis coniunctæ excludantur ab his ædibus, niſi vrgẽte neceſſitate aliud Epiſcopus conceſſerit. *Prou. 1. tit. de Cler. ædib. §. quoniam.*

10 Nemini, niſi Canonicus ſit, in eiſdem habitandi facultas detur, ſinè licentia Ordinarij. *ibid.*

11 Ne locentur laicis, quorum fides, vita, moreſq; ſunt ſuſpecti, etiamſi locandi adſit licentia, *ibid. §. caueat etiam.*

12 Hæc habent locum in ijs etiam ædibus, quæ ad Canonicorum domiciliũ conſtitutæ, vel in emphyteuſim datæ ſunt, vel pignori, hypothecævè tenentur, ob ſumptus, qui à conductore in illis ſarciendis, aut reſtituendis facti ſunt: modò

Digitized by Google

eiuſmodi ædes in ambitu domicilij canonicalis ſint. *Diæc. 2. Decr. 31.*

ÆDES PAROCHIALES.

1 Domicilium ædificetur, vel tradatur Parocho ab ijs, ad quos de iure ſpectat, ſumptibus ipſorum. *Prou. 4. tit. de Parochijs §. Epiſcopus verò.*

2 Conducat interea domum, quàm proximè poteſt, Eccleſiæ ſuæ Parochiali. *Prou. 3. tit. de Paroch. §. ſi quis Parochus.*

3 Et licèt Coadiutorem habeat, habitet tamen, & ipſe ibi. *ibid.*

4 Coadiutor habitet in domo vicina. *Prou. 4. tit. de Paroch. & Paroch. iur. §. Parochum autem.*

5 Si ambo in vna domo habitare nequeunt, in ea, quæ vicinior eſt Eccleſiæ, habitet ille, quem Epiſcopus elegerit ex ijs pro animarum vtilitate. *ibid. §. ſi verò.*

6 Ædes Parochi, à colonorum domo, pariete ſaltem, omninò diſtinguantur. *Diæc. 11. tit. Mon. exec. Decr. quæ ad Paroch. pert. §. Ædes Parochial.*

7 Ibi cibum, & ſomnum capiat. *Prou. 1. tit. de Cler. ædibus §. Rectores Parochialium.*

8 In ædibus, in quibus Rectores, & laici, facultate impetratâ habitant ſimul, ne propter nuptias quidem ſaltetur, neq; comediæ, neq; ſpectacula fiant. *Prou. 2. tit. 2. Decret. 34.*

ÆDES CLERICALES.

1 Ne locentur laicis, in quibus Clerici habitare ſolent, aut debent; niſi Eccleſia, magnâ prematur inopiâ, & ea domus commodè, iudicio Epiſcopi diuidi poſſit. *Prou. 1. tit. de Cleric. ædibus §. Ne Parochi.*

ÆDES ECCLESIASTICÆ.

1 In ædibus Eccleſiaſticis, omninò interdicuntur Bombices. In domibus colonorum permittuntur pro rata foliorum mori, quæ in bonis Eccleſiæ decerpi poſſunt. *Diæc. 33. Decr. 3.*

2 Parochi, & Eccleſiarum Rectores, ne permittant cuicunque operi nouo manus apponi, niſi præuiâ approbatione Præfecti fabricarum reſpectu Ædificiorum, & Viſitatoris Regionarij reſpectu picturarum, & aliorum ornamentorum, ſub pœna totum reficiendi ſuo ſumptu, à Vicarijs, & Viſitatoribus ſinè ſpe remiſſionis, exigenda. *Syn. Diæc. 32. & 33. Decr. 13.*

3 Habitent ijdem Parochi, omninò, in ædibus Parochialibus, & ibi cibum capiant,

Digitized by Google

piant, & dormiant, quod & ſeruent Canonici, vtſupra, qui in ædium Canonicalium ambitu domiciliũ habent, niſi aliter Archiep. conceſſerit. *Syn. Diœc. 34. c.7.*

ÆDIVM BENEDICTIO.

1 Benedictio ædium, ſiue nouarum, ſiue à ſpiritibus immundis vexatarum, reſtituatur. *Prou. 4. tit. de Eccleſ. & altar. conſec. §. Antiquus ille.*

2 Ante benedictionem, Parochus ſe præparet, ieiunio pridiè, & Miſſæ ſacrificio manè. *Prou. 5. tit. quæ ad Sacram. & Sacrament. §. Pridiè diè autem.*

3 Ne benedicat ædibus, in quibus habitet excommunicatus, aut fœnerator, aut publicè criminoſus. *ibid. §. ne ædibus §. nec verò.*

4 Neq; vbi aleis, ludiſq; vetitis publicè vacatur. *ibid. §. nec verò, §. neq; ijs.*

5 Superpelliceo, & ſtolâ vtatur: & adſit Clericus, qui Crucem præferat, & alter cum vaſe aquæ benedictæ, & aſpergillo. *ibid. §. Dum ad benedictionis. §. Clericus, §. Alter.*

6 Benedictio domorũ in Sabbato Sancto, vel in Vigilia Natiu. Domini, ne fiat ab alio, quàm à Parocho, ſeu de licentia illius. *Prou. 6. tit. de Sacramentalib. §. Aquæ benedictæ.*

7 Neque fiat ante benedictionem fontis in Sabbato Sancto. *ibid. §. quamobrem.*

8 Nihil exigatur, neq; petatur hac de cauſa. *ibid. §. illud autem.*

AGNVS DEI.

1 Ne inficiantur minio, auro, aut vllo colore, neq; venales proponantur, ſub pœna excõmunicationis, ex Greg. XIII. decreto. *Prou. 3. tit. quæ ad Sacram. & Sacram. §. Sanctiſſimi.*

2 Thecis precioſis includantur. *Prou. 5. tit. quæ ad Sacram. & Sacramental. §. quare Decret.*

3 Thecarum fabri, ne vllo modo eos tangant, neq; forcipe, aut chirothecis vtantur, ſed Clericus in ſacris adhibeatur. *ib. §. Thecarum fabri.*

4 Neq; in annulo geſtentur. *ib. §. neq; autem.*

5 Neq; proijciantur in agrum, neq; arbori affigantur, neq; è ramis ſuſpendantur. *ibid. §. nec præterea.*

6 Sed eorum cera adoleatur ad ſuffumigationẽ in agris, vineiſquè, ob imminentem tempeſtatem, vel diabolicas illuſiones depellendas. *ibid. §. nec præterea.*

ALIENATIO.

1 Quæuis alienatio, eâ lege con-

confecta, vt ſuperioris auctoritate muniatur, ſi is, cui alienata ſunt bona, in eorum poſſeſſionem venerit, antequam auctoritas acceſſerit, irrita, & nulla ab Epiſcopo declaretur, & alienans puniatur. *Prou. 2. tit. 3. decret. 7.*

2 Pendentes beneficiorũ fructus, quouis prætextu, vel causâ, ne alienentur, niſi venditionis, vel locationis nomine, & tunc, delatâ ſolutione in id tempus, quo fructus erunt à ſolo ſeparati. *Prou: 1. tit. quæ pert. ad bonorum, & iur. Eccleſ. conſer. §. nolumus. cedentib.*

3 Sub pæna nullitatis contractus, & alijs arbitrarijs. *ibid. §. quod ſi ſecus.*

4 Ijſdem pęnis ſubiaceat is, qui in ſuam rem eo vti voluerit. *ibid.*

ALTARE.

1 Sit lapideum, vel ſaltem lateritium, ſinè vllo foramine, neq; feneſtella. *Viſ. Apoſt. tit. Altare §. lapideum, & Prou. 4. tit. de capellis, & Altar. §. lapideum.*

2 Si columnis fulciatur, nihil ſubtus in eo ponatur. *Viſ. Ap. ibid. & Prou. 4. ibid. §. ſi verò.*

3 Altitudinis à Bradella, cubitis duobus, vncijs octo ſit; longitudinis ad minus cubitis quatuor, latitudinis ſaltem duobus. *Viſ. Ap. ibid. §. Altitudinis, & Prou. 4. ib. §. Altitudine.*

4 Habeat iconam, vel picturam in pariete, Crucem, Candelabra ſaltẽ duo, Chartulam cum ſecretis, Petram ſacratam aptè inſertã. *ibid. à §. Iconam, ad §. Petra ipſa.*

5 Petra ſacrata, ne ſit minor vncijs 20. in longitudine, 16. in latitudine. *Viſ. Apoſt. ib. §. Petra ipſa Prou. 4. ibid. §. Petra ſacrata.*

6 Menſæ vnicuiq; non conſecratæ, tabula lignea ſuperponatur, quæ menſam totã tegat, & in ea, Petra ſacrata inſerta ſit. *Viſ. Ap. ib. §. Petram ſacratam.*

7 Menſa verò conſecrata, telâ ceratâ cooperiatur, quæ totam menſam tegat. *Viſ. Ap. ib. Prou. 4. tit. de orn. decor. nit. ſacr. loc. §. conſecratæ.*

8 Neq; dicta tela poſſit amoueri. *Prou. 4. ibid.*

9 Tobaleas tres habeat, quarum vna ad planum vſq; pertingat; aliæ duæ, quæ diuiſæ ſint, totam menſam contegant. *Viſ. Apoſt. ib. §. Tobaleas.* Et totidem, vt mutari poſſint, cùm erunt purgandæ. *ibid. tit. Altare §. Tobaleas,* & cùm fores Eccleſiæ pa-

patent, Altaria ſingula, tribus mappis mundis, vnâ oblongâ, & duabus breuioribus ſint tecta, itaut gradus ligneus ſuper Altari collocatus, à tergo, ab indumento nudus non ſit. *Prou. 4. tit. de orn. decor. nit. ſac. loc. §. cum Eccleſiæ.*

10 Tabella ſecretorum, finitis Miſſis, deprimatur ſub tela ſtragula Altaris. *Prou. 4. tit. vt ſup. §. Tabellam.*

11 Tela namq; viridis, aut alterius coloris adſit, ad tobaleas à puluere defendendas. *Viſ. Ap. ib. §. Telam Prou. 4. tit. vt ſup. §. cum Eccleſiæ.*

12 Puluinar vnum paruulum pro Miſſali. *Viſ. Ap. ib. §. Puluin.*

13 Telare ligneum, cui palliū affigi queat. *ibid. §. Telare.*

14 Pallium decens, non idem ſemper. *ibid. §. Pallium.*

15 Scabellum ligneum, quod à fronte Altaris cubitos ſaltem duos productum latè pateat. *ibid. §. ſcabellum, & Prou. 4. ib. §. ſcabellum.*

16 Tegmen, ex aſſeribus, aut tela cærulea, vbi fornix non eſt, quo totum Altare tegatur, & Sacerdos. *Viſ. Ap. ib. §. Tegmen Prou. 4. ib. §. Tegmen.*

17 Feneſtella in pariete, ſit à parte epiſtolæ, ad aquam excipiendam ablutionis digitorum Sacerdotis, & ad peluiculam cum vrceolis collocandam. *ibid. Viſit. Ap. §. feneſtellam, & Prou. 4. ib. §. feneſtella.*

18 Septum, ferreum, vel lapideum, vel ligneum. *Viſ. Ap. ib. §. ſeptum.*

19 Inter ſeptum, & Altare, id ſpatij ſit, vt Clerico miniſtranti locus relinquatur. *ib.*

20 Diſtet verò omninò ſeptū à ſcabello ligneo ſaltem cubito vno, vncijs octo. *ibid. §. inter ſeptum.*

21 In ijs capellis, quæ habent ſeptum longè diſtans ab Altari, ſepes altera eſt apponenda. *ib. §. in ijs.*

22 Tintinnabulum, vel appenſum ad altare, vel delatum è Sacriſtia. *ibid. §. Tintinnabulum. & Prou. 4. ib. §. Adſit.*

23 Altare maius, pro ſitus capacitate ſpatium habeat, & eiuſmodi, vt Miſſis maioribus poſſit miniſtrari. *ibid. §. in altaribus.*

24 Altaria maiora Parochialiū conſecrentur. *Prou. 4. tit. de Eccl. & Altar. conſecr. §. Eccl.*

25 Ne Altaria conſtruantur, niſi cum cenſibus, qui ſatis ſint ad Sacerdotes, & Clericos ſuſtentandos, eo in miniſterio idoneos. *Prou. 7. tit. de Miſſis §. quoniam obtinentes.*

26 Con-

26 Conſtructa, dotentur, aut deſtruantur. *ibid.*

27 Quæ ſub dio ſunt, nequè ſepta, neq; ſepienda, demoliantur. *Prou.* 1. *tit. de Eccleſ. & earum cult.* §. *Altaria etiã.*

28 Nequè tolerentur eſſe ſub organo, ſuggeſtu, aut ad columnam, pilamvè, neq; aduerſùm Altare maius, neq; nimis propinquum Altari, præſertim maiori, aut vbi ſeptum commodè non admittatur *Viſ. Ap. ib.* §. *Altare vnumquodq; Prou.*4. *tit. de capellis, & Altaribus.* §. *Altaria omnia.*

29 Ne detur cuiq; Altari locus ſinè licentia Epiſcopi. *Prou.* 4. *ibid.* §. *Capellarum.*

30 Deſcribantur in libro certo, Altariũ erectiones, tranſlationes, onera, iura, tituli, cum acceſſionibus, diminutionibus, commutationibus. *ibid.* §. *Epiſcopali cura.* §. *rurſus.*

31 Onera item, in tabellam referantur, quæ in ſacriſtia affigatur. *ibid.* §. *onera verò.*

32 Altarium conſecrationis memoria, incidatur in lapide. *ibid. tit. de Eccleſ. & altar. conſecr.* §. *quo firmius.*

33 Vbi celebrauit Epiſcopus, eo die non celebret alius, niſi de eiuſdem licentia. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ pert. ad ſacrif. Miſs.* §. *quoad Epiſcopalis.*

34 Quæ inſtauratione, ornamentiſvè indigent, ea fiant ſumptibus eorum, quibus ex fundatione, aliovè iure competit; vel, ſi nemo ſit eorum, cenſu eorumdem altarium relicto. *Prou.* 4. *tit. de Capellis, & Altar.* §. *Nec verò Diœc.* 4. *Decr.* 35. §. *Hoc autem.*

35 Si nullus cenſus, moneantur ij, qui ius aliquod ibi prætendunt, vt ſuppleant. *Diæc.* 4. *ib.* §. *ſi verò.*

36 Si neq; ij ſint, neq; qui ſpontè velint; fiat expenſis eorum, ad quos reliqua Eccleſiæ inſtauratio pertinet. *ibid.* §. *ſin autem.*

37 Deniq; amoueantur Altaria, & eorum iura, & opera, ad altare maius transferantur, vel ad aliud Altare intra fines Parochialis Eccleſiæ poſitum. *Prou.* 4. *ib. Diæc.* 4. *ib.* §. *quod ſi Viſit. Apoſt. tit. Altare.* §. *quæ obligationes.*

38 Vel auctoritate Epiſcopi, oneribus omninò, aut in parte ſublatis, inſtaurationi prouideatur. *Prou.*4. *ib. Diæc.* 4. *ib.*

39 Quæ Altaria, iudicio Archiep. vel Prouincialis regul. ornamentum afferre Eccleſiæ videntur, neq; idcircò,

circò, vel aliâ iuſtâ causâ, non demolienda, ſed omninò inſtruenda, neq; alia ratio appareat id faciẽdi; ſubtrahatur, vel in toto, vel ex parte ſeruitium illorum, vt conſulatur eorũ inſtructioni, & ſi redditus debiti ſeruitij neceſſariam impenſam ſuperant, quod ſupereſt, totũ ad hanc impenſam transferatur. *Viſit. Ap. tit. Altare* §. *quodſi*.

40 Si demum profanari debet, hæc ratio adhibeatur, datâ facultate ab Epiſcopo in ſcriptis. Sacerdos, oratione factâ ante Altare, per orationem Dominicã, Salutationem Angelicam, & orationem de Sancto, cuius eſt Altare, illud detegat, lapidem conſecratum euellat integrum, manibus ſuis lauet, atq; abſtergat, & aquam in Sacrarium effundat. *Prou.* 4. *tit. de ration. adhib. in Alt. prof.* §. *primùm*.

41 Si reliquiæ ibi ſunt, eas aſſeruet clauſas, & obſignatas, recondendas in Eccleſia, vel Altare, ad quod fit translatio. *ib.*

42 Tum reliquum Altaris, ab operarijs amoueatur. *ibid.*

43 In ijs Altaribus, quæ ad præſcriptam formam non ſunt redacta, ne celebretur, licèt ſit Altare maius. *Viſ. Apoſt. tit. Altare* §. *ſex menſium*.

44 Idem faciant Regulares. Si non parebunt, recurrat Archiep. ad Sedem Ap. *ibid.* §. *in Regularium*.

45 Nullum impoſterum Altare ædificetur, cui quidquam deſit ex ſupradictis requiſitis, & congrua ad Miſſam celebrandam: vel publico inſtrumento ſit cautum, infra biennium fore, vt ea cõparentur. *ib.* §. *neq; Altare*.

ANNIVERSARIA.

1 Ne fiant in die feſto, qui etiã ex voto colitur, ſeu conſuetudine, ſed in proximè præcedenti die. *Prou. 6. tit. quæ ad funera* §. *Ne die Dominico, & Diœc. 22. tit. de off. def.* §. *quod ſi*.

2 In omni Eccleſia Cathedrali, & Parochiali, ſingulis Dominicis, Anniuerſaria, quæ in ſequẽti hebdomada celebranda erunt, denuncientur fidelibus. *ibid. Prou. 6.* §. *in omni, & Diœc. 22. ib.* §. *in omni.*

3 Etiam in Collegiatis. *Diœc. 22. ibid.*

4 Idem fiat de ſeptimo, & trigeſimo, aut alio eiuſmodi officio. *ibid.* §. *idem de ſeptimo.*

5 Certus liber conficiatur, quo notentur Anniuerſaria quo die, quibus, quotvè Sacerdotibus celebrata ſint.

Digitized by Google

Diæc. 4. Decr. 34. §. certus liber.

6 Anniuerſarium pro mortuo Epiſcopo, quotannis fiat in Cathedrali, quoad vixerit ſucceſſor, ſumptibus eius, & Capituli. *Prou. 1. tit. de funere Epiſc. §. ſacra Anniuerſaria.*

7 Idem præſtet Parochus pro prędeceſſore defuncto. *Prou. 6. tit. quæ ad funer. pert. §. Parochus.*

8 Miſſam nempè celebrando. *ibid.*

ANNVLVS.

1 Nulli Sacerdoti, Clericovè liceat geſtare annulum, niſi eâ dignitate prædito, in qua conferenda ille traditur, tuncquè vnum ſolùm, & digito dextrę manus quarto *Prou. 4. tit. de vit. & honeſt. Cler. §. nulli Sacerdoti.*

2 Eum deponat in Miſſę Sacrificio. *ibid.*

3 In gradu doctorali conſtitutus, ne tamen annulum geſtet. *Diæc. 11. tit. Mon. ex dec. quæ ad ſacr. pert. §. nemo, etiam in gradu.*

4 Quibus conceditur annulus; non tamen ſit magni pretij. *Prouin. 1. tit. de Cler. veſt. §. Annulum.*

5 Annuli Epiſcopalis in gemma nihil eſſe debet ſculptum. *Prou. 3.*

6 Nullus Præpoſitus, licèt attentâ immemorabili alicuius conſuetudine, poſſit vti baculo, & annullo, neq; Pontificali more, vt inter Miſſarum ſolemnia populo benedicat, ſub pœnis Archiep. arbitrarijs. *Syn. Diæc. 35. Decr. 18. ex declarat. Sacr. Rit. Cong. 4. Auguſti 1657. V. Baculus. V. Clericorum Vita &c.*

AQVA BENEDICTA.

1 Singulis diebus Dominicis Sacerdos Miſſam Parochialem facturus, antequam illam inchoet, aquam ſale aſperſam benedicendo renouet, eamq; de more aſpergat. *Pro. 3. tit. quę ad Sacram. & ſacr. per. §. ſingulis diebus.*

2 In alijs Eccleſijs Sacriſta aquam benedictam ſingulis hebdomadis renouet, vel ſæpiùs, ſi opus eſt. *Prou. 1. tit. de off. ſacriſt. §. aquam benedictam.*

ARCHIVIVM.

1 In Cathedralibus, & Collegiatis, Archiuium ſit pro aſſeruandis ſcripturis. *Prou. 1. tit. quę per ad bon. & iur. Eccl. conſcr. §. At verò.*

2 Archiuia ſingula, duabus clauibus claudantur, quarum vna in Cathedralibus apud Epiſcopum, altera apud Capitulum; in Collegiatis apud Præfectum altera, altera apud Capitulum erit. *ibid. §. Archiuia ſingula.*

Digitized by Google

3 Sede vacante, clauis Epiſcopi defuncti detur Vicario Capituli, altera vni de Capitulo, ad quem, vel officij ratione, vel conſuetudine pertinet, vel antiquiori reſidenti. *Prou. 2. tit. 3. Decr.* 14.

4 Capitularis Archiuij curæ, præſint duo Canonici à Capitulo conſtituti, cum duabus clauibus inter ſe differentibus, ita vt vni ſinè altero ingreſſus non pateat. *Pro. 3. tit. de ijs, quæ ad capit.* §. *Canonici duo.*

5 Eligantur eâ ratione, vt qui biennio geſſerit, creato in locum eius altero, ab illius curæ munere abeat, alter autem, qui vno ſolùm anno, & ſic deinceps ſeruetur. *ibid.* §. *in illis autem.*

6 Scripta omnia in Archiuio ſeruanda, periculo ſuo accipiant, idq; publici inſtrumenti teſtimonio. *ibid.* §. *Archiuij Præfecti.*

7 Nihil tamen derogatum eſt ſuperioribus decretis, præſertim de claue Epiſcopi; neque conſuetudini, ſi vnus, aut plures Canonici curam gerant Archiuij. *ibid.* §. *nihil tamen.*

8 In Eccleſijs Ciuitatis, & in ſingulis Plebibus, & Eccleſijs inſignioribus inſtituantur Archiuia in Sacriſtia pro cuſtodia ſcripturarum Eccleſiaſticarum. *Inſt. viſit. tit. de Archiu. conſt.*

9 Conſtituatur Archiuiſta in Archiuijs Diœceſis cum litteris patentibus Epiſcopi, qui ſit Notarius, cum auctoritate tranſumptandi autenticas ſcripturas. *ibid.*

10 Modica taxa conſtituatur eidem, quandò edet inſtrumenta. *ibid.*

11 In Archiuio Epiſcopali, locus conſtituatur, vbi cauſarum, & iudiciorum acta fori Epiſcopalis ſingulis annis confecta recondantur. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ ad for. Epiſcop.* §. *certus in Archiuio.*

12 Duabus ille clauibus claudatur, altera apud Epiſcopum, altera apud Cancellarium. *ibid.* §. *is certus.*

13 Notario, inſtrumentorum, quæ confecit, exemplum, ſuis ſumptibus habere liceat *ibid.* §. *Notario autem.*

14 Notario mortuo, aut priuato officio ſuo, quęcumquè ſcripta confecit, in eundem locum referantur: causâ non finitâ, deferri poteſt relatio. *ibid.* §. *ſi Cancellarius.*

15 Inuentaria fiant ſcripturarum, quæ in Archiuio. *ib. tit. de ijs, quæ ad capitulum* §. *in eo itidem.*

16 Nec auferri, nequè deſcribi

quicquam liceat de Archiuio Capitulari, ſinè cõſenſu Capituli. *ibid.* §. *ſcripti alicuius.*

17 Si concedatur exſcribi, fiat in loco Archiuij, ſeu Capituli, coram Præfecto Archiuij. *ib.* §. *ſi verò.*

18 In Archiuio Epiſcopali aſſeruentur inuentaria bonorum Eccleſiaſticorum. *Prou.* 1. *tit. vtſup.* §. *ex eo Inuentario. Viſ. Apoſt. tit. in ſuis etiam moder.* §. *Inuentaria.*

19 Item bonorum, & iurium Monialium. *Prou.* 4. *tit. de Monial.* §. *Bonorum, & iurium.*

20 Item bonorum à laicis adminiſtratorum ad Eccleſiam ſpectantium, etiam Iuriſpatronatus. *ibid. tit. quæ ad pia loca.* §. *quæcunq;*

21 Liber Bullarum Summorũ Pont. *Prou.* 2. *tit.* 1. *Decr.* 5.

22 Item eorum, qui fidei profeſſionem in dies emittunt. *Prou.* 3. *tit. quę ad fid. tuen. ſtud.* §. *in aliquem verò.*

23 Item Indulgentiarũ. *Prou.* 4.

24 Item conſecrationum Eccleſiarum, Altarium, cęmeteriorum, & campanarum. *ib. tit. de Eccleſ. & Altar. conſecr.* §. *liber Epiſcopo curante.*

25 Item beneficiorum, & litterarum Ordinum. *ibid. tit. de Benefic. collat.* §. *liber conficiatur.*

26 Item confeſſiones, vel recognitiones ſoluti Canonis emphiteuſis. *Prou.* 2. *tit.* 3. *Decret.* 10. §. *quæ autem.*

27 Libri Legatorum annuorum, onerumq; illis adiunctorum. *Prouin.* 4. *tit. quæ ad pia loca per.* §. *librum item præcipuum.*

28 Monimenta feſtorum, & Vigiliarum, aliorumquè piorum inſtitutorum. *Pro.* 3. *tit. de feſt. dier. cul.* §. *Epiſcopus id curæ.*

29 Acta, & ſcripta ad Forum pertinentia. *ibid. tit. de ijs, quæ ad Epiſc. for.* §. *certus in Archiu.*

30 Cancellarij, Notarijuè Fori Epiſcopalis decedentis, aut ſe abdicantis ſcripta. *ibid. tit. de ijs, quæ ad Epiſc. for.* §. *ex Archiuij.*

31 Liber Reliquiarum recognitarum. *Prou.* 4. *tit. de ſacris reliquis.* §. *in eo item libro.*

32 Liber pœnarum, & mulctarum. *ibid. tit. de for. Epiſcop.* §. *Rurſuſq;*

33 Inſtrumẽtum Voti publici. *Prou.* 5. *tit. de votis.* §. *cuius inſtrumenti.*

34 Baptizatorum liber, tempore peſtis. *ib. tit. de Baptiſ. infant. peſte lab.* §. *Sacerdotes.*

35 In Archiuio Capitulari, inſtrumenta, & alia ſcripta ad Præbendas attinentia, Notarij teſtimonio roborata. *Pro.* 3. *tit. de ijs, & quæ ad capit.* §. *Inſtrum.*

36 Item

36 Item liber vnus, in quem inſtrumenta, & ſcripta cuiuſuis generis, quibus ſingulorum Canonicatuum, Præbendarumvè bona, iuravè notata ſunt, referantur. *ib. §. in eo itidem.*

37 In Archiuijs Diœceſis redigantur omnes ſcripturæ Eccleſiarum inferiorum cum earumdem inuentario. *Inſtruct. Viſit.*

38 In ſingulis Plebibus Archiuium conſtituatur, vbi aſſeruetur ſcripturę quomolibet ſpectantes ad Eccleſias, ſeu Beneficia vniuſcuiuſq; reſpectiuè, Plebis. Reponetur autem, vel in Sacriſtia Præpoſituralis, vel Plebanæ Eccleſiæ, & munietur duabus clauibus, quarum vna penes Præpoſitum, altera penes alium Sacerdotem idoneũ eligendum iudicio Beneficiatorum ſingularum reſpectiuè Plebium. *Syn. Diœc.* 34. *c.* 8.

39 Quicunq; Eccleſiaſticus, ad illud deferat exemplum authenticum omnium ſcripturarum, quas penes ſe habet, ad ipſius Eccleſiam ſpectantium. Item exemplum authenticum omnium iurium, quæ per tempora acquiruntur, ſuæ, vel Eccleſiæ, vel beneficio, & hoc præſtet intra bimeſtre. *Ib. V. Inuentarium.*

BACVLVS.

1 PRępoſiti, qui ferre ſolent baculum, ferulamvè in actionibus publicis, quod inſigne ſit ſuæ dignitatis, ſemper in ipſis munerum functionib⁹ publicis adhibeant. *Diœ.* 2. *Decret.* 28. *§. quicunquè.*

2 Abbatialis baculus, orario, aut ſudario ornatur. *Inſt. ſupell. Eccleſ.*

BAPTISMVS.

1 Nemo baptizetur in ea Eccleſia, in qua non eſt fons ſacer. *Viſ. Apoſt. tit. quæ ad cult. Eccl. pert. §. ſacer. fons.*

2 Nemo baptizetur intra domeſticos parietes extra neceſſitatem: ſed ante nonum diem ad Eccleſiam deferatur infans, ſub pæna excommunicationis. *Prou.* 1. *tit. quæ pert. ad Bapt. adminiſt. §. nemini.*

3 Infans expoſitus, tametſi de collo pendeat baptiſmi teſtimonium, baptizetur ſub conditione. *Prou.* 3. *tit. de Bapt. inf. expoſit. Diœc.* 3. *Decr.* 11.

4 Ritè baptizatus, ne iterum ſub conditione baptizetur à ſciente eum eſſe baptizatum, ſub pœna arbitraria. *Diœc.* 3. *Decret.* 12.

5 Aliud Chriſma ne adhibeatur, niſi quod eo ipſo anno

fuit

fuit conſecratum, & niſi periculum mortis inſtet. *Diœc. 4. Decr. 8.*

6 Vnctio, quæ ſacro oleo in Baptiſmo adhibeatur, bambacio abſtergatur; lotio verò, mappâ. *Diœc. 11. tit. mon. ex. Decr. quæ ad ſacr. & ſac. pert. §. vnctio, quæ ſacro oleo.*

7 Ne ſacrum chriſma à laicis tangatur. *Prou. 1. tit. vt ſup. §. Caueant Parochi.*

8 Nequè linteola, quibus extergitur ſacri chriſmatis vnctio, ad hoc aſſeruentur, vt ijs tangenda tradantur, quos parentes ſibi fieri cupiunt compatres, vel commatres. *ibid.*

9 Aqua capiti infantis infuſa, ne recidat in fontem, ſed in ſacrarium fluat. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad ſacr. Baptiſ. §. in Baptiſmali.*

10 Ad aquam infundendam, vas proprium adhibeatur, quod in ciborio Baptiſterij aſſeruetur. *ibid. §. ad aquam Baptiſmalem.*

11 Peluis ad aquam excipiendam ne adhibeatur, niſi quæ vſui Eccleſiaſtico ſit addicta. *Prou. 5. tit. quæ ad Baptiſ. §. Ad aquam.*

12 Nomina imponantur Sanctorum. *Prouin. 4. vt ſup. §. Parochus, Sacerdoſuè.*

13 Reijciātur à Parocho compatres ignorantes fidei rudimenta, & ſymbolum præſertim. *Prou. 2. tit. 1. Decr. 10. Diœc. 2. Decr. 16.* In dubio an ſciant, curet eos priùs recitare ſymbolum, orationem dominicam, & Angelicam, & eos interroget de rebus fidei, & ad ſalutem neceſſarijs. *Diœc. 4. Decr. 7.*

14 Non admittantur Clerici ſacris ordinibus initiati ad munus compatrum. *Diœc. 2. Decret. 17.*

15 Nequè excommunicati, aut inconfeſſi, aut non communicati in Paſchate. *Prou. 1. vt ſup. §. caueant porrò.*

16 Nequè, non confirmati. *Prou. 5. tit. vt ſup. §. in Baptiſmo.*

17 Nequè minores annis 14. *ib. §. ne præterea.*

18 Compatres ij ſint, qui infantum animabus conſulere, quam qui inopiæ ſubuenire poſſint. *Prou. 1. vt ſup. §. fideles.*

19 Nihil compatres, & commatres eo tempore largiantur. *ibid. §. deteſtabilem.*

20 Ne ponantur infantes in Altari, vt muneribus compatrum redimantur. *ibid.*

21 Non antè ortum ſolis, nequè poſt occaſum miniſtretur hoc Sacramentum. *Pro. 5. vt ſup. §. non antè.*

22 Nullus adſit Iudæus, nequè alie-

alienus à fide. *ib.* §. *in Baptiſ.*

23 Si ſunt baptizandi, eorum vnicuiquè cathechiſmus, & exorciſmus adhibeatur. *ibid.* §. *ſi duo.*

24 Et mas ante fœminam baptizetur. *ibid.* §. *cum duo.*

25 Moneantur puerperæ, vt, cũ primùm domo exierint acturæ gratias, accedant ad Eccleſiam pro benedictione. *Prou.* 1. *vtſup.* §. *moneant Parochi.*

26 Obſtetrices, à Parochis inſtruantur de forma baptiſmi. *Prou.* 4. *vtſup.* §. *baptizandi formulam.*

27 Quæ in caſu neceſſitatis baptizant, curent adeſſe duas mulieres, & matrem, quę deindè examinentur à Parocho circa verba prolata. *Pro.* 5. *vtſup.* §. *obſtetrices.*

28 Parochus, qui infantem baptizauit, ne ad conuiuium accedat in ædibus infantis paratum. *Diœc.* 3. *Decr.* 13.

29 Scribat in libro nomina parentum, compatrum, diem natiuitatis, & baptiſmi, & an ex legitimis nuptijs ſit procreatus. *Pro.* 1. *vtſup.* §. *Paroch.*

30 Item eorum, qui domi ob neceſſitatem baptizantur, patrini, qui domi, & qui in Eccleſia ad cathechiſmum, & exorciſmum. *Prou.* 6. *tit. de Baptiſ.* §. *Religioſi.*

31 Quotannis exemplum libri huius, Ordinario detur aſſeruandum in Archiuio. *Prou.* 1. *vtſup.* §. *Parochus.*

32 Anniuerſaria dies baptiſmi ab vnoquoque recolatur pijs operibus. *Prou.* 6. *vtſup.* §. *eorum, qui domi.*

33 Ad Cathedralem deferantur baptizandi, qui in ciuitate nati ſunt, à Sabb. Sancto ad Sabb. in Albis, & à Vigilia Pentecoſtes ad Sabb. ſequens. *Prou.* 4. *tit. vtſup.* §. *ſi qui infantes.*

34 Nemo, niſi Parochus, aut ille, cui Parochus, aut Epiſcopus nominatim conceſſerit, in Baptiſmo miniſtrando ſtatas ſolennes cæremonias adhibeat, etiamſi ob neceſſitatem miniſtret. *Pro.* 5. *tit. quæ ad Baptiſ.* §. *nemo.*

35 In hoc miniſtrando, vtatur ſtolâ albi coloris. *ib.* §. *quo in miniſterio.*

36 Simplici amictu, & ſinè pompa deferendum infantem ad Baptiſmum doceat Parochus. *ibid.* §. *quoniam.*

37 Curet Epiſcopus adultos priùs muniri ſacræ pœnitentiæ Sacramento, vt par eſt affectos, & ab alijs excultos ad Baptiſmum accedere; videat etiam, ne ob turpem quæſtum quis bis baptizetur atq; adeò ſtatum, & condi-

tio-

tionem petentis baptizari planè dignoſcat. *ibid.* §. *in ijs omnibus* §. *quod verò*.

38 Doceant Parochi obſtetrices, tum generatim, tum priuatim (in Eccleſijs tamen) quæ neceſſaria ſunt ad rectam Baptiſmi adminiſtrationem,& iſtæ,ne id officium præſtent,niſi per Vicarium Foraneum, in Diœceſi, per Præfectum Portæ, in ciuitate, ſcripto ſint probatæ idoneæ.His porrò baptizantibus, adſint præſentes quoad fieri poteſt, duæ ſaltem mulieres, præſertim mater, quæ audiant prolata in baptizando verba, dū abluunt, & ſuper his diligenter interroget Parochus, vt ſciat, an idoneè ſit baptizatus infans, vt defectum ipſe ſuppleat. *Syn. Diœc.* 34. *cap.* 2.

39 In dubio,an quis ſit baptizatus, licèt de expoſitis agatur, collo appenſum ſcriptum habentibus, iterum ſub conditione baptizetur à Parocho. *Ib.*

40 Tam in Baptiſmo, quàm in adminiſtratione Extremæ-vnctionis, bambacium ſingulis vicibus innouetur. *Ib.*

41 Sicut à munere Compatrum, in Baptiſmo, ita in Confirmatione, arceantur Clerici Sacris initiati. *Ib.* & *Syn. Diœc.* 17. *V. Sacramenta.*

BAPTISTERIVM.

1 Singulæ Parochiales Eccleſiæ habeant fontem baptiſmalem cum aqua ritu ſolemni benedicta. *Prou.* 1. *tit. quæ pert. ad Bapt. adminiſt.* §. *ſingulæ Parochiales. Diœc.* 2. *Dec.* 15. §. *in quibus*.

2 Non admittatur in alijs Eccleſijs. *Prou.* 3. *tit. quæ ad ſacr.* & *ſacr. per.* §. *fons Baptiſmal.*

3 Collocetur à ſiniſtris in Eccleſiæ ingreſſu. *Prou.* 4. *tit. quæ pert. ad ſacr. Bapt.* §. *in Eccleſiæ ingreſſu. Viſit. Apoſt. tit. quæ ad cult. Eccl.* §. *collocatus*.

4 Ornatior, & celebrior ſit in Plebibus, & inſignioribus Eccleſijs, & tàm forma Baptiſterij, quàm Sacrarij amplioris, antiqua forma reſtituatur. *Viſ. Ap. tit. quæ ad cul. Eccl.* §. *ac in plebibus*.

5 In Eccleſijs,quæ ritu Romano vtuntur in hac Diœceſi, pari ratione procedatur. *ibid.* §. *in Eccleſijs*.

6 Ab Eccleſiæ pauimento, ſi minùs tribus gradibus, vno ſaltem deſcendatur. *Diœc.* 32. *cap.* 9. §. *Baptiſterij*.

7 Petra,non lateritia,ſed marmorea ſit, vel in ea vas ramneum ſtannatum ponatur. *Viſ. Apoſt. tit. quæ ad cul. Eccl. per.* §. *Petra non lat. Prou.* 4. *vt ſup.* §. *interea verò*.

Digitized by Google

8 Menſa è tabulis nuceis, vel laminâ æreâ, ſtanno deorſum obducta tegatur, & claudatur. *Diæc. 32. cap. 9. §. ne quid autem.*

9 Ciborium ad tegendum fiat *Viſ. Ap. ib. vtſup. §. operimentum. Prou. 4. §. habeat operimentum.*

10 In eo reponantur ſacra olea, & alia pro Baptiſmo neceſſaria. *ibid.*

11 Conopæum ſaltem è tela, ciborium tegat. *ib. §. conopæo.*

12 Panno ſerico albi coloris. *Diæc. 32. vtſup. §. Ne quid autem.*

13 Ciborium, ſeu armariolum eius, muniatur claue. *ibid.* & Fontis oſtium, tabellâ claudatur. *Viſ. Apoſt. tit. quæ ad cult. Eccl. §. Tabella.*

14 Septum adſit ligneum ſaltem, de licentia Epiſcopi; ſi minùs, ferreum, vel lapideum. *Viſ. Ap. ib. vtſup. §. ſeptum Prou. 4. vtſup. §. ſepiatur.*

15 Tegmen, vbi Baptiſterium extra niciam ſit, vel Capellam fornicatam, quod ex aſſeribus, vel telâ pictâ conſtare poterit. *ibid. §. Præterea, & Viſ. Ap. ib. §. Tegmen.*

16 Sacrarium, iuxta ipſum Fontem, in pariete excauatum, vel in columella erecta, ita vt prædicto ſepto concludatur. *ibid. & Viſ. Apoſt. §. ſacrarium.*

17 Pictura in pariete, S. Io. Baptiſtę Chriſtum baptizantis. *ibid. §. decebit etiam, & Viſ. Apoſt. ibid. §. Pictura.*

18 Alterum Sacrarium conſtruatur in Eccleſijs, in quibus frequenter celebratur, iuxta generales inſtructiones. *Prou. 4. tit. de ſac. loc. corcul. §. in vnaquaquè.*

19 Omninò claues Fontis huius cuſtodiantur à Parocho. *ib. tit. quæ ad ſac. & ſac. pert. §. & Tabernaculi. Diæc. 4. Decr. 9.*

20 Si afferantur mantilia noua ad abſtergenda capita (duo ſemper habeantur in ciborio) noua verè ſint, & in Eccleſiæ conuertantur vſum. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad ſacr. Bapt. §. in Baptiſmalis.*

21 Nullum ſepulcrum ſit propè hunc fontem. *Prou. 6. tit. quæ ad cult. Eccl. pert. §. ſi quod autem.*

22 In Sabbato Sancto, & Vigilia Pentecoſtis, ad Fontis benedictionem conueniant ij, qui de more ſolēt, debentvè *Prou. 4. ib. vtſup. §. vetus illa.*

23 Tres ſaltem conueniant Sacerdotes. *ibid. §. in ijs porrò Eccleſ.*

24 Fons Euſtorgianus, Metropolitanæ vnitus eſt, pro Baptiſmo adultorum, & infantum. *Diæc. 32. cap. 9. §. cum annis.*

Digitized by Google

BENEDICTIO.

1 Puerperarum benedictio, ne fiat domi, etiamſi mulier ad Eccleſiam ire non poſſit. *Prou.* 3. *tit. quæ ad ſacr. per.* §. *Ad preces Diœc.* 3. *Decr.* 14.

2 Neq; panis benedictus, ſub hoſtiæ forma tradatur eis. *ib.* §. *fæminis*, *& Diœc.* 3. §. *fœmin.*

3 Puerorum benedictio, cum primùm in Eccleſiam introducuntur, ne omittatur, ſtatâ prece. *Prou.* 4. *tit. quæ pert. ad ſac. Bapt.* §. *quod pij instituti.*

4 Sponſorum benedictio fiat cum Miſſa, in qua recitetur ſaltem de ijſdem collecta, & fiat à ſolo Parocho. *Prou.* 1. *tit. quæ ad Sacr. Matr. per.* §. *Parochi Diœc.* 3. *Dec.* 35.

5 Veſtium, vaſorumvè ſacrorum, ne fiat benedictio ab eo, qui Epiſcopo eſt inferior, ſinè Sedis Apoſtolicæ facultate. *Prou.* 6. *tit. de Sacramental.* §. *ne quis.*

6 Candelarum, & palmarum benedictio ne fiat, niſi in Eccleſia, & intra huius ambitum fiat proceſſio. *Prou.* 3. *tit. quæ ad Sacr. & ſac.* §. *quamobrem. Diœc.* 3. *Dec.* 8. §. *vtroq; autem.*

7 Nequè benedicantur, dum in manibus laicorum teneantur. *Prou.* 3. *ib.* §. *quamobrem.*

8 Nequè ad domos deferantur, nequè quaſi tributum à laicis exigantur; ſed ad eos tantùm, qui legitimè impediti, ad Eccleſiam conuenire non poſſunt. *ibid.* §. *vterq; præterea*,

9 Solis Parochis reſeruatur hęc benedictio, negatur alijs, in Oratorio præſertim confratrum, ſub pæna ſuſpenſionis Sacerdoti benedicenti, & confratribus, arbitraria, ex Conc. Prou. *Diœc.* 32. *cap.* 23. §. *Prouincialibus.*

10 Cinerum benedictio fiat etiam in Eccleſijs Parochialibus. *Prou.* 5. *tit. quæ ad ſacr. & ſac. gener. pert.* §. *Hoc aſperſionis.*

11 Curent omnes Beneficiati locationes bonorum, & iurium Eccleſiaſticorum, & exactiones redditumm Fiſci, per publica inſtrumenta ſeruari. Cùm autem in actu collationis beneficiorũ iurent prouiſi, quod inuentarium omnium bonorum, iurium, & actionum beneficij intra annum facient, & tranſmittent Cancellario Archiep.; Vicarij Foranei curent id iuramentũ adimpleri ab omnibus ſuæ Plebis Eccleſiaſticis. *Syn. Diœc.* 33. *Decr.* 21. *iuxta præſcripta Conc. Prou.* 1. *tit.* 3. *Decr.* 11. *Syn.* 3. *Decr.* 45. *Conc. Prou.* 1. 2. *p. quæ pert. ad bonor. & Iur. Eccl. conſer.*

Qui

Qui ſecus fecerit, plectatur pœnâ ſex aureorum. *Syn. Diæc.* 35. *Decr.* 38.

BENEFICIA.

1 Nemini conferantur, qui ad illa, requiſitas conditiones non habeat. *Prou.* 5. *tit. quæ ad benef. coll.* §. *ſi Capellania*.

2 Qui beneficium vacans, ambitioſis precibus, & multis, per ſe, vel per alios petierit, eo facto reddatur indignus, cui per biennium, neq; aliud beneficium conferri poſſit. *Prou.* 1. *tit. quæ pert. ad coll. benef.* §. *qui beneficium*.

3 Eadē pœna proponitur ijs, qui beneficium nondū vacans poſtularint. *ib.* §. *eandem*.

4 Qui ius habent conferendi beneficia, ſeu eis prouidēdi, aut ad ea eligendi, præſentandi, vel nominandi, eorum miniſtri nihil accipiant, ne ſpontè quidem datum ab aliquo, cui beneficium quâuis ratione tribuatur. *ibid.* §. *intercedimus*.

5 Neq; ita detur beneficium, vt is ad nutum eius, qui dederit, vel cuiuſuis alterius, poſtea cedat. *ibid.* §. *neuè ita*.

6 Nequè in eo dando, vlla fructuum pars, quamuis etiam pietatis ſpecie, reſeruetur. *ib.* §. *neue in eo*.

7 Sub pœna amiſſionis totius iuris, quod habetur, & alijs Simoniacorum pœnis. *ibid.* §. *qui verò* §. *omnes*.

8 Fructus Beneficiorum vacantium, vel diſtributiones quotidianæ, Epiſcopali, vel Canonicali menſæ ne attribuantur, nec inter alios Canonicos, aut miniſtros Eccleſię illius, vel alterius diuidantur. *Prou.* 5. *tit. quę ad benef. coll.* §. *Auctoritate*.

9 Nequè loco eorum fructuū, qui eo nomine tribuebantur, ne conſenſu quidem Capituli, ab Epiſcopo ſtatui liceat, vt deinceps, qui ea Beneficia, qualia qualia ſint, conſequentur, aliquid minimum ſoluant in vſum fabricæ, aut Eccleſię, Sacriſtię, vel alterius operis. *ibid.* §. *nec verò*.

10 Si quid poſt Conc. Trid. vſquam in Prouincia ſtatutum hac in re fuerit ſinè Sum. Pont. auctoritate, nullum, & irritū ſit. *ibid.* §. *quod ſi*.

11 Si ſex menſibus ante Conc. Trid. alicuius pij loci vſibus eiuſmodi diſtributiones, & fructus conceſſi reperiuntur; dimidia tantum pars eorum pijs locis relinquatur; reliqua verò detur beneficium obtinenti, ad præſcriptum Conſt. Pij V. *Prou.* 5. *tit. quæ ad benef. coll.*

12 Quæ per ceſſionem vacant, Epiſ-

Digitized by Google

Epiſcopus, ne ſuo, aut cedentis conſanguineo, neque ſuo familiari conferat, vt Pij V. conſtit. cauetur. *Prou.6.tit. quæ ad benef. coll.* §. *beneficia quęcunquè.*

13 Ante collationē iuret prouiſus iuxta formulam præſcriptam in Prou. 1. *vt ſup.* §. *nemini autem.*

14 Nullum imponatur onus contribuendi, præſtandivè, ad Eccleſiæ reparationem, miniſtrorumvè ſuſtentationem, quibus in viſitatione prouideatur. *Prou. 7. tit. de beneficijs.* §.*caueant Epiſc.*

15 Nihil accipiatur à quouis, ne ſigilli quidem nomine. *Prou. 4. tit. de benef. coll.* §. *vt auaritiæ.*

16 Notarijs, ſcriptoribus, alijſuè miniſtris, in conficiendis litteris non plus vno aureo ad ſummum perſoluatur. *Prou.*4.quo derogatur Pro. 1. de duobus aureis. *ibid.*§. *Notario tamen.*

17 Nemini liceat in cauſis beneficiorum dare quicquam ad redimendam vexationē, ſinè conſenſu Epiſcopi, ſub pœna nullitatis. *Pro. 1. vt ſup.* §. *ne redimendæ.*

18 Litteris acceptis Apoſtolicis de prouidendo, in forma, dignum, quæ duobus committi ſolent; ſi ab vno non probatur prouiſus, antequā alter exequatur, Notarius, acta omnia ſub primo, conſignet ſecundo. *Prou. 4. tit. vt ſup.* §. *fraudes.* §. *ij enim.* §. *quamobrem.*

19 Præſentati, etiam à Regularibus, examinentur. *ibid.* §. *quod Tridentinis.*

20 Examen pro Beneficio non curato, ſit:

An Horas canonicas recitare ſciat.

An doctrinâ inſtructus, quā Ordo depoſcit, quo initiari debet pro Beneficio.

An peritiam teneat functionum, quas Beneficij ratio poſtulat. *Prouin. 5. tit. de examin. rat.* §. *qui cauſa beneficij.*

21 Conficiatur liber, in Archiuio Epiſcopi aſſeruandus, in quo omnium Beneficiorum vacationes, collationes, prouiſiones, quo die, quâ ratione, & modo deſcribantur, & cum oneribus eorum. *Prou. 4. vt ſup.* §. *liber conficiatur.*

22 Onera Beneficiorum, in tabella deſcribantur, quæ affigatur in Sacriſtia. *Pro. 1. tit. de off. Mag. chori.* §. *tabellam.*

23 Vt ſinè lite perueniant ad hæredes fructus Beneficiorū Clerici mortui, cum Iulij III. Conſt. hac de re nunquam ſit in vſum inducta, ſeruetur

ius

Digitized by Google

ius commune, ſublatâ omni conſuetudine, & ſtylo, etiã Archiep. aut Epiſcopali auctoritate confirmato. *Prou. 5. tit. de Eccleſ. & Eccl. ſupell. §. vt litibus.*

24 Epiſcopus recognoſcat, & inquirat, an aliquid ſit in titulo Clerici innouatũ; & ſi quid compererit, ex ſanctione Trid. agat, vt iuridicè recuperetur alienatum, remiſſum, comiſſum, actum, reſtituatur, & contra delinquentes agat pænis, prout de iure. *Prou. 4. tit. quæ per. ad ſac. ord. §. Epiſcopus cum Clerum.*

25 Litteræ Beneficiorum, obtinentibus, ne denegentur ab Epiſcopo. *ibid. §. capitula verò.*

26 Teſtimonium approbationis ſuæ, Beneficiatus non tenetur exhibere, cùm, qui collaturus eſt beneficium, eſt illemet Ordinarius, qui eũ approbarit. *ibid. §. Nemo.*

BENEFICIA Parochialia.

1 Vacante Parochiali Eccleſiâ, intra triduum à notitia, ad Cathedralis, & vacantis Eccleſię ianuam, publicum edictum per totos decem dies, vel aliud tempus longius, proponatur pro examine nominatorum. *Prouin. 1. tit. de edic. prop. in exam. eor. qui præf. ſunt. Par. Eccl. §. quia.*

2 Ne ſit aditus ad concurſum familiari, ſeu propinquo Epiſcopi, alioquin nulla eſt prouiſio, ex conſtit. Pij V. *Prou. 6. tit. quæ ad benef. coll. §. nec verò.*

3 Eccleſia Parochialis, ne per ſex menſes ampliùs commendetur: ſed prouideatur de titulari. *Prouin. 4. tit. de benef. coll. §. Eccleſia Parochialis.*

4 In omnibus Beneficijs, & Capellanijs quamcunquè curam animarum habentibus, etiam Cathedraliũ, & Collegiatarum omnis diligentia adhibeatur, quæ in conferendis Parochialibus. *ibid. §. quęcunq;*

5 In Beneficijs, etiam Parochialibus iuris patronatus laįcorum ſimul, & Eccleſiaſticorũ, ſeruet Epiſc. Conc. Trident. Decret. de beneficijs, quæ iuris patronatus Eccleſiaſtici ſunt, etiamſi ex vna parte, ad Eccleſiam; ex duabus, ad laicum electio ſpectet. *Prouin. 6. tit. quæ ad benef. coll. §. in beneficijs.*

6 Solus Epiſcopus Diœceſanus, edictum proponat in examine eorum, qui præficiendi ſunt Eccleſiæ Parochiali, & factâ per examinatores exploratione, dignior

præ-

præferatur, & ſi ſecus fiat collatio, nulla ſit. *Prou. 5. tit. quæ ad benef. coll. §. vacante.*

7 Eadem ratio ſeruetur vacante Parochiali, quæ ſit iuris patronatus Eccleſiaſtici, vel mixti, cuius inſtitutio ad alium exemptũ, & Regularem ſpectet; ità tamen, vt quem Epiſcopus digniorem elegerit, is à patrono pręſentetur ei, ad quem ſpectat inſtitutio. *ib. §. eadem ratio.*

8 Si inſtitutio ſpectat ad Sum. Pontif. tunc Epiſcopus eligat digniorem ex præſcripto Conſtit. Pij Quinti. *ibid. §. ſi verò.*

9 Vacante interim eâ Eccleſiâ, Epiſcopus Vicarium conſtituat, qui onera eius Eccleſiæ ſuſtineat, attributâ ei congruâ fructuum portione pro ſuo arbitrio. *ib. §. interea.*

10 Ne Epiſcopus abutatur facultate ſibi datâ priuatim faciendi examen in collatione Parochialis Eccleſiæ, ſed certis tantùm cauſis expreſſis id faciat. *ib. §. quamuis.*

11 Epiſcopus, Beneficiorum, quorum inſtitutionis ius, aut collatio ad exemptos, alioſuè Epiſcopo inferiores ſpectat, ius patronatus lites, cauſas, controuerſias recognoſcat, & definiat; Clericum autem præſentatum, qui inſtituendus erit, ad inferiores, inſtitutionis tantùm causâ remittat, niſi ijdem inferiores iuriſdictionem haberent ordinariam, cuius vigore de controuerſijs ſuper iure patronatus cognoſcere poſſent. *Prouin. 6. tit. quæ ad benef. coll. §. Epiſcopus quoquè.*

BENEFICIORVM pluralitas.

1 Vacante Beneficio per aſſecutionem alterius, qui ſinè legitima facultate, prioris cenſum exegerit, illius duplum, ad vſum Eccleſiæ reſtituat. *Prouin. 4. tit. de benef. coll. §. beneficij quacunquè.*

2 Ad vitam honeſtè ſuſtentandam, non vltra duo Beneficia ſimplicia conferri poſſunt vni, ſinè facultate Sedis Apoſt. *Prou. 5. tit. quæ ad benef. coll. att. §. quod Synodi.*

3 In Eccleſijs, vbi quis incompatibilia Beneficia cum legitima diſpenſatione obtinet, Epiſcopus, conſtitutâ certâ fructuum parte prouideat, vt per Vicarios, ea beneficia, debitis miniſterijs non fraudentur. *Prou. 5. tit. quæ ad diu. off. §. in capella.*

4 Idem efficiat, ſi quis munera ſua non præſtet ratione

le-

legitimæ abſentiæ. *ibid.* §. *idem efficiat.*

BENEFICIORVM permutatio.

1 In Eccleſiarum curatarum permutatione non ſit edictum, nequè concurſus. *Pro. 5. tit. quæ ad benef. coll. att.* §. *in Eccleſiarum.*

2 Si tamen, vel Parochianorũ multitudo ſit inæqualis, vel qui permutant, examen numquam ſubierunt, fiat de illis experimentum examinis. *ibid.*

3 Idem examen ſinè concurſu fiat de eo, qui beneficium ſimplex commutat cum alio, quod curam animarum habet. *ibid.*

BENEFICIORVM optio.

1 Quibus in Eccleſijs, optionis ius eſt, vbi dimidia pars fructuum Præbendæ in illius vacatione, vel Sacriſtiæ, vel fabricæ Eccleſiæ ſoluitur, ea pars pro ratione Præbendæ, quæ primò vacauit, ſoluatur. *Prou. 5. tit. quæ ad benef. coll. att.* §. *quibus in Eccleſijs.*

2 Idq; ab omnibus præſtetur, qui ordine deinceps, optionis iure vſi ſunt: ita vt vnuſquiſquè ſoluat pro rata tantùm acceſſionis redditum, ſibi illo ipſo optionis iure factæ. *ib.* §. *idq; ab omnibus.*

3 Hæc ſolutio, vbi quiſq; primi anni fructus ex Præbenda, quam ſibi iam optauit, perceperit, ſtatim ab eo præſtetur. Reliqua item; quæ de parte fructuum dimidia perſoluenda cõſtituta ſunt, ad eorum præſcriptum ſeruentur. *ib.* §. *hæc porrò.*

4 Intra menſem, optionis inſtrumentum in Cancellaria Epiſcopali exhibeatur, ſub pœna Epiſcopo arbitraria. *Prou. 6. tit. quæ ad capit. pert.* §. *quod concilio.*

BENEFICIORVM poſſeſſio.

1 In capienda poſſeſſione Beneficij, liberum eſt cuiq; illius tantùm Eccleſiæ, vel Altaris, in quo eſt titulus Beneficij; & illorum prædiorum, quæ ipſe maluerit, poſſeſſionem capere, Notario tabulas conficiente. *Prou. 4. tit. de benef. coll.* §. *ne pro beneficij.*

2 Qui poſſeſſionem adeptus eſt, titulum oſtendat Epiſcopo ſuo, ad menſem; alioquin dimidiâ parte fructuũ vnius anni mulctetur, & omninò titulum exhibere cogatur. *Prou. 2. tit. 3. Decr. 1.*

3 Beneficiorum ceſſiones, ne paſſim admittant Epiſcopi, ſed in caſibus à Pio V. expreſſis tantùm, ſub pœna excom-

communic. Sedi Apoſt. reſeruatæ, *Prou. 2. tit. 3. Decr. 2.*

BIBLIOTHECA.

1 Certus locus pro Bibliotheca conſtituatur, in ædibus Epiſcopi, vel Canonicorũ, vel Eccleſiæ. *Prouin. 4. tit. de Biblioth. §. Bibliotheca.*

2 Extruantur armaria, in quibus codices, & volumina ordine diſponantur. *ib. §. quo in loco.*

3 Index fiat, in quo volumina ſingula notentur, pro diſciplinarum genere, aut Alphabeti ratione. *ib. §. Index.*

4 Canonicus peritus, de conſilio Capituli, ab Epiſcopo præficiatur, cuius officium duret arbitrio Epiſcopi. *ibid. §. Epiſcopus.*

5 Vetuſta, librario opere reconcinnantur, & poliantur: diſſoluta, & malè compacta conglutinentur. *ib. §. volumina.*

6 Ineatur ratio eam augendi, & curetur, vt publicæ commoditati ſit vtilis. *ib. §. cura verò Epiſc.*

BLASPHEMIA.

1 Clericus, qui blaſphemauerit expreſsè Chriſtum Dominum, vel eius Matrem, primò, fructibus vnius anni Beneficiorum Eccleſiaſticorum mulctetur. *Prou. 1. tit. de Blaſphemia §. vt quicunq.*

2 Si iterũ; eo Beneficio, quod habet, priuetur; ſi plura ſint eiuſdem, eo, quod Epiſcopus voluerit. *ibid.*

3 Si tertiò, omnia Beneficia amittat, & ad ea ſit inhabilis. *ibid.*

4 Laicus verò, primò, aut etiã ſecundò pecuniâ mulctetur, vt in Concilio Lateranenſi. *ibid.*

5 Tertiò, grauem pœnitentiam publicè agat, iuxta ſacros Canones. *ibid.*

6 Qui Sanctos blaſphemauerit, aut in Deum, & Beatam Virginem, maledicta, non tamen publicè, contulerit, mitiùs puniatur. *ibid.*

7 Qui blaſphemantem audierint, omnes, vel vnus, eorum nomine, intra triduum ad Iudicem Eccleſiaſticum, vel ſecularem deferat. *ib. §. qui blaſphemiam audiuit.*

8 Ideò Sodalitas nominis Dei inſtituatur. *Prou. 2. tit. 1. Decret. 3.*

9 Cum Indulgentijs à Pio IV. conceſſis. *ibid.*

10 Promulgetur etiam ſæpiùs, annorum decem Indulgentia, à Leone X. conceſſa ijs, qui blaſphemantem, toties quoties audierint, accuſauerint. *Prou. 3. tit. quæ ad Concionat. §. Parochus, & Concionator.*

BO-

BONA ECCLESIASTICA.

1 Decretum Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 11. de vſurpantibus bona Eccleſiaſtica, ſeu impedientibus, excōmunicationi ſubiectis, euulgetur ſæpiùs. *Prou. 5. tit. de Eccl. car. ſupel. & fruc.* §. *Vniuerſitates Diœc. 2. Decr. 37.*

2 Item ea pars Bullæ cœnæ Domini, quę de hoc eodem crimine aget. *Diœc. 2. ib.* §. *hoc idem.*

3 Item, & decretum de ſoluendis Decimis. *ib.* §. *hoc ipſum.*

4 Nemini liceat locare bona Eccleſiaſtica propinquis intra tertium gradum, neq; ad tempus, etiam per ſuppoſitas perſonas, ſinè magna vtilitate Eccleſiæ, iudicio Epiſcopi, ſub pœna nullitatis, & alijs pœnis arbitrarijs. *Prou. 1. tit. quæ per ad bon. & iur. Eccl. admin.* §. *Nemini beneficiorum.*

5 Nimirum, ijs, qui primo, ſecundovè conſanguinitatis gradu ſunt coniuncti, & datâ facultate ab Epiſcopo in ſcriptis, & ſub pœna amiſſionis fructuum vnius anni. *Prou. 2. tit. 3. Decr. 5.*

6 Nequè item Patronis, nequè ijs, quorum ceſſione ea beneficia obtenta ſunt, niſi vt ſupra, & ſub eadē pœna. *ib.*

7 Inueſtituræ Feudorum renouentur à ſucceſſoribus cum iuramento fidelitatis. *Prou. 1. tit. vt ſup.* §. *qui bona Eccleſiæ.*

8 In his renouationibus, omnia bona, & eorum fines nominatim in inſtrumento deſcribantur. *ibid.* §. *ne autem res.*

9 Nulla fiat locatio, ne ad breuiſſimum tempus, niſi Notarius inſtrumentum confecerit, ſub pœna locatori arbitraria. *Diœc. 3. Decr. 45.*

10 Locatio quæcunquè, ſemper fiat ſchedulis publicè de more propoſitis, niſi aliquādò ſecus fieri, ſcripto concedatur *Diœc. 4. Decret. 40.*

11 Aliter facta nulla ſit, & locator dabit pœnas. *ibid.* §. *ſin aliter.*

12 Idem ſeruetur in bonis locandis Dignitatum, ſeu Canonicatuum, & prætereà de conſenſu Capitulorū, locorumvè piorum, quorum ius eſt in tertia parte illorum, aut virorum ad id delectorum ab ijs, aut Ordinario, *ib. Decr. 41.*

13 Sub pœna nullitatis contractus, & alijs arbitrarijs. *ibid.* §. *ſi contra.*

14 Qui minori ſunt ætate, & obtinent Beneficia, bonorum adminiſtrationem non gerant eorum conſanguinei, niſi de conſenſu Epiſcopi. *Prou. 4. tit. de beneſ. coll. ac pro-*

Digitized by Google

uſ. §. *Vt prædiorum Diœc.* 4. *Dec.* 42.

15 Sub pœna nullitatis contractuum ea de cauſa initorũ,& alij pęnis contra adminiſtratores. *ibid.*

16 Quacunquè ratione alienata bona ad Eccleſiam redierint, etiamſi alijs bonis non ſint incorporata; ne tamen amplius ad longum tempus locentur, nequè alienentur, niſi verè vtile ſit, ac neceſſarium Eccleſiæ. *Prou.* 2. *tit.* 3. *Decr.* 8.

17 Bona, cẽſus, & alia in vſum fabricarum Eccleſiæ, Præfecti, ac miniſtri ad alios vſus ne auertant. *ib.tit.*3.*Decr.*18.

18 Pro recuperatione bonorum Eccleſiaſticorum, vt Beneficiatorum inopiâ, vel metu non admittantur, conſtituantur Aduocatus, & Procurator. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ ad bona Eccl. tuen. pert.* §. *Epiſcopus Procuratorem.*

19 Eorum merces, vel in fine litis detur, ſi vincant; vel à Deo ij expectent. *ib.* §. *horum vtriq;*

20 Qui ſcripta ad Eccleſiam ſpectantia occultauerit, ſuppreſſeritvè doloſè, puniatur iuxta ſacros Canones. *ib.* §. *ſi quis Clericus.*

21 Clerici mortui bona quæcumquè, nemo inuadat, ſurripiatvè, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. *Prou.* 2. *tit.* 3. *Decr.* 15.

22 Eadem pœna extenditur ad eos etiam, qui nullâ vi, aut inuaſione aſportant, antequam à Deputato, index de rebus defuncti factus fuerit. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ ad bona Eccl. tuen. pert.* §. *quod prouinciali.*

23 Scripta, inſtrumenta, ad Beneficium ſpectantia, tradantur ſucceſſori gratis, ſinè vllo pacto prætio, etiamſi Clericus defunctus aliquid in ijs erogarit. *ibid.* §. *Epiſcopus vbi.*

24 Hæc tria decreta ſemel in anno euulgentur. *Prou.*2.*tit.* 3. *Decr.* 15. §. *Hoc autem Decretum, & Prouin.* 3. *vtſup.* §. *Hoc itidem.*

25 Si poſt Calendas Auguſti Rector Eccleſiæ obierit; is, qui illius Eccleſiæ fructus ad ſe pertinere aſſerit, ære alieno perſoluto, & detractis fructibus pro victu noui Rectoris in ſequenti anno, reliquos fructus ſibi retineat. *Diœc.* 2. *Decret.* 39.

26 Pendentes fructus Beneficiorum adiudicantur ſucceſſoribus in Beneficijs, exceptâ parte colonicâ. *Prou.* 7.*tit. de fruct.Eccleſ.Cleri defuncti.* §. *fructus omnes.*

27 Mor-

27 Mortuo Beneficiato conſtituatur Oeconomus opulentus, ab Epiſcopo, apud quem deponantur omnes fructus ad onera in primis adimplenda, Beneficij. *ibid.* §. *Epiſcopus deniquè.*

28 Hæredes autem, ne immaturos fructus à ſolo ſeparēt, nequè ligna cædant, aliudvè damnū ſucceſſori afferant; aliàs ab Epiſcopo reſarciri iubeantur, & grauiter puniantur. *ibid.* §. *caueant hæredes.*

29 Fructus à ſolo ſeparati, etiāſi nondum exacti, aut reconditi, maturi tamen, hæredibus dentur. *ib.* §. *fructus omnes.*

30 Si omnes ſunt ſeparati, hæredum quidem ſint: ij tamen oneribus Beneficij faciant ſatis. *ibid.* §. *quod ſi fructus.*

31 Si Parochialis Eccleſia ſit, vel Beneficium cum reſidentia perſonali, ea pars ſucceſſori detur, quæ Ordinario videbitur ad eius victum, & onera vſquè ad nouos fructus. *ib.* §. *quod ſi fructus.*

32 Fructus locationum, cenſuum, & ſimilium, ad ratam temporis diuidantur. *ibid.* §. *ſi verò fructus.*

33 Penſiones debitæ pro fructibus, ſimplici locatione, & loco fructuum ſoluendæ, ad eum pertineant, ad quem fructus, vt ſupra, pertinebunt. *ibid.* §. *ſi verò fructus.*

34 Æs alienum ratione Beneficij contractum per Beneficiatum, vt, decimæ, penſiones non ſolutæ, ſalarium miniſtrorum, reparationes, & ornamenta Eccleſiæ, ſi apparet contractum ſuperioribus annis, hæredes diſſoluant. *ibid.* §. *quod verò ad es alienum.*

35 Si eo anno, quo obijt, pro rata fructuum, & temporis, iudicet Epiſcopus, vt vnà cū nouis fructibus perſoluatur. *ibid.*

36 Inuentaria fiant bonorum omnium, & iurium Eccleſiarum ab adeptæ poſſeſſionis die, intra ſpatium ſex menſium, edictis publicè propoſitis, coram Notario, & duobus teſtibus. *Prouin.* 1. *tit. vt ſup.* §. *vt Epiſcopi.*

37 Epiſcopus quidem, adhibitis duobus à Capitulo Cathedralis Eccleſiæ delectis; Capitulum verò coram Epiſcopo, aut alijs Præfectis, ab eo. *ibid.*

38 Exempla duo authentica fiant: alterum pro Archiuio Epiſcopi, alterum ad Metropolitanum mittatur. *ibid.* §. *ex eo Inuentario.*

39 Eccleſiæ verò Collegiatæ, duo item faciant: alterum

Digitized by Google

pro archiuio proprio, alterum pro archiuio Epiſcopi. *ibid.*

40 Inferiores alij Beneficiati eadem præſtent, pro ſe, & pro Epiſcopi archiuio. *ibid.* §. *Cæteri autem.*

41 Renouentur, quandò opus eſt, additis, quæ de nouo accidunt. *ibid.*

42 Ad vtilitatem Cleri communem, in Synodo Diœceſana eligantur aliqui à Clero Foraneo, qui cùm vrbano agant de ijs, quæ ad vniuerſi Cleri bona ſpectant. *ibid.* §. *quia contingit.*

43 Et antequam Clerus vrbanus in hanc cauſam conuocetur, moneantur ij electi, vt adeſſe poſſint. *ib.* §. *pręcipimus.*

44 Cùm locationes Eccleſiaſticorum prædiorum in poſterum fient cum pacto ea meliorandi, ne ius tribuatur faciendi impenſas non neceſſarias, (niſi cum locatio cōtrahitur emphyteuſis nomine. *Diœc.* 2. *Dec.* 38. §. *quæcunq;*

45 Qui conduxerit, & non neceſſarias expenſas fecerit, huic nulla ſit actio, nec exceptio, neque ius retinendi, ſed confectâ locatione, ea prædia, quæ conduxit, liberè Eccleſiæ reſtituat, & reddat. *ibid.* §. *quod ſi qui.*

46 Si in locatione ſit pactum, vt liceat impenſas vtiles facere conductori; hæc conuentio locationis nullum ius tribuat conductori recuperandi, vel redimendi ab Eccleſia, vel ab eo, qui locatori ſuccedet, quod ipſe eo nomine erogarit. *ib.* §. *quod ſi in locatione.*

47 Vbi neceſſarias impenſas conductor fecerit cum pacto meliorandi, tertiam partem eius rei, quam ſoluere debet titulo locationis, ſibi retinere poſſit, quoad recuperarit quidquid neceſſariò erogarit. *ibid.* §. *ſi verò.*

48 Si tertia pars non ſufficiat, ne conductor, completâ locatione, à prædiorum poſſeſſione amoueatur; ſed liberū ſit Eccleſiæ Rectori, aut aliunde comparatâ pecuniâ redimere ipſa prædia de conductore, aut eadem eidem conductori locare iterum, vt tertiam partem retinendo, ſingulis annis recuperet erogatum, aut eadem prædia alteri locare, à quo locationis nomine poſſit tantum pecuniæ accipere, quantum ei debetur, qui ante conduxit: Et qui ita conduxit, quotannis retineat ſibi tertiam partem eius rei, quam locationis nomine de-

Digitized by Google

debet, quoad ſibi de pecunia mutuò data ſit ſatisfactum. *ibid. §. ſin autem.*

49 Qui conduxerit his conditionibus, & tertiam partem ſibi non retinuerit, ne illi ſit ius, ab Eccleſia quidquam repetendi. *ibid. §. ſi verò.*

50 Si Rector partem eam acceptam ferre recuſarit, quã conductor, eo impenſarum nomine retinuerit; qui conduxit, reliquam eius rei partem, quam locationis causâ debet, ſoluere non cogatur, quoad ille ſe accepiſſe, legitimâ probatione fateatur. *ibid. §. quod ſi rector.*

51 Qui conduxit prædia cum pacto meliorandi, & alias prædiorum partes, præter ædificia meliorarit, ei ſit ius, ſi quid inſumpſerit pro his meliorandis, ſibi retinendi pro rata certis illis diebus ſolutionis, quibus locatio firma eſt; & ſi non fecerit, Rector non teneatur illos ſumptus conductori reſtituere. *ibid. §. ſin autem.*

52 Quibus actionibus longius præſcripto tempus conductori tribuitur in recuperandis factis ſumptibus; ex ijs nullum eidem ius recuperationis competat contra Eccleſiam, vel locatorem ſuccedentem. *ibid. §. quibus.*

53 Locationes ab aliquo Canonicorum de prędijs ad vniuerſum Collegium pertinentibus, cum pacto meliorandi, ſi ita ſunt factæ, vt certa pecunia pacta ſit in illis meliorandis, quid quid ſumptus eo nomine faciendum erit, primo locationis anno, & reliquis ſingulis ſequentibus ità ſibi conductor pro rata retineat pro ſumptibus factis, vt finito tempore locationis, ſibi ſatisfactum ſit; ſin autem nulla certa pactio inita ſit; pecuniæ, non ab ipſo primo locationis anno, ſed initium faciendo ab eo anno poſtquam ſumptus eo nomine ſunt facti, retineat ſibi impenſas ſingulis ſequentibus annis locationis, ad ratam. *ibid. §. quæ autem.*

54 Quæ locationes contractæ ſunt ad breue tempus cum pacto meliorandi, & meliorationes factæ ſunt; in his Vicarius Generalis deligat duos, vel tres peritos, quorum iudicio, ſex menſium ſpatio conſtet, quę res meliores ſint redditę, quęuè ſint reſtitutæ, quantumquè pecunię in his ſit erogatum: quibus cognitis, ſtatuat idẽ Vicarius, quo temporis ſpatio poſſit locator impenſas re-

recuperare.*ib.* §. *At verò qua.*

55 Si verò conductor ſuis ſumptibus in poſterũ in his prædijs aliquid meliorarit, eos ſumptus recuperet, prout hoc decreto decernitur, niſi conuentum ſit, vt breuiori tempore ſoluatur, quàm decretum ſit.*ibid.* §. *ſi verò qui iam.*

56 Arbores in prædijs Eccleſiaſticis, ne cædantur ſinè facultate in ſcriptis impetrata ab Archiep. modò arbores cæduæ non ſint.*Diœc.* 2. *Dec.* 36.

57 Iudices à Sacr. Conc. Trid. deputati, perpetuas locationes rerum Eccleſiaſticarum recognoſcant, irritas faciant & reſcindant.*Prouin.* 6. *tit. de bon.& iur. Eccl.* §.*quibus.*

BVLLÆ PONTIFICIÆ.

1 Quæcumquè Romæ eduntur, duobus ſaltem poſt menſibus, curâ Epiſcopi, in Diœceſi euulgentur. *Prou.* 2. *tit.* 1. *Decret.* 5.

2 Promulgatio fiat, prout in ipſis edicitur, alioquin per affixionem certis locis publicis, & Cancellarius eam notet in libro, *Prouin.* 3. *tit. de ijs, quæ ad Epiſc. for. pert.* §. *Summorum Pontificum.*

3 Conficiatur liber omnium Bullarum in Archiuio Epiſcopali aſſeruandus. *Prouin.* 4. *tit. de foro Epiſc.* §. *liber fiat, & Prou.* 2. *tit.* 1. *Dec.* 5. §. *quarum omnium.*

CÆREMONIARVM Magiſter.

1 EPiſcopus, Capitulo adhibito, hunc conſtituat, cui ſtipendium det, communibus etiam ſumptibus, ſi opus erit. *Prouin.* 1. *tit. de off. Magiſt. Chori.* §. *Si in aliqua Eccleſia.*

2 In vnaquaq; Plebe, duo, vnuſvè Sacerdos peritus eligatur, qui alios inſtruat in Miſſæ cæremonijs, & diuinorum officiorum. *Prou.* 2. *tit.* 2. *Decr.* 12.

3 Qui in Cathedrali eſt, inſtruat eos, quibus prima Miſſa celebranda ſit, & eos, qui minùs per ſe celebrant. *Prou.* 1 *tit. quæ pert. ad cel. Miſſ.* §. *Magiſter cæremon.*

4 Si non poteſt ipſe, delegetur hoc munus alijs Sacerdotibus ab Ordinario. *ibid.*

5 Nequè primam Miſſam quis celebret, qui à prædictis non ſit inſtructus. *ibid.*

6 Ipſe præuunciet, quandò ſtandum, ſedendum, caput inclinandum, genufle ctendum. *ibid. tit. de off. Mag. Chor.* §. *quando ſtandum.*

7 Tabellam conficiat, in Sacriſtia figendam, in qua præſcri-

ſcribat Canonicorum, & aliorum munera per hebdomadam. *ibid.* §. *Tabellam.*

CALENDARIVM.

1 Edatur ſingulis annis à Magiſtro Chori Cathedralis, ſeu alio deputato, quo, ſingulorum dierum officij ratio præſcribatur. *Prouin.* 1. *tit. Comm. de rat. diu. off.* §. *Diuina officia.*

2 Edatur menſe ſaltem ante Natiuitatem Domini, à peritis recognitum. *Prou.* 4. *tit. quæ per. ad* §. *Miſſ. ſacrif.* §. *Kalendarium.*

3 Eodem vtantur inferiores Eccleſiæ, niſi alios ritus Apoſtolicâ auctoritate conceſſos habeant. *Prouin.* 1. *tit. vt ſup.* §. *omnes inferiores Eccleſiæ.*

4 Ponatur in eo Anniuerſarius dies Coronationis Summi Pontificis. *Prou.* 6. *tit. quæ ad diu. off. pert.* §. *quamobrem.*

5 Itē Anniuerſarius dies Conſecrationis Epiſcopi, die proprio, vel alio non impedito. *Prou.* 4. *tit. vt ſup.* §. *Vtquè conſecratio.*

6 Item Conſecratio Eccleſiæ Cathedralis, & à toto Clero fiat officium. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ ad diu. off. pert.* §. *qui conſtitutus.*

7 Item, poſtridiè Commemorationis omnium fidelium defunctorum fiat officium pro Defunctis Epiſcopis in Cathedrali, & Sacerdotes alij, Miſſam dicant pro ijſdem. *ib.* §. *Poſtridiè.*

8 Et ſequenti die in omnibus Collegiatis fiat officium pro Canonicis, & alijs de Capitulo defunctis. *ibid.* §. *die proximo.*

9 De Sancto, eius ſacrum corpus, aut caput, aut brachium aut crus, aut reliquia, iudicio Epiſcopi, inſignis habetur, fiat officium duplex, in ea tantùm Eccleſia, in qua reconduntur. *Prou.* 4. *tit. vt ſup.* §. *De Sancto.*

10 De Sanctis, quorū Altaria, in aliqua ſunt Eccleſia, duplex in ea fiat officium; idq; ſolùm, quandò ex antiqua, & probata conſuetudine, vel iuſta cauſa Epiſcopus cenſuerit faciendum. *ibid.* §. *De Sanctis item.*

11 De ijs, qui Beati dicuntur, ne fiat officium ſinè auctoritate Sedis Apoſt. *ibid.* §. *de ijs.*

12 Notentur etiam in Calendario certis diebus ſingulorum menſium, promulgationes Decretorum Summorum Pont. Conc. Tridentini, Conciliorumquè Prouincialium. *Prou.* 4. *tit. de foro Epiſcop.* §. *Certos ſtatoſquè dies.*

13 Item

præferatur, & ſi ſecus fiat collatio, nulla ſit. *Prou.* 5. *tit. quæ ad benef. coll.* §. *vacante.*

7 Eadem ratio ſeruetur vacante Parochiali, quæ ſit iuris patronatus Eccleſiaſtici, vel mixti, cuius inſtitutio ad alium exemptũ, & Regularem ſpectet; itá tamen, vt quem Epiſcopus digniorem elegerit, is à patrono præſentetur ei, ad quem ſpectat inſtitutio. *ib.* §. *eadem ratio.*

8 Si inſtitutio ſpectat ad Sum. Pontif. tunc Epiſcopus eligat digniorem ex præſcripto Conſtit. Pij Quinti. *ibid.* §. *ſi verò.*

9 Vacante interim eâ Eccleſiâ, Epiſcopus Vicarium conſtituat, qui onera eius Eccleſiæ ſuſtineat, attributâ ei congruâ fructuum portione pro ſuo arbitrio. *ib.* §. *interea.*

10 Ne Epiſcopus abutatur facultate ſibi datâ priuatim faciendi examen in collatione Parochialis Eccleſiæ, ſed certis tantùm cauſis expreſſis id faciat. *ib.* §. *quamuis.*

11 Epiſcopus, Beneficiorum, quorum inſtitutionis ius, aut collatio ad exemptos, alioſuè Epiſcopo inferiores ſpectat, ius patronatus lites, cauſas, controuerſias recognoſcat, & definiat; Clericum autem præſentatum, qui inſtituendus erit, ad inferiores, inſtitutionis tantùm cauſâ remittat, niſi ijdem inferiores iuriſdictionem haberent ordinariam, cuius vigore de controuerſijs ſuper iure patronatus cognoſcere poſſent. *Prouin.* 6. *tit. quæ ad benef. coll.* §. *Epiſcopus quoquè.*

BENEFICIORVM pluralitas.

1 Vacante Beneficio per aſſecutionem alterius, qui ſinè legitima facultate, prioris cenſum exegerit, illius duplum, ad vſum Eccleſiæ reſtituat. *Prouin.* 4. *tit. de benef. coll.* §. *beneficij quacunquè.*

2 Ad vitam honeſtè ſuſtentandam, non vltra duo Beneficia ſimplicia conferri poſſunt vni, ſinè facultate Sedis Apoſt. *Prou.* 5. *tit. quæ ad benef. coll. att.* §. *quod Synodi.*

3 In Eccleſijs, vbi quis incompatibilia Beneficia cum legitima diſpenſatione obtinet, Epiſcopus, conſtitutâ certâ fructuum parte prouideat, vt per Vicarios, ea beneficia, debitis miniſterijs non fraudentur. *Prou.* 5. *tit. quæ ad diu. off.* §. *in capella.*

4 Idem efficiat, ſi quis munera ſua non præſtet ratione le-

legitimæ abſentiæ. *ibid.* §. *idem efficiat.*

BENEFICIORVM permutatio.

1 In Eccleſiarum curatarum permutatione non ſit edictum, nequè concurſus. *Pro. 5. tit. quæ ad benef. coll. att.* §. *in Eccleſiarum.*

2 Si tamen, vel Parochianorũ multitudo ſit inæqualis, vel qui permutant, examen numquam ſubierunt, fiat de illis experimentum examinis. *ibid.*

3 Idem examen ſinè concurſu fiat de eo, qui beneficium ſimplex commutat cum alio, quod curam animarum habet. *ibid.*

BENEFICIORVM optio.

1 Quibus in Eccleſijs, optionis ius eſt, vbi dimidia pars fructuum Præbendæ in illius vacatione, vel Sacriſtiæ, vel fabricæ Eccleſiæ ſoluitur, ea pars pro ratione Præbendæ, quæ primò vacauit, ſoluatur. *Prou. 5. tit. quæ ad benef. coll. att.* §. *quibus in Ecclesijs.*

2 Idq; ab omnibus præſtetur, qui ordine deinceps, optionis iure vſi ſunt: ita vt vnuſquiſquè ſoluat pro rata tantùm acceſſionis reddituum, ſibi illo ipſo optionis iure factæ. *ib.* §. *idq; ab omnibus.*

3 Hæc ſolutio, vbi quiſq; primi anni fructus ex Præbenda, quam ſibi iam optauit, perceperit, ſtatim ab eo prǫſtetur. Reliqua item; quæ de parte fructuum dimidia perſoluenda cõſtituta ſunt, ad eorum præſcriptum ſeruentur. *ib.* §. *hæc porrò.*

4 Intra menſem, optionis inſtrumentum in Cancellaria Epiſcopali exhibeatur, ſub pœna Epiſcopo arbitraria. *Prou. 6. tit. quæ ad capit. pert.* §. *quod concilio.*

BENEFICIORVM poſſeſſio.

1 In capienda poſſeſſione Beneficij, liberum eſt cuiq; illius tantùm Eccleſiæ, vel Altaris, in quo eſt titulus Beneficij; & illorum prædiorum, quæ ipſe maluerit, poſſeſſionem capere, Notario tabulas conficiente. *Prou. 4. tit. de benef. coll.* §. *ne pro beneficij.*

2 Qui poſſeſſionem adeptus eſt, titulum oſtendat Epiſcopo ſuo, ad menſem; alioquin dimidiâ parte fructuũ vnius anni mulctetur, & omninò titulum exhibere cogatur. *Prou. 2. tit. 3. Decr. 1.*

3 Beneficiorum ceſſiones, ne paſſim admittant Epiſcopi, ſed in caſibus à Pio V. expreſſis tantùm, ſub pœna excom-

communic. Sedi Apoſt. reſeruatæ, *Prou.2. tit.3. Decr.2.*

BIBLIOTHECA.

1 Certus locus pro Bibliotheca conſtituatur, in ædibus Epiſcopi, vel Canonicorũ, vel Eccleſiæ. *Prouin.4. tit. de Biblioth. §. Bibliotheca.*

2 Extruantur armaria, in quibus codices, & volumina ordine diſponantur. *ib. §. quo in loco.*

3 Index fiat, in quo volumina ſingula notentur, pro diſciplinarum genere, aut Alphabeti ratione. *ib. §. Index.*

4 Canonicus peritus, de conſilio Capituli, ab Epiſcopo præficiatur, cuius officium duret arbitrio Epiſcopi. *ibid. §. Epiſcopus.*

5 Vetuſta, librario opere reconcinnantur, & poliantur: diſſoluta, & malè compacta conglutinentur. *ib. §. volumina.*

6 Ineatur ratio eam augendi, & curetur, vt publicæ commoditati ſit vtilis. *ib. §. cura verò Epiſc.*

BLASPHEMIA.

1 Clericus, qui blaſphemauerit expreſsè Chriſtum Dominum, vel eius Matrem, primò, fructibus vnius anni Beneficiorum Eccleſiaſticorum mulctetur. *Prou. 1. tit. de Blaſphemia §. vt quicunq.*

2 Si iterũ; eo Beneficio, quod habet, priuetur; ſi plura ſint eiuſdem, eo, quod Epiſcopus voluerit. *ibid.*

3 Si tertiò, omnia Beneficia amittat, & ad ea ſit inhabilis. *ibid.*

4 Laicus verò, primò, aut etiã ſecundò pecuniâ mulctetur, vt in Concilio Lateranenſi. *ibid.*

5 Tertiò, grauem pœnitentiam publicè agat, iuxta ſacros Canones. *ibid.*

6 Qui Sanctos blaſphemauerit, aut in Deum, & Beatam Virginem, maledicta, non tamen publicè, contulerit, mitiùs puniatur. *ibid.*

7 Qui blaſphemantem audierint, omnes, vel vnus, eorum nomine, intra triduum ad Iudicem Eccleſiaſticum, vel ſecularem deferat. *ib. §. qui blaſphemiam audiuit.*

8 Ideò Sodalitas nominis Dei inſtituatur. *Prou.2. tit. 1. Decret. 3.*

9 Cum Indulgentijs à Pio IV. conceſſis. *ibid.*

10 Promulgetur etiam ſæpiùs, annorum decem Indulgentia, à Leone X. conceſſa ijs, qui blaſphemantem, toties quoties audierint, accuſauerint. *Prou. 3. tit. quæ ad Concionat. §. Parochus, & Concionator.*

BONA ECCLESIASTICA.

1 Decretum Conc. Trid. ſeſſ. 22.c.11.de vſurpantibus bona Eccleſiaſtica, ſeu impedientibus, excōmunicationi ſubiectis, euulgetur ſæpiùs. *Prou.* 5. *tit. de Eccl. car. ſupel. & fruc.* §. *Vniuerſitates Diœc.* 2. *Decr.* 37.

2 Item ea pars Bullæ cænæ Domini, quę de hoc eodem crimine aget. *Diœc.* 2. *ib.* §. *hoc idem.*

3 Item, & decretum de ſoluendis Decimis. *ib.* §. *hoc ipſum.*

4 Nemini liceat locare bona Eccleſiaſtica propinquis intra tertium gradum, neq; ad tempus, etiam per ſuppoſitas perſonas, ſinè magna vtilitate Eccleſiæ, iudicio Epiſcopi, ſub pœna nullitatis, & alijs pœnis arbitrarijs. *Prou.* 1. *tit. quæ per ad bon. & iur. Eccl. admin.* §. *Nemini beneficiorum.*

5 Nimirum, ijs, qui primo, ſecundovè conſanguinitatis gradu ſunt coniuncti, & datâ facultate ab Epiſcopo in ſcriptis, & ſub pœna amiſſionis fructuum vnius anni. *Prou.* 2. *tit.* 3. *Decr.* 5.

6 Nequè item Patronis, nequè ijs, quorum ceſſione ea beneficia obtenta ſunt, niſi vt ſupra, & ſub eadē pœna. *ib.*

7 Inueſtituræ Feudorum renouentur à ſucceſſoribus cum iuramento fidelitatis. *Prou.* 1. *tit. vt ſup.* §. *qui bona Eccleſiæ.*

8 In his renouationibus, omnia bona, & eorum fines nominatim in inſtrumento deſcribantur. *ibid.* §. *ne autem res.*

9 Nulla fiat locatio, ne ad breuiſſimum tempus, niſi Notarius inſtrumentum confecerit, ſub pœna locatori arbitraria. *Diœc.* 3. *Decr.* 45.

10 Locatio quæcunquè, ſemper fiat ſchedulis publicè de more propoſitis, niſi aliquādò ſecus fieri, ſcripto concedatur *Diœc.* 4. *Decret.* 40.

11 Aliter facta nulla ſit, & locator dabit pœnas. *ibid.* §. *ſin aliter.*

12 Idem ſeruetur in bonis locandis Dignitatum, ſeu Canonicatuum, & præterea de conſenſu Capitulorū, locorumvè piorum, quorum ius eſt in tertia parte illorum, aut virorum ad id delectorum ab ijs, aut Ordinario. *ib. Decr.* 41.

13 Sub pœna nullitatis contractus, & alijs arbitrarijs. *ibid.* §. *ſi contra.*

14 Qui minori ſunt ætate, & obtinent Beneficia, bonorum adminiſtrationem non gerant eorum conſanguinei, niſi de conſenſu Epiſcopi. *Prou.* 4. *tit. de benef. coll. ac prouiſ.*

Digitized by Google

uiſ. §. *Vt prædiorum Diæc.* 4. *Dec.* 42.

15 Sub pœna nullitatis contractuum ea de cauſa initorũ,& alij pęnis contra adminiſtratores. *ibid.*

16 Quacunquè ratione alienata bona ad Eccleſiam redierint, etiamſi alijs bonis non ſint incorporata; ne tamen amplius ad longum tempus locentur, nequè alienentur, niſi verè vtile ſit, ac neceſſarium Eccleſiæ. *Prou.* 2. *tit.* 3. *Decr.* 8.

17 Bona, cẽſus, & alia in vſum fabricarum Eccleſiæ, Præfecti, ac miniſtri ad alios vſus ne auertant. *ib.tit.*3.*Decr.*18.

18 Pro recuperatione bonorum Eccleſiaſticorum, vt Beneficiatorum inopiâ, vel metu non admittantur, conſtituantur Aduocatus, & Procurator. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ ad bona Eccl. tuen. pert.* §. *Epiſcopus Procuratorem.*

19 Eorum merces, vel in fine litis detur, ſi vincant; vel à Deo ij expectent. *ib.* §. *horum vtriq;*

20 Qui ſcripta ad Eccleſiam ſpectantia occultauerit, ſuppreſſeritvè doloſè, puniatur iuxta ſacros Canones. *ib.* §. *ſi quis Clericus.*

21 Clerici mortui bona quæcumquè, nemo inuadat, ſurripiatvè, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. *Prou.* 2. *tit.* 3. *Decr.* 15.

22 Eadem pœna extenditur ad eos etiam, qui nullâ vi, aut inuaſione aſportant, antequam à Deputato, index de rebus defuncti factus fuerit. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ ad bona Eccl. tuen. pert.* §. *quod prouinciali.*

23 Scripta, inſtrumenta, ad Beneficium ſpectantia, tradantur ſucceſſori gratìs, ſinè vllo pacto prætio, etiamſi Clericus defunctus aliquid in ijs erogarit. *ibid.* §. *Epiſcopus vbi.*

24 Hæc tria decreta ſemel in anno euulgentur. *Prou.*2.*tit.* 3. *Decr.* 15. §. *Hoc autem Decretum, & Prouin.* 3. *vtſup.* §. *Hoc itidem.*

25 Si poſt Calendas Auguſti Rector Eccleſiæ obierit, is, qui illius Eccleſiæ fructus ad ſe pertinere aſſerit, ære alieno perſoluto, & detractis fructibus pro victu noui Rectoris in ſequenti anno, reliquos fructus ſibi retineat. *Diœc.* 2. *Decret.* 39.

26 Pendentes fructus Beneficiorum adiudicantur ſucceſſoribus in Beneficijs, exceptâ parte colonicâ. *Prou.* 7.*tit. de fruct.Eccleſ.Cleri defuncti.* §.*fructus omnes.*

Digitized by Google

27 Mortuo Beneficiato conſtituatur Oeconomus opulentus, ab Epiſcopo, apud quem deponantur omnes fructus ad onera in primis adimplenda, Beneficij. *ibid.* §. *Epiſcopus deniquè.*

28 Hæredes autem, ne immaturos fructus à ſolo ſeparēt, nequè ligna cædant, aliudvè damnū ſucceſſori afferant; aliàs ab Epiſcopo reſarciri iubeantur, & grauiter puniantur. *ibid.* §. *caueant hæredes.*

29 Fructus à ſolo ſeparati, etiāſi nondum exacti, aut reconditi, maturi tamen, hæredibus dentur. *ib.* §. *fructus omnes.*

30 Si omnes ſunt ſeparati, hæredum quidem ſint: ij tamen oneribus Beneficij faciant ſatis. *ibid.* §. *quod ſi fructus.*

31 Si Parochialis Eccleſia ſit, vel Beneficium cum reſidentia perſonali, ea pars ſucceſſori detur, quæ Ordinario videbitur ad eius victum, & onera vſquè ad nouos fructus. *ib.* §. *quod ſi fructus.*

32 Fructus locationum, cenſuum, & ſimilium, ad ratam temporis diuidantur. *ibid.* §. *ſi verò fructus.*

33 Penſiones debitæ pro fructibus, ſimplici locatione, & loco fructuum ſoluendæ, ad eum pertineant, ad quem fructus, vt ſupra, pertinebunt. *ibid.* §. *ſi verò fructus.*

34 Æs alienum ratione Beneficij contractum per Beneficiatum, vt, decimæ, penſiones non ſolutæ, ſalarium miniſtrorum, reparationes, & ornamenta Eccleſiæ, ſi apparet contractum ſuperioribus annis, hæredes diſſoluant. *ibid.* §. *quod verò ad es alienum.*

35 Si eo anno, quo obijt, pro rata fructuum, & temporis, iudicet Epiſcopus, vt vnà cū nouis fructibus perſoluatur. *ibid.*

36 Inuentaria fiant bonorum omnium, & iurium Eccleſiarum ab adeptæ poſſeſſionis die, intra ſpatium ſex menſium, edictis publicè propoſitis, coram Notario, & duobus teſtibus. *Prouin.* 1. *tit. vt ſup.* §. *vt Epiſcopi.*

37 Epiſcopus quidem, adhibitis duobus à Capitulo Cathedralis Eccleſiæ delectis; Capitulum verò coram Epiſcopo, aut alijs Præfectis, ab eo. *ibid.*

38 Exempla duo authentica fiant: alterum pro Archiuio Epiſcopi, alterum ad Metropolitanum mittatur. *ibid.* §. *ex eo Inuentario.*

39 Eccleſiæ verò Collegiatæ, duo item faciant: alterum

pro archiuio proprio, alterum pro archiuio Epiſcopi. *ibid.*

40 Inferiores alij Beneficiati eadem præſtent, pro ſe, & pro Epiſcopi archiuio. *ibid.* §. *Cæteri autem.*

41 Renouentur, quandò opus eſt, additis, quæ de nouo accidunt. *ibid.*

42 Ad vtilitatem Cleri communem, in Synodo Diœceſana eligantur aliqui à Clero Foraneo, qui cùm vrbano agant de ijs, quæ ad vniuerſi Cleri bona ſpectant. *ibid.* §. *quia contingit.*

43 Et antequam Clerus vrbanus in hanc cauſam conuocetur, moneantur ij electi, vt adeſſe poſſint. *ib.* §. *pręcipimus.*

44 Cùm locationes Eccleſiaſticorum prædiorum in poſterum fient cum pacto ea meliorandi, ne ius tribuatur faciendi impenſas non neceſſarias, (niſi cum locatio cõtrahitur emphyteuſis nomine. *Diec.* 2. *Dec.* 38. §. *quæcunq;*

45 Qui conduxerit, & non neceſſarias expenſas fecerit, huic nulla ſit actio, nec exceptio, nequè ius retinendi, ſed confectâ locatione, ea prædia, quæ conduxit, liberè Eccleſiæ reſtituat, & reddat. *ibid.* §. *quod ſi qui.*

46 Si in locatione ſit pactum, vt liceat impenſas vtiles facere conductori; hæc conuentio locationis nullum ius tribuat conductori recuperandi, vel redimendi ab Eccleſia, vel ab eo, qui locatori ſuccedet, quod ipſe eo nomine erogarit. *ib.* §. *quod ſi in locatione.*

47 Vbi neceſſarias impenſas conductor fecerit cum pacto meliorandi, tertiam partem eius rei, quam ſoluere debet titulo locationis, ſibi retinere poſſit, quoad recuperarit quidquid neceſſariò erogarit. *ibid.* §. *ſi verò.*

48 Si tertia pars non ſufficiat, ne conductor, completâ locatione, à prædiorum poſſeſſione amoueatur; ſed liberũ ſit Eccleſiæ Rectori, aut aliunde comparatâ pecuniâ redimere ipſa prædia de conductore, aut eadem eidem conductori locare iterum, vt tertiam partem retinendo, ſingulis annis recuperet erogatum, aut eadem prædia alteri locare, à quo locationis nomine poſſit tantum pecuniæ accipere, quantum ei debetur, qui ante conduxit: Et qui ita conduxit, quotannis retineat ſibi tertiam partem eius rei, quam locationis nomine de-

debet,quoad ſibi de pecunia mutuò data ſit ſatisfactum. *ibid. §. ſin autem.*

49 Qui conduxerit his conditionibus, & tertiam partem ſibi non retinuerit, ne illi ſit ius, ab Eccleſia quidquam repetendi. *ibid. §. ſi verò.*

50 Si Rector partem eam acceptam ferre recuſarit, quā conductor, eo impenſarum nomine retinuerit; qui conduxit, reliquam eius rei partem, quam locationis causâ debet, ſoluere non cogatur, quoad ille ſe accepiſſe, legitimâ probatione fateatur. *ibid. §. quod ſi rector.*

51 Qui conduxit prædia cum pacto meliorandi, & alias prædiorum partes, præter ædificia meliorarit, ei ſit ius, ſi quid inſumpſerit pro his meliorandis, ſibi retinendi pro rata certis illis diebus ſolutionis, quibus locatio firma eſt; & ſi non fecerit, Rector non teneatur illos ſumptus conductori reſtituere. *ibid. §. ſin autem.*

52 Quibus actionibus longius præſcripto tempus conductori tribuitur in recuperandis factis ſumptibus; ex ijs nullum eidem ius recuperationis competat contra Eccleſiam, vel locatorem ſuccedentem. *ibid. §. quibus.*

53 Locationes ab aliquo Canonicorum de prędijs ad vniuerſum Collegium pertinentibus, cum pacto meliorandi, ſi ita ſunt factæ, vt certa pecunia pacta ſit in illis meliorandis, quid quid ſumptus eo nomine faciendum erit, primo locationis anno, & reliquis ſingulis ſequentibus ità ſibi conductor pro rata retineat pro ſumptibus factis, vt finito tempore locationis, ſibi ſatisfactum ſit; ſin autem nulla certa pactio inita ſit; pecuniæ, non ab ipſo primo locationis anno,ſed initium faciendo ab eo anno poſtquam ſumptus eo nomine ſunt facti, retineat ſibi impenſas ſingulis ſequentibus annis locationis, ad ratam. *ibid. §. quæ autem.*

54 Quæ locationes contractæ ſunt ad breue tempus cum pacto meliorandi, & meliorationes factæ ſunt; in his Vicarius Generalis deligat duos, vel tres peritos, quorum iudicio, ſex menſium ſpatio conſtet, quę res meliores ſint redditę, quęuè ſint reſtitutæ, quantumquè pecunię in his ſit erogatum: quibus cognitis, ſtatuat idē Vicarius, quo temporis ſpatio poſſit locator impenſas re-

recuperare.*ib.* §. *At verò qua.*

55 Si verò conductor ſuis ſumptibus in poſterũ in his prædijs aliquid meliorarit, eos ſumptus recuperet, prout hoc decreto decernitur, niſi conuentum ſit, vt breuiori tempore ſoluatur, quàm decretum ſit.*ibid.* §. *ſi verò qui iam.*

56 Arbores in prædijs Eccleſiaſticis, ne cædantur ſinè facultate in ſcriptis impetrata ab Archiep. modò arbores cæduæ non ſint.*Diec.* 2. *Dec.* 36.

57 Iudices à Sacr. Conc. Trid. deputati, perpetuas locationes rerum Eccleſiaſticarum recognoſcant, irritas faciant & reſcindant.*Prouin.* 6. *tit. de bon.& iur. Eccl.* §.*quibus.*

BVLLÆ PONTIFICIÆ.

1 Quæcumquè Romæ eduntur, duobus ſaltem poſt menſibus, curâ Epiſcopi, in Diœceſi euulgentur. *Prou.*2.*tit.*1. *Decret.* 5.

2 Promulgatio fiat, prout in ipſis edicitur, alioquin per affixionem certis locis publicis, & Cancellarius eam notet in libro, *Prouin.*3.*tit.de ijs, quæ ad Epiſc.for.pert.*§.*Summorum Pontificum.*

3 Conficiatur liber omnium Bullarum in Archiuio Epiſcopali aſſeruandus. *Prouin.* 4.*tit.de foro Epiſc.*§.*liber fiat;&* *Prou.* 2. *tit.* 1. *Dec.* 5. §. *quarum omnium.*

CÆREMONIARVM Magiſter.

1 EPiſcopus, Capitulo adhibito, hunc conſtituat, cui ſtipendium det, communibus etiam ſumptibus, ſi opus erit. *Prouin.* 1. *tit. de off. Magiſt. Chori.* §. *Si in aliqua Eccleſia.*

2 In vnaquaq; Plebe, duo, vnuſvè Sacerdos peritus eligatur, qui alios inſtruat in Miſſæ cæremonijs, & diuinorum officiorum. *Prou.* 2. *tit.* 2. *Decr.* 12.

3 Qui in Cathedrali eſt, inſtruat eos, quibus prima Miſſa celebranda ſit, & eos, qui minùs per ſe celebrant. *Prou.* 1 *tit. quæ pert. ad cel. Miſſ.* §. *Magiſter cæremon.*

4 Si non poteſt ipſe, delegetur hoc munus alijs Sacerdotibus ab Ordinario. *ibid.*

5 Nequè primam Miſſam quis celebret, qui à prædictis non ſit inſtructus. *ibid.*

6 Ipſe prænunciet, quandò ſtandum, ſedendum, caput inclinandum, genuflectendum. *ibid. tit. de off. Mag. Chor.* §. *quando ſtandum.*

7 Tabellam conficiat, in Sacriſtia figendam, in qua præſcri-

Digitized by Google

ſcribat Canonicorum, & aliorum munera per hebdomadam. *ibid.* §. *Tabellam.*

CALENDARIVM.

1 Edatur ſingulis annis à Magiſtro Chori Cathedralis, ſeu alio deputato, quo, ſingulorum dierum officij ratio prçſcribatur. *Prouin. 1. tit. Comm. de rat. diu. off.* §. *Diuina officia*.

2 Edatur menſe ſaltem ante Natiuitatem Domini, à peritis recognitum. *Prou. 4. tit. quæ per. ad* §. *Miſſ. ſacrif.* §. *Kalendarium.*

3 Eodem vtantur inferiores Eccleſiæ, niſi alios ritus Apoſtolicâ auctoritate conceſſos habeant. *Prouin. 1. tit. vtſup.* §. *omnes inferiores Eccleſiæ.*

4 Ponatur in eo Anniuerſarius dies Coronationis Summi Pontificis. *Prou. 6. tit. quæ ad diu. off. pert.* §. *quamobrem.*

5 Itē Anniuerſarius dies Conſecrationis Epiſcopi, die proprio, vel alio non impedito. *Prou. 4. tit. vtſup.* §. *Vtquè conſecratio.*

6 Item Conſecratio Eccleſiæ Cathedralis, & à toto Clero fiat officium. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ ad diu. off. pert.* §. *qui conſtitutus.*

7 Item, poſtridiè Commemorationis omnium fidelium defunctorum fiat officium pro Defunctis Epiſcopis in Cathedrali, & Sacerdotes alij, Miſſam dicant pro iiſdem. *ib.* §. *Poſtridiè.*

8 Et ſequenti die in omnibus Collegiatis fiat officium pro Canonicis, & alijs de Capitulo defunctis. *ibid.* §. *die proximo*.

9 De Sancto, eius ſacrum corpus, aut caput, aut brachium aut crus, aut reliquia, iudicio Epiſcopi, inſignis habetur, fiat officium duplex, in ea tantùm Eccleſia, in qua reconduntur. *Prou. 4. tit. vtſup.* §. *De Sancto*.

10 De Sanctis, quorū Altaria, in aliqua ſunt Eccleſia, duplex in ea fiat officium; idq; ſolùm, quandò ex antiqua, & probata conſuetudine, vel iuſta cauſa Epiſcopus cenſuerit faciendum. *ibid.* §. *De Sanctis item*.

11 De ijs, qui Beati dicuntur, ne fiat officium ſinè auctoritate Sedis Apoſt. *ibid.* §. *de ijs.*

12 Notentur etiam in Calendario certis diebus ſingulorum menſium, promulgationes Decretorum Summorum Pont. Conc. Tridentini, Conciliorumquè Prouincialium. *Prou. 4. tit. de foro Epiſcop.* §. *Certos ſtatoſquè dies.*

13 Item

13 Item, & Miſſæ Pontificales. *Prou. 6. tit. quæ ad diu. off. pert. §. ſolemnes Miſſę.*

14 Item Vigiliæ, & feſti dies Sanctorum ex voto, conſuetudinevè. *Prou. 3. tit. de feſt. dier. cul. §. Monimenta.*

15 Item certa conſtituta dies habendi Synodum. *Diœc. 4. Dec. 45. §. certam illam.*

CAMPANÆ.

1 Nihil inſcribatur in eis profanum, ſed Crux, & ſacra imago, piavè inſcriptio. *Pro. 4. tit. de Campanis. §. Campanis autem.*

2 Et benedicantur ab Epiſcopo, antequam in turrim extollantur. *ibid. §. neq; rurſus.*

3 In Parochialibus, tres Campanæ, vel duæ ſaltem ſint. *ibid. §. Parochialis.*

4 In Eccleſia ſimplici, vel oratorio, vna tantùm. *ibid. §. ſimplex Eccleſia.*

5 Nullum ſignum Campanæ detur communium Officiorum ante ſignum Cathedralis, ſeù matricis Eccleſię, niſi aliud videatur Epiſcopo; maximè verò in Sabbato Sancto, & in Angelica ſalutatione matutina, meridiana, & veſpertina. *Prou. 1. tit. Cōm. de rat. diu. off. §. in vrbibus.*

6 Matutinum excipitur, quod non vbiquè eodem tempore dici ſolet. *ibid.*

7 Certum interuallum pulſandis Campanis, pro temporum ratione, & viciſſitudo præſcribatur, ad diuina officia ſignificanda. *Prou. 4. tit. quæ per. ad §. Miſſ. ſac. §. Epiſcopus pro temporum ratione.*

8 Et in certa tabella notetur. *ib.*

9 In Collegiatis, & Parochialibus, ad Miſſam, cùm eleuatur corpus Chriſti Domini, ſignum, Campanæ ſono detur. *Prou. 2. tit. 2. Decr. 6. Diœc. 2. Dec. 11.*

10 Initio proceſſionum pulſentur Campanæ, donec totus Clerus egreſſus fuerit. *Prou. 4. tit. de proceſſ. §. in omni Eccleſia.*

11 Idem fiat in reditu, & in Eccleſijs, ante quas Clerus pertranſit. *ib. §. idemq;*

12 Signum concionis, pridiè veſperi, ſono Campanæ detur: & poſtridiè, manè. *Diœc. 11. tit. de ijs, quæ ad fid. tuen. ſtud. pert. §. id omnino ſeruetur.*

13 Sextâ quâquè feriâ paulò ante horam nonam, ſignum detur Salutationis Angelicæ. *Prou. 2. tit. 2. Decr. 10.*

14 Auditâ morte incolæ, Parochus, ſigno Campanæ ſignificet, vt pro eo oretur. *Prou. 3. tit. De Parochis. §. vt verò à fidelibus.*

15 Æſtate, primâ horâ noctis, hye-

Digitized by Google

hyeme verò, ſecundâ, Campanç ſono detur ſignificatio orationis pro defunctis, ità vt inter primum, & ſecundum ſignum tres ictus campanæ diſtincti breuiſſimo interuallo dentur, & item inter ſecundum, & tertium. *Diœc. 11. tit. Mon. Exec. Dec. quæ ad diu. off. per. §. de oratione item.*

16 Pro Doctrina Chriſtiana detur ſignum. *Prou. 1. tit. de fid. init.*

17 Pro deferenda Euchariſtia ad ægrotos. *ibid. tit. quæ pert. ad §. Euch. Sacr. §. cum verò.*

18 Pro Antiphona B.V. in Sabbato cantanda ſub veſperum ante crepuſculum. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ ad diu. off. pert. §. Religioſis.*

19 Item, pro oratione veſpertina. *Prou. 4. tit. de orat. §. orationis veſpertinæ.*

20 Item imminentibus procellis. *ibid. tit. de oratione §. Nimbis, procellisuè.*

21 In feſto Sancti, cuius reliquia habetur. *Prou. 3. tit. de feſt. dier. cul. §. Sanctorum.*

22 Pro Miſſa Parochiali. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad §. Miſſ. ſacr. & diu. off. §. Miſſæ Parochialis.*

23 Pro translatione Reliquiarum. *ibid. tit. de ſacris Reliquijs. §. ſignificatur autem.*

24 In viſitatione Epiſcopi. *ibid. tit. de Viſit. §. quamobrem, tum pridiè.*

25 Auditâ morte Summi Pont. *Prou. 6. tit. quæ ad diu. off. pert. §. ſi quando autem.*

26 Ne pulſentur ad conuocandum populum ad ſpectacula ſuppliciorum. *Prou. 1. tit. de Eccleſ. & earum cult. §. ſacræ campanæ.*

CANCELLARIA.

1 Ne vendatur Cancellaria, neque locetur, neque nomine illius, quouis prætextu cuiuſuis perſonæ quicquam ſoluatur. *Prou. 1. tit. de Notar. & ſcrib. §. Cancellarias verò.*

2 Nihil ad Epiſcopum emolumenti ex Ordinum collationibus, litteriſquè dimiſſorijs directè, vel indirectè perueniat. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ ad Ep. for. pert. §. pro ſingulis.*

3 Nihil prorſus vtilitatis priuatæ, ad Epiſcopum, eiuſvè menſam, aut Vicarium, nequè ad alios, præterquam ad Cancellariam, eiuſquè miniſtros perueniat. *Prou. 5. tit. de Cancell. & Notar. §. de emolumentis.*

4 Qui aliquod etiam à ſpontè dantibus acceperit, tum in foro conſcientię pauperibus loci eroget, tum duplo mulctetur, in vſum Eccleſiæ, vel Sacriſtiæ erogando. *ibid. §. qui aliquid.*

Digitized by Google

5 Curent Epiſcopi à Summo Pontif. excõmunicationem ipſo facto incurrendam ab ijs, qui libros, acta ſcripturaſvè ad Cancellarias Epiſcoporum ſpectantes, quouis prætextu malitioſè cælauerint, ſiuè ſinè licentia aſportauerint. *Prou. 7. De Cancell. Epiſc.*

6 Decedente Epiſcopo, eius Vicarius Generalis, ſeu ab eo delectus Canonicus Cathedralis, ſtudeat, inuentaria, libros, Actaq; Cancellariȩ, voluntariȩ, & contentioſe iuriſdictionis, ciuilia, & criminalia, omniaq; ſpectantia ad Cancellariam, deferri ad Archiuium Epiſcop. & ſcriniorum claues apud ſe ſeruet vſq; ad aduentum noui Epiſcopi. *ib.*

7 In ea, quæ ſequuntur, aſſeruentur, & gratis edantur slz.

Acta viſitationis.

Facultates, quarum auctoritate, Vicarij, miniſtriquè Epiſcopales decernuntur.

Litteræ teſtimoniales, & dimiſſoriæ de Ordinibus.

Facultas Pontificalia exercendi data alieno Epiſcopo.

Atteſtationes de idoneitate alicuius ad Beneficium ab alio conferendum.

Rogitus ceſſionis Beneficij liberè coram Ordinario.

Proceſſus de natalibus, & ætate, alijſvè, pro initiandis, vel recipiendis in Seminarium.

Inſtrumentum iuriſiurandi præſtandi à Beneficiatis.

Item Profeſſionis fidei à quouis præſtandæ.

Item fideiuſſionis recipiendorum in Seminarium.

Mandatum de aliquo recipiendo in Seminarium.

Facultas probationum omnium, & pertinentium ad receptionem Nouitiæ, vel ad Profeſſionem.

Confirmatio Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ.

Facultates quæcumquè Monialibus conceſſæ.

Ingrediendi Monaſteria.

Accedendi ad monialium loca collocutionis.

Facultas erectionis Confratriæ, Scholæuè.

Confirmatio regularum Confratriæ.

Approbatio ludi magiſtri.

Facultas abſentiæ, cauſâ ſtudij.

Eleemoſinam colligendi.

Faciendi ſepulchrum.

Abſoluendi à caſibus reſeruatis.

Celebrandi vbiquè, vel certo loco.

Præ-

Prædicandi.
Audiendi Confeſſiones.
Litteræ Indulgentiarum, vel earum ſummæ.
Teſtimonium conſecrationis, reconciliationis Eccleſiæ, Cæmiterij, Altarium, & Campanarum.
Conſtitutio Coadiutoris.
Reductio Miſſarum, & conmutatio piorum operum.
Facultas abeundi extra Diœceſim, vel peregrinandi.
Litteræ ad Parochos, Vicarios, & alios.
Executio litterarum gratioſarum Protonotariatus, & Equitum, quarum causâ, ſcripturę merces capiatur.
Proceſſus, & acta omnia ad miraculorum veritatem perquirendam.
Item ad ſacrarum reliquiarum recognitionem.
Facultas aſportandi aliò cadauer.
Exempla Decretorum, Ordinationum, Præceptorum, quæ Epiſcopus, ſeu Vicarius ex officio confecerit.
Conſtitutio Vicarij in Eccleſia ad tempus.
Diſpenſationes, & proceſſus de defectu natalium, irregularitate, & vitio corporis.
Inſtrumenta, & ſcripta quæcumq; pro menſa Epiſcopali, & Capitulo, & Seminario, ità tamen, vt Capitulum, & Seminarium dumtaxat, ſolutionis immunitate fruantur.
Litterę, & expeditiones quęcumq; nomine rerum merè ſpiritualium.
Item pro pauperibus, iudicio Epiſcopi, vel Vicarij.
Diſpenſationes, & facultates quæcumquè ex Decretis Prouincialibus, vel Diœc.
Hæc habentur, *Prou. 5. tit. de Cancell. & Not. à §. Acta, ad §. de emolum.*

8 Prædicta, in codices certos, & diſtinctos referantur, ad perpetuitatem. *Diœc. 11. tit. de Cancell. Archiep. §. quæcunq;*

9 Exempla cauſarum, & quæſtionum criminalium, quæ Cancellarię nomine à Vicario Foraneo conficiuntur, ad Vicarium Generalem, ſeu Criminalem mittantur, vt in Cancellaria ſeruentur. *ib. §. exemplaria.*

10 Qui Vicarius, Notario, & alijs, qui in eo genere operam nauarint, debitam mercedem ſtatim perſolui iubeat, Cancellariæ pecuniâ, aliâvè ratione, &, ſi neceſſe eſt, ex ærario Mulctarum. *ibid. §. qui Vicarius.*

Digitized by Google

CANCELLARIVS.

1 Clauis altera capſæ rerum incertarum ſit apud Cancellarium Archiepiſcopalem, tam in Metropolitana, quã in vnaquaquè Eccleſia Diœceſis plebana. *Diœc.* 11. *tit. Mon. exec. Decr. quæ ad Sacramental.* §. *Ad cuius Decreti.*

2 Nihil dono accipiat. *Prou.* 5. *tit. de Cancell.* §. *quare præter.*

3 Nequè negotium vllum ſuſcipiat à ſuo munere alienum. *ibid.* §. *ne præterea.*

4 Quæcumquè ſcripta, nè inſpiciendi quidem causâ tantùm, nemini exhibeat, niſi in proprio pluteo, aut Archiuij loco, idquè ſinè vlla mercede. *ibid.* §. *Cancellarius.*

5 Ea verò, indè aliò nè aſportari liceat, prçterquam Iudici cauſæ oſtendenda. *ib.* §. *illa verò.*

6 Nequè exempla edantur, ſinè facultate in ſcriptis à Vicario data. *ibid.* §. *ea cautio.*

7 In examine perſonarum Eccleſiaſticarum hæc præſtet. Certum librum habeat, prouiſionum Eccleſiarum Parochialium, aliorumq; Beneficiorum, quę, examine adhibito conferenda ſunt.

8 In quo notetur dies vacationis certi Beneficij, & modus vacationis.

9 Dies promulgationis, aut prorogationis Edicti de cõcurſu, quod ſolet proponi.

10 Nomina Examinatorum, & eorum, qui examinandi proponuntur.

11 Dies, quo quiſquè examen ſubijt.

12 Approbatio, aut reiectio, quam ſinguli examinatores tulerint.

13 Nomen eius, quem Epiſcopus, tanquam magis idoneum delegerit.

14 Librum alterum conficiat, in quo omnes, vel ad Conciones, vel ad Confeſſiones audiendas, vel ad interpretandã ſacrã lectionem, adhibito examine, Epiſc. probatione, vel improbatione.

15 In hoc eodem libro ſcribat examen Ordinandorum.

16 Tertium librum habeat, in quem referat examina, quæ fiunt ad Cleri progreſſionẽ in litterarum ſtudijs inueſtigandam. *Hæc ib. tit. de exam. ratione à* §. *in omni hac vſq; ad finem.*

17 Archiuij Epiſcopalis alteram clauem apud ſe habeat. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ ad Epiſc. for. pert.* §. *is certus.*

18 Quandò Decretum Epiſcopi ſit interponendum, ipſe tantùm Notarius adhibeatur. *ib.* §. *in alijs verò omnibus.*

19 Cancellarij munere fungens,

Digitized by Google

gens, ipſemet verſetur in munere, & vbi negotiorum multitudo poſtulat, alios, Epiſcopi iudicio, in auxiliū adſciſcat. *Pro. 2. tit. 3. Decr. 12.*

20 Cancellarius Archiep. nemini concedat propalationes vigore publicationis litterarum monitorialium, niſi adiectâ clauſulâ præceptum continente, ne illis, in cauſis criminalibus vti poſſit, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. *Syn. Diæc. 34. c. 6.*

CANONICI.

1 Canonici Ordinarij Metropolitanæ Eccleſiæ, mantellū ſinè manicis, quod tunicam talarem adęquet, vbiquè adhibeant. *Diæc. 4. Decr. 19. §. quicunquè in Metropolitana.*

2 Eodem vti poſſunt Canonici Cathedralium Eccleſiarum. *Prou. 2. tit. 2. Decr. 31.*

3 Præbendæ Canonicorum in Cathedralibus, nomine Sancti alicuius, ſingulæ diſtinctę appellentur. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad cap. cathedr. §. quamobrem Epiſcopus.*

4 Non tamen Canonici, titulo Sancti, quo illę nominantur, ipſi appellentur. *ibid. §. Hac autem in re.*

5 Vbi iure permiſſum eſt, Canonicos ſupernumerarios creari, id iuſtis ſolùm cauſis, ac penè neceſſarijs, & perrarò fiat. *Prou. 5. tit. quæ ad benef. coll. att. §. itaq; ſi quos.*

6 Ille, ne fiat ſupernumerarius, qui in ea ipſa Eccleſia, beneficij causâ operam nauare debet, quod cum canonicali officio non conueniat, nequè præſtari ſimul poſſit. *ibid. §. At verò.*

7 De fructibus Canonicatuum vacantium ſeruetur Conſtitutio Pij V. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ ad Capitul. §. de fructibus Canonic.*

8 Si quod ſtatutum habetur ſoluendi à nouo Canonico aliquid Sacriſtię, aut pio vſui detractis oneribus pēſionis, vel reſeruationis fructuum, ſoluat tantùm pro rata eorum fructuum, quos liberè percipit. *Prou. 2. tit. 3. Decr. 4. §. quibus.*

9 Addito fideiuſſore, ſe reliquum ſoluturum, cùm ceſſauerit penſio, vel reſeruatio prædicta. *ibid. vtſup.*

10 Nequè tamen teneatur ſoluere quicquam priùs, quàm illorum percipiendorum dies venerit. *ibid. §. eam verò.*

11 Sed verè ij fructus erogentur in vſum deſtinatum; quod quotannis recognoſcatur ab Epiſcopo. *ib. §. curet autem.*

12 Liceat quoquè Epiſcopo, cum conſilio Capituli, eos fru-

Digitized by Google

fructus in alios pios vſus conuertere, in vtilitatem eiuſdem Eccleſiæ, ſi fortè minùs opus ſit ad priorem vſum. *ibid.* §. *liceat tamen*.

CANONICORVM Reſidentia.

1 Probatio ſex menſium, antequam Canonicus admittatur ad reſidentiam, tollitur. *Prou.* 2. *tit.* 3. *Decret.* 3.

2 Examen intra octo dies fiat, alioquin probationis ius, Epiſcopi ſit. *ibid.* §. *Ne huic autem*.

3 Si octo his diebus probatus nõ ſit, habito examine, ſibiq; videatur iniuſtè factum, ad Epiſcopum confugiat, qui de iure agat. *ibid.* §. *quod ſi*.

4 Ne per hebdomadam admittatur ea probatio, ſed ſtatim approbatus, in Capitulum aſcribatur. *Diœc.* 3. *Dec.* 40.

5 Admittatur cum his conditionibus de quibus, *Prou.* 4. *tit. de diſtribut.* à §. *vt diuinis ad* §. *cum de Manſionar.*

Vt iuret, ſe, neq; pretio, neq; precibus, neque aliâ ratione curaſſe, quò minùs examen fideliter fiat.

Deindè examen fiat de cantu, & muneribus Chori.

Et hoc fiat in Capitulo, duobus de eodem adhibitis, qui iurati de fidelitate cum examinent.

Demum ſecretis ſuffragijs decernatur à Capitulo, an ſit admittendus. Hæc ibi.

6 Si non fiat ſeruatâ hâc formâ, irritum ſit examen, & nullum. *Prouin.* 4. *tit. quæ ad Eccl. Coll. ſpect.* §. *Concilij Prou.*

7 Si quis non idoneus receptus ſit, poteſt Epiſcopus adhibitis de Capitulo duobus cantus peritis à ſe eligendis, iterum examinare illum, & repertum minùs idoneum ſuſpendere, & experimentum deferre arbitratu ſuo. *Prou.* 7. *ibid.*

8 Prima verò dignitas, coram Epiſcopo, ſeu Vicario, & Præfecto Chori cũ vno Canonico ſubeat examen, niſi Capitulum ipſum, ſolitum ſit eandem admittere, vti ſupra. *Prou.* 4. *tit. de diſtribut.* §. *de eo autem*.

9 Prohibentur munera, eſculenta, etiam nomine vrbanitatis, ſeu honorarij extorta, & coacta. *Pro.* 7. *tit. vt ſup.* §. *etiam ſi*.

10 Non excuſatur à reſidentia ille, de cuius titulo Canonicatus litigatur. *Prou.* 5. *tit. de reſid.* §. *à quo munere*.

11 Nec ille, qui nondum ordine debito eſt initiatus. *ibid. vt ſup.*

12 Neque ille, qui iuſtam habet cauſam, nè initietur. *ib. vt ſup.*

13 Ne-

13 Nequè ille, qui tertiam fructuum partem in diſtributiones contulit, alijs conferentibus. *ibid.* §. *Nec verò.*

14 Nequè ille, cuius beneficij magna pars fructuum ad alium iure ſpectat. *ibid.* §. *nè ille quidem.*

15 Nè tamen Chorus deſtituatur, laudabile eſt, quòd per triduum quidem de licentia Præfecti, Canonici abſint; vltra triduum, de licentia Epiſcopi. *Prou.* 1. *tit. Commun. de Miniſtris.* §. *Ne multis.*

16 Triduò abfuturus ex Præfecti Chori facultate, hanc eādem comprobari curet à Viſitatore, ſi in vrbe; vel à Vic. Foraneo, ſi in Diœceſi. *Diœc.* 11. *tit. Mon. exec. Decr. quæ ad Sacram.* §. *quod verò de tridui.*

17 Qui vltra tres menſes abfuerit, quamuis in vrbe, oppidovè manſerit, fructibus etiam Præbendæ priuetur. *Prou.* 4. *tit. de diſtributionibus.* §. *qua perſpecta.*

18 Ex punctationum libris, anno expleto, videantur à deputato per Epiſcopum, quinam abfuerint vltra trimeſtre. *ib.* §. *ex punctationum.* *V. Reſidentia.*

CANONICORVM munera in Choro.

1 Edantur regulæ de Chori diſciplina, cum pœnis. *Prou.* 5.

2 Ne in Choro chirothecæ adhibeantur. *Prou.* 4. *tit. quæ pert. ad* §. *Miſ. ſacr.* §. *ne quis Canon.*

3 Nequè pileus pro birreto, ſub pœna abſentiæ. *Prouin.* 1. *tit. quom. verſ. in ch.* §. *in choro.*

4 Sint Canonici in habitu chorali, ſub pœna eadem. *Prou.* 4. *vtſup.* §. *dignitatem.*

5 Conſtituatur Hebdomadarius, qui ſtatis diebus, Veſperas, & Miſſam canat. *Prou.* 1. *tit. de ijs, qui dignit. perſon.* §. *conſtituatur.*

6 Si officio ſuo defuerit, tridui diſtributionibus careat, ab Epiſcopo diuidendis, quibus voluerit, tributâ parte aliquâ Canonico, qui ſuppleuerit. *ibid.* §. *is, ſi ſuo.*

7 Officia data nemo recuſet ſinè cauſa, ſub pœna perdendi lucrum ſex menſium. *Pro.* 3. *tit. de ijs, quæ ad capit.* §. *Ne cui officium.*

8 Vniformitati conſulatur in ſtando, ſedendo, genuflectendo. *Prou.* 1. *tit. quom. in chor. verſ.* §. *in choro.*

9 Qui peccarit in Choro, diſtributiones amittat Horæ, in qua peccarit. *ibid. tit. quæ ad dignit. perſ.* §. *qui dignitates.*

10 Canonici, Antiphonas exordiantur, quas Manſionarius dictarit. *ibid.* §. *reliqui.*

11 Alternis vocibus canant, non curſim, non perturbatè,

Digitized by Google

non oſcitanter. *ib. tit. quom. verſ. in chor. à §. omnes ad §. qui dignit.*

12 Faceſcant ſōnus, riſus, ioci, rixæ, colloquia, litterarum, librorumvè lectio. *ibid.*

13 Nè vagentur, nequè locum, mutent, nè occaſione quidem genua flectendi. *ibid.*

14 Nè priuatim officium recitent. *ibid.*

15 Nè exeant, niſi finito officio, vel cum cauſa neceſſaria, & veniâ petitâ à Præfecto Chori. *Hæc ibi.*

16 In ingreſſu Chori procedant ordine de ſacriſtia, & vbi ſe ad Altare inclinauerint, locum quiſquè ſuum adeat. *ib.*

17 Orent aliquantulum, & dato ſigno inchoent officium. *ib. tit. quom. à chor. reced. §. Poſt diuinum officium.*

18 In egreſſu quoquè, flexis genibus paululùm orent; tum ſurgente Hebdomadario, omnes ſurgant. *ibid.*

19 Et inter ſe conſalutantes, & ordine procedentes, ſimul exeant, & ad ſacriſtiam progrediantur. *ibid. §. & inter ſe.*

20 Concionibus interſint cum habitu chorali. *Prou. 4. tit. de prædic. ver. Dei. §. Epiſcopi.*

CANONICORVM munera erga Epiſcopum.

1 Venientem Epiſcopum ad officia diuina, Canonici deducant, & reducant. *Prou. 1. tit. de Miſſ. ſolem. §. Epiſcopum.*

2 Cùm ipſe Miſſam cantat, ſeù Veſperas; pluuialia, & ſacras veſtes induant. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad §. Miſſ. ſacr. §. quibus in Eccleſijs.*

3 Vbi ea non ſuppetunt, communi ſumptu Capituli fiant, niſi ad alios ſpectet de his prouidere. *ibid. §. itaquè vbi.*

4 Exercenti Epiſcopo Pontificalia in vrbe, extra Cathedralem, adſint ijdem, qui eidē in Cathedrali deſeruiunt. *ibid. §. Epiſcopo in vrbe.*

5 Archipresbyter Aſſiſtens, presbyter ſit, niſi alia ſit conſuetudo Eccleſiæ. *ibid. §. Archipresbyter.*

6 Archidiaconus, in Miſſa Pontificali Euangelium cantet, & ſit Sacerdos. *ibid. §. Archidiaconus.*

7 Cùm Miſſę ſolemni intereſt, Canonici, circulos ante eum faciant, vt in Ritualibus libris. *ibid. §. Miſſæ ſacrificium.*

8 Qui defuerit muneri ſuo, diſtributionibus illius diei careat, & ab Epiſcopo pro modo culpæ puniatur. *ibid. §. Cui muneri.*

CANONICORVM diſtributiones.

1 Aſſignetur diſtributio ſingulis horis, & functionibus congrua, nè negligantur. *Prou. 4.*

2 In

2 In Proceſſionibus, quæ fiunt iuſſu Papæ, vel Epiſcopi in exteriori, vel interiori circuitu Eccleſiæ, detur Canonicis, & alijs diſtributionum participibus, quantum dari ſolet pro Hora tertia, & præſentibus tantùm. *ibid. tit. de Proceſſion. §. in ſupplicationib.*

3 Si verò per vrbem, oppidumvè agantur, triplum detur. *ibid. §. ſi verò.*

4 Pœnitentiarius habeatur tãquã præſens in Choro, quo tempore audit confeſſiones. *Prou. 5. tit. quæ ad diſtrib. §. Pœnitentiarius.*

5 Non tamen, ſi audit ante Horas canonicas, & tempore Horarum, eaſdem priuatim recitat, aut Miſſam facit. *ibid. §. Nec verò.*

6 Theologus ex præbendæ titulo habeatur præſens, ſi quandò in Eccleſia confeſſiones audiat, aut ſi abſit, re verâ occupatus in Congregatione menſtrua, aut neceſſario itinere impeditus, quod ob eam cauſam ſuſceperit, in definitoris munere. *Diæc. 11. tit. Mon. exec. Decr. quæ ad Sacr. §. quod ad diſtributiones.*

7 Nemini proſit abſentiæ licentia, ita vt eo tempore diſtributiones percipiat. *Pro. 1. tit. Commun. de Miniſ. §. Nemini autem.*

8 Nulla remiſſio, pactio, colluſio vim habeat, quâ abſentibus dari poſſint: ſi datæ fuerint, reſtituantur, & accreſcant inſeruientibus ijs, qui dictæ remiſſioni, pactioni, colluſioni non aſſenſi fuerint. *ibid. §. Nixi etiam.*

9 Si omnes conſenſerint, vſibus Eccleſiæ intelligantur addictæ *ibid.*

10 Excipiuntur abſentes ob infirmitatem, vel aliam neceſſitatem, vel manifeſtam Eccleſiæ vtilitatem. *ibid. §. declaramus.*

11 Non gaudent diſtributionibus, qui infirmitate, vel manifeſtâ Eccleſiæ vtilitate impediuntur, ſi antea non impediti, à Choro abeſſe ſolebant. *Prou. 5. tit. quæ ad diſtrib. §. nequè diſtrib.*

12 Nequè ij, qui peregrinantur. *ib. §. qui peregrinationis.*

13 Nequè ij, qui ſtudiorum causâ abſunt, etiam cum facultate Sedis Apoſtolicæ. *ibid. §. qui ſtudiorum.*

14 Nequè ille, qui Ordinem annexum Canonicatui non ſuſceperit, etiamſi ob litem diſtulerit. *Pro. 4. tit. de diſtrib. §. aliqua dignitate.*

15 Qui in Eccleſia, vel circum eam, aut in Sacriſtia fuerit, & ordine cum alijs Chorũ ingredi neglexerit, dimidiâ

parte diſtributionum illius Horæ priuetur, niſi probatâ cauſâ à Præfecto, vel Epiſcopo. *Prou. 1. tit. quand. & quom. ad diu.off. §. qui verò in Eccleſia.*

16 Si quis auſus fuerit inchoare officium, antequàm in Chorum ordine conuenerint, amittat diſtributionem illius Horæ. *ibid. §. ſi quis auſus.*

17 Si quis non venerit ad Matutinum antè finem capituli de B.V. cùm de ipſa celebratur, alioqui antè finem Pſ. Venite exultemus; in alijs verò Horis, antè finem primi Pſalmi, illius Horæ diſtributione careat. *ibid. §. ſi quis non venerit.*

18 In Miſſa verò, niſi venerit ante finem vltimi Kyrie eleiſon, eandem ſubeat pœnam. *ibid. §. in Miſſa.*

19 Si quis, cùm poſſit, initio officij, vel ſupplicationum, conuenire, aduentum ſuum in extremum definiti temporis punctum, de induſtria diſtulerit, pro abſente habeatur. *ibid. §. ſi quis cum poſſit.*

20 Qui à choro abfuerit, Miſſam celebrando, careat diſtributione Horę, à qua abeſt, niſi ex neceſſitate Præfectus iuſſerit illum celebrare. *Prou. 4. tit. de diſtrib. §. quicunq;*

21 Qui ſtatis diebus Miſſam, & Veſperas non cantat, tridui diſtributione careat. *Prou. 1. tit. de ijs, qui dignit. perſon. §. conſtituatur.*

22 Qui officio ſuo per ſe non fungitur, non legitimè impeditus, & de licentia Præfecti, priuetur eius officij diſtributionibus. *ibid. §. quibus canonicatibus.*

23 Qui abfuerit à Miſſa ſolemni in aurora Natalis Domini, mulctetur medietate diſtributionis, quam proportionabiliter amitteret, ſi à Miſſa mediæ noctis abeſſet. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad §. Miſſ. ſacr. §. quicunq; defuerit.*

24 Qui ab vnius Horæ officio de B. V. abſuerit, diſtributione illius Horæ mulctetur, ac ſi Horæ eiuſdem, die Dominico abfuerit. *ibid. §. quicunquè ab vnius horæ.*

25 Qui in Choro ſinè habitu chorali interfuerit, pro abſente habeatur. *ibid. §. dignitatem obtinenti.*

26 Qui contra diſciplinam Chori deliquerint, ſi moniti à Præfecto non deſtiterint; & Horæ illius diſtributione careant, & alias dent pænas arbitrio Epiſcopi. *Prou. 1. tit. quom. verſ. in choro. §. qui dignitates.*

27 Theſaurarius Capituli, nè ſoluat cuiquam diſtributiones ſinè mandato, & notula

Pun-

Punctatorum. *Prou. 4. tit. de diſtrib. §. cùm verò ſolutionis.*

28 Qui acceperit plus, quàm ſibi debeatur, vel antè tempus ſolutionis, is reſtituere cogatur, & triplo mulctetur ab Epiſcopo, locis pijs tribuendo. *ibid. §. ſi verò plus.*

CAPELLANI.

1 Nullus Capellanus, maximè verò exterus permittatur à Præfectis in Ciuitate, Vicarijs Foraneis in Diœceſi, Parochis, & Sacriſtis, celebrare in corũ Eccleſijs abſq; facultate expedita, vel confirmata in Cancellaria. *Syn. Diœc. 35. Decr. 13. V. Miſſa Sacerdos.*

2 Capellani, ſiue titulares, ſiue mercenarij, quibus onus aliàs incumbebat feſtis diebus celebrandi, non eximuntur ab hoc onere, feſtis diebus reductis *ex Conſtit. Vrbani VIII. 1642. 13. Septemb. Syn. Diœc. 34. cap. 1.*

3 In atteſtationibus, quas dabunt Capellanis, exprimatur an ſatisfecerint oneri celebrationis, ſecus non confirmentur conceſſæ illis celebrandi facultates. *Diœc. 34. cap. 3.*

4 Caueant ijdem Capellani onere quotidiano grauati, ne alibi celebrent, vel eleemoſinã capiant eo die, quo Miſsã nõ faciunt in venerationem Dominici Sacrificij *iuxta Decret. Syn. 32. c. de Celeb. Miſſ. Ib.*

5 Non ſatisfaciunt Capellani, & decẽ nummis aureis mulctentur ſingulis vicibus, qui oneri ſuo iniuncto non ſatisfecerint in Eccleſijs, & ad Altaria, vbi tenentur ex vi fundationis, aut conuentionis. *Syn. Diœc. 35. Dec. 14.* Idem ſancitum eſt de Capellanis in alijs Eccleſijs, aut Altaribus pro ſuo arbitratu celebrantibus, & Miſſas in libris deſcripſerint, ac ſi in propria Eccleſia, vel Altari celebraſſent. *Ib. V. Miſſa.*

6 Capellani, & Clerici interſint diuinis Officijs, & inſeruiant in ijs Eccleſijs, ſiue Collegiatis, ſiue Parochialibus, intra quarum fines degunt, niſi alij Eccleſiæ de Archiep. mandato adſcribantur, neq; atteſtationes functionum in Eccleſia præſtitarum admittant Præfecti, in Ciuitate, & Vicarij in Diœceſi, niſi ſint ſubſcriptæ ab ijs reſpectiuè Præpoſitis, & Parochis, in quorum Eccleſijs illas exercere tenentur. *Syn. Diœc. 35. Decr. 23.*

7 Capellani titulares, ſi per tres vices continuas diebus præſcriptis abſtiterint à diuinis (quibus intereſſe equè te-

tenentur, ac Mercenarij) duobus nummis aureis mulctentur. *Ibid. Decr.* 24.

8 Mercenarij Capellani, antequam Miſſam in Eccleſia, cui adſcripti ſunt, faciant, obtentam in Cancellaria licentiam exhibeant recognoſcendam Vicario Foraneo Plebis, qui nomen ſuum apponat; ſecus puniãtur, ac ſi facultate non obtentâ celebraſſent. Hâc verò recognitione non habitâ, ne Parochi, vel alij Rectores Eccleſiarũ permittant quemquã in ſuis Eccleſijs, vel Oratorijs celebrare. *Diœc.* 34. *c.* 3.

9 Viſitatores, & Vicarij Foranei, ne atteſtentur poſſe confirmari licentiam celebrandam, niſi priùs conſtet per atteſtationem literis conſignatam, & manu ſuperioris illius Eccleſiæ, cui ipſi interfuerint, firmatam, (& quidem afferendam in Cancellariam, & inibi aſſeruandam) præſtitiſſe celebrantes, omnia, quæ in ipſa facultate impreſſa pręſcribuntur. *Ib.*

10 Qui per quindecim dies repertus fuerit abſq; facultate, vel expedita, vel confirmata celebraſſe, ſoluant duos aureos: ſi per menſem, pœnâ carceris mulctentur, & eaſdem ſubeant pœnas, Eccleſiarum Præfecti. *Ib.*

11 Sub pœna nummi aurei, ne abſq; facultate aliò celebraturi ſe transferant Capellani, ſed muneri ſuo ſatisfaciant. *Ib.*

12 Nullus Capellanus audeat in ſuo Oratorio, ſeu Eccleſia Cererum benedicere tempore Paſchali, aut eo acceſſo tempore æſtiuo, Paſſionem D.N. legere, & ſuper hac re inuigilent Parochi. *Syn. Diœc.* 34. *c.* 7.

CAPITVLVM.

1 Singulis hebdomadis à Canonicis cuiuſuis Eccleſiæ habeantur Capitula de rebus ſpiritualibus, & ad Cleri diſciplinam. *Prouin.* 2. *tit.* 2. *Decret.* 13.

2 Qui abfuerit, diei illius amittat diſtributiones. *Viſ. Apoſt. tit. in Collegiatis Eccleſijs.* §. *de ſpiritualibus.*

3 Cùm de rebus temporalibus eſt agendum, in vno Capitulo proponatur, in alio decernatur. *Prou.* 4. *tit. quæ pert. ad capit. collegiat.* §. *cum de reb.*

4 Si diutiùs nõ poteſt differri, triduò ſaltem antè Capitulum ſignificetur Canonicis. *ibid.* §. *ſi verò.*

5 Si res vrgeat, Præfecti, Capituli iudicio tempus contrahant,

Digitized by Google

hant, modò vnicuiquè de Capitulo, qui non adſit, nunciari rem iubeat, de qua deliberandum. *ibid.* §. *quòd ſi præterea.*

6 Initium ſumatur à ſtata prece, qua cum, finis etiam Capitulo imponatur. *Prouin.* 3. *tit. de ijs, quæ ad capit. pert.* §. *in omni.*

7 Suis locis ſedeant, ordine loquantur, nequè alium interpellent. *ibid.* §. *ſi quis Canonicus.*

8 Sub pœna arbitraria Præfecti, & præterea, nè dicant ſententiam ſuam in illo, & duobus Capitulis ſequentibus. *ib.*

9 Rixas, & contumelias Præfectus tollat ſtatim, adhibitis alijs duobus, vel tribus de Capitulo. *ibid.* §. *ſi rixa.*

10 Ordo ſedendi, idem, qui in Choro. *ibid. à* §. *Canonicis a d* §. *ne cui.*

11 Quo tempore diuina Officia celebrantur, Capitula non habeantur, niſi aliter euidens neceſſitas poſtularit, ſub pœna amiſſionis diſtributionis Horæ, in qua id commiſerint. *Prou.* 1. *tit. de ijs, qui dignitates* §. *Canonici.*

12 Nequè diebus feſtis habeantur. *ibid.* §. *nequè etiam.*

13 Qui vocatus non affuerit, puniatur à Præfecto Capituli. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ ad capit.* §. *Canonici, &* §. *qui contra.*

14 Epiſcopus, ſemel in menſe, aut ſaltem ſæpè in anno, Capitulo ſpirituali interſit. *ibid.* §. *quo facilius.*

15 Initio anni, in Cathedralibus, & Collegiatis, tres deligantur Canonici, qui antè creationem Officialium inquirant de moribus eorum, & coram Epiſcopo iurent, eos, quod ipſi ſciant, eſſe idoneos: aliàs, nulla ſit eorum creatio. *Prou.* 1. *tit. Commun. de Miniſt.* §. *Cathedralium.*

16 Officia data à Capitulo ne recuſentur, niſi legitima de cauſa, per ſecreta ſuffragia à Capitulo probata. *Prouin.* 3. *vt ſup.* §. *ne cui officium.*

17 Aliàs, tantundem amittat, quantum pecuniæ caperet, per ſex menſes inſeruiendò. *ibid.* §. *qui aliter.*

18 Qui verò iniuriam ſibi fieri putat, ad Epiſcopum confugiat. *ibid.* §. *qui verò.*

19 Officia, bienniò tantùm gerantur, niſi de Epiſcopi conſenſu Capitulum aliter iudicarit, & niſi longiori tempore liceat, ex priuilegio, ſeu conſuetudine probata. *ibid.* §. *quæcunquè.*

20 Vbi ex inſtituto Eccleſię eſt, qui Cancellarij officium gerat, is officio ſuo ſatisfaciat, acta

Digitized by Google

acta omnia in certum librum referendo, qui liber in Archiuio ſeruetur Capitulari. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad capit. §. Vbi ex inſtituto.*

21 Vbi non eſt, deligatur vnus de Capitulo, qui certâ, ſi opus eſt, cōſtitutâ mercede, id munus per biennium gerat. *ibid. §. Vbi verò.*

22 Notarij autem officio, atquè opera adhibeatur in ijs, quæ ad lites, cauſas, inſtrumentavè publica conficienda pertinent. *ibid. §. Notarij autem.*

23 Qui Notarius, eiuſmodi inſtrumentorum exemplum authenticum, in Archiuium antè annum referat, curante Canonico Cancellario. *ibid. §. qui notarius.*

24 Iuramenta Canonicorum de non diuulgandis ijs, quæ in Capitulo tractantur, non impediunt quemquam, quo minùs ad Epiſcopum deferat, ſi quę in Capitulo errata ſint, & quæcumquè ab Epiſcopo ſciri expedierit. *ibid. §. qui iureiurando.*

25 Conſilium Capituli Epiſcopus non tenetur ſequi. *Prou. 5. tit. de Epiſ. & Epiſ. iuriſd. §. quib. in actionibus.*

26 Capitula ipſa, recipiant, & obſeruent Decreta Conciliorum Prouincialium ſuæ

Prouincię. *Pro. 4. tit. quæ gener. ad baſ. conſt. pert. §. Omnia, & ſingula.*

CAPITVLVM.
ſede vacante.

1 Vicarium eligat, confirmetvè, qui omninò iuris canonici ſit Doctor, vel quàm maximè idoneus, de Capitulo. *Prou. 6. tit. quæ ad capit. pert. §. Capitulum.*

2 Semel electum mutare poteſt, ob cauſam, modò aliū, octo dierum ſpatio conſtituat. *ib. §. eidem.*

3 Electione in dubium adductâ, is electus cenſeatur, qui à maiore parte Capituli. *ibid. §. electione.*

4 Oeconomus, & alij Officiales ſemel electi à Capitulo, nè mutentur; niſi ea electio, viuente Epiſcopo, ad Capitulum pertineat. *ib. §. Ne verò.*

5 Vicario, alijſvè Officialibus abſentibus, ſubſtitutorum electio ad Vicarium ſpectat. *ib. §. Vicario.*

6 Cùm Vicarius, aliuſvè Officialis amouendus erit, fas ſit Capitulo eos compellere ad reddendam rationem adminiſtrati muneris, & pro modo culpæ punire, non expectato nouo Prælato: qui tamen exigere poteſt eandem rationem, & in abſolutos à Capitulo, procedere,

re,vt iuris erit. *ibid.* §. *cùm Vicarius.*

CARCER.

1 Protector carceris fori Epiſcopalis ſit vnus ex Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, vel alius ordinis Eccleſiaſtici, quem ſecundo quoq; anno, aut breuiori ſpatio temporis eligat Epiſcopus. *Trou.* 5. *tit. de Epiſ. & Epiſc. iuriſd.* §. *Sit etiam fori.*

2 Exquirat diligenter,& curet, vt Aduocatus, procuratorvè pauperum, ſatellites, & cuſtodes carceris muneri ſuo ne deſint. *ibid.* §. *eius officium.*

3 Preſcribatur taxa miniſtris,& cuſtodibus pro comprehenſione, commoratione, & victu. *Trouin.* 1. *tit. de carceris cuſtod.* §. *Præſcribant.*

4 Quæcunquè ſunt carceratorum, ea tuto loco aſſeruentur ſub duabus clauibus, altera apud ianitorem carceris, altera apud procuratorem pauperum. *ib.* §. *mandent præterea.*

5 Si indè exierint, omnia dentur illis, vel eorum hæredibus, vel ijs, quibus à Iudice tributæ fuerint, ſub pœna dupli, tribuendi illi, cui damnum datum erit. *ibid.* §. *Ex illis autem.*

6 Epiſcopus ipſe viſitet aliquandò in anno carcerem,& videat, quid illis deſit. *Tro.* 3. *tit. de ijs, quæ ad Epiſc. ſor.* §. *Epiſcopus non ſolum.*

7 Qui in liberiori cuſtodia ſunt, audiant Sacrum in diebus feſtis in ſacello vicino. *ibid.* §. *Curet etiam.*

8 In Paſchate communicent, & in alijs ſolemnitatibus Redemptionis noſtræ. *ib.* §. *Vt omnes.*

9 Protector, bis ſaltem in hebdomada carceratos viſitet; & conſentiente Vicario, eos etiam, qui in arctiori ſunt cuſtodia. *Trou.* 5. *tit. vt ſup.* §. *Singulis hebdomadis.*

10 Quæ correctione indigent, referat ad Epiſcopum. *ibid.*

CASVS reſeruati.

1 Caſus ij tantùm ſunt reſeruati, qui ſingulis annis in Synodo, aut aliter promulgati reſeruantur. *Diæc.* 4. *Decr.* 14.

2 Promulgentur initio Aduentus, & Quadrageſimæ. *Diæc.* 2 *tit. caſus, & Trou. Conc. & ſyn. Diæceſ. nob. reſ.* §. *Quos verò caſus.*

3 Confeſſarij, ſcriptos apud ſe habeant. *Trou.* 1. *tit. quæ pert. ad ſac. pen. adm.* §. *Confeſſores.*

4 Affixos Confeſſionali. *Viſ. Ap. tit. Confeſſionalo* §. *In ipſo confeſſionali.*

5 Sunt autem hi, ex Concilijs Prouincialibus.

1 Ra-

1 Raptores Virginum. *Prou.* 1. *tit. vtſup.*

2 Qui moniales violarint. *ibid.*

3 Qui abortum procurarint. *ib.* Vide ſupra: *Abortus*.

4 Qui in ſecundo, vel propinquiori cognationis gradu inceſtum admiſerint.

5 Incendiarij, & qui damni, iniurięvè causâ, vites, vel arbores alienas inciderint.

6 Eccleſiam polluentes.

7 Homicidiæ voluntarij.

8 Qui parentes percuſſerint.

9 Qui locis pijs infantes expoſuerint, cùm habeant vndè ipſos alant, nequè eorum locorum damna reſarcierint.

10 Qui ad magicas artes, veneficia, ſuperſtitiones, & alia huius generis, euchariſtiâ, ſacrisvè rebus abutuntur.

11 Qui ſtateras, menſuras, monetasvè adulterarint, corruperintvè.

12 Quicunquè Notarij, legata de pijs cauſis, aut rebus malè partis reſtituendis, tribus poſt menſibus, quàm teſtatoris obitum ſcierint, Epiſcopo non denunciarint. Hæc *Prou.* 1. *tit. vtſup. à* §. *Raptores ad* §. *Confeſſores, & Pro.* 2. *tit.* 3. *Dec.* 17.

EX SYN. DIÆC.

13 Qui clandeſtina matrimonia contrahere tentauerint, quivè eiſdem interfuerint.

14 Fideles, qui vnà coëunt de matrimonio inter ſe contrahendo, antequam ſolemni ritu illud ex pręſcripto Eccleſiæ celebrent.

15 Non denuntiantes Hæreticos, vel tali nomine ſuſpectos, & eos, qui libros Hæreticorum habent.

16 Carne veſcentes diebus ab Eccleſia vetitis, ſinè legitima cauſa, aut facultate.

17 Compellentes virginem, aut aliam cuiuſuis generis mulierem ad habitum cuiuſuis Religionis ſuſcipiendum, vel Profeſſionem emittendam.

18 Auxilium, conſilium, ſtudiumvè ijſdem præſtantes, aut ſcientes, & qui huic actioni quouis modo adfuerint, aut conſenſerint.

19 Impedientes ſinè cauſa iuſta, mulierem velari, vel votum nuncupare.

20 Clerici, quęuis Eccleſiaſtica beneficia obtinentes, & non deferentes clericalem habitum, aut etiam ijs Ordinibus non initiati, quos ratio Beneficij, quod obtinent, depoſcit.

21 Qui maiori excommunicatione ligantur, interdicti, ſuſpenſi ſunt, ſiuè à iure, ſiuè ab homine. *Diœc.* 2. *Dec.* 18. §. *Caſus.*

22 Qui

Digitized by Google

22 Qui ſponſalia contraxerint, & vnâ coierint ante celebrationem matrimonij. *Prou. 2. tit. 1. Decret. 27.*

23 Quicunquè, Clerici mortui, aut Eccleſiæ, cui ſeruierat, bona ſurripuerit, atq; inuaſerit. *ibid. Decr. 15. tit. 3.*

24 Quicunquè abſq; inuaſione, ex Clerici mortui domo ſuppellectilem, remquè aliquam, aut ſcripta ad Eccleſiam pertinentia antè confectum inuentarium aſportauerit. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ ad bon. Eccl. tuen. pert. §. quod prouinciali.*

25 Qui falſum impedimentum attulerit ad matrimonium malitioſè impediendum. *ib. tit. de ijs quæ ad ſacr. Matr. pert. §. inueſtiget etiam.*

26 Quicunquè Confeſſarius, etiam Regularis, ſinè Epiſcopi approbatione ſcripta, confeſſionem audierit. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad ſacr. pænit. §. excommunicationis.*

27 Quicunquè ſecreta proceſſuum S. Officij euulgarit. *Prou. 5. tit. quæ ad fid. tuen. ſtud. pert. §. pænam verò.*

28 Quicunquè diebus Quadrageſimæ laruatas vexationes, & inania ſpectacula ediderit, Interdicti cenſuram ſubit. *ib. tit. quæ ad dies feſt. & ſac. temp. pert. §. quare corruptelam.*

29 Quicunquè Cõfeſſarius abſquè Epiſcopi facultate à caſibus reſeruatis abſoluerit. *ib. tit. quæ ad pæn. ſac. §. ab ijs verò.*

30 Quicunquè, veneficijs, aut incantationibus ad impediendũ matrimonium vſus fuerit; qui item ad veneficia ſoluenda adhibuerit verba ſuperſtitioſa. *ibid. tit. quæ ad Matrim. §. Tridentina.*

31 Quicunquè ſpe futuræ diſpenſationis, matrimonium gradu prohibito contraxerit. *ibid. §. qui quarto.*

32 Quicunquè, tàm vir, quàm mulier, etiam præter matrem, & nutricem, in lecto, infantem, anno non expleto, ſinè cunis tenuerit. *ibid.*

33 Eandem pœnam ſubeat, qui coegerit matrem, vel nutricem, tenere in lecto ſinè debita cautione, vel impedierit cautionẽ debitã. *Prou. 6. tit. de Baptiſ. §. quod ſi quis.*

SED NOTA.

Delegati ab Epiſcopo poſsunt diſpenſare in grauioribus cauſis circa hanc cautionem. *ibid.*

In lecto, non ſub ſtrato cunabulus retineatur. *Diæc. 32. cap. 9. §. Cunabili vſus.*

Si qui imprudenter, & inconſideratè in hoc crimine deliquerint, Parochi proprij ſemel in ſingulis partibus, eos,

Digitized by Google

quos pœnituerit, abſoluere poſſunt, etiamſi pluries deliquerint. *ibid.* §. *Propterea.*

Si ſuffocatio infantis ſequuta fuerit, delinquens remittatur ad Ordinarium. *ibid.*

Quoties Parocho ex certa duorum, triumvè teſtificatione, etiam extra iudicium conſtat, aliquem eo nomine, quód præſcriptam cautionem non adhibuerit; ad ſe, præſentibus ijs, illum accerſat; qui ſi confiteatur, illum ſcripto moneat, dierum quindecim ſpatio ſe ab ea culpa, & excommunicatione abſolutum oſtendat, intereaq; ingreſſu Eccleſiæ abſtineat, pœnâ declarandæ excommunicationis propoſitâ. *Diœc.* 11. *tit. Mon. ex Decr. quæ ad ſacr. pert.* §. *Quoties Parocho.*

Eo ſpatio elapſo, illum denuntiet excommunicatum, ſi modo Viſitator in vrbe, aut Vicarius Foraneus in Diœceſi id temporis non prorogarit: quæ prorogatio, nè fiat vltra octo dies. *ib.* §. *eo autem.*

Decreto fit ſatis, ſi caueatur ciſtellâ ex virgulis confectâ, præſertim in regionibus montuoſis, quæ rerum inopiâ, & paupertate laborant. *ibid.* §. *Decr. autem.*

34 Quicunquè Clericus fraudi aſſenſerit de patrimonio aſſignato à fruendo, & vtendo, ab Ordinis ſui functione ſuſpenditur. *Prou.* 6. *tit. quæ ad ord. ſacr.* §. *Ne quis.*

35 Quæcumq; mulier capite non velato Eccleſiam ingredietur, ſi monita non paruerit, interdicti cenſuram ſubit. *ibid. tit. quæ ad cult. Eccl.* §. *Mulieres.*

36 Quicunquè facultatem alicui dederit accedendi ad Monialium Monaſteria, aut eorum ſepta ingrediendi. *ib. tit. quæ ad Monial.* §. *Neq; imposterum.*

37 Abſoluentes, & confitentes, ſocios criminis participes cum eodem Confeſſario abſoluente, vel audiente confeſſionem, excommunicantur ipſo facto. *Diœc.* 11. *tit. Mon. exec. Dec. quæ ad ſacr.* §. *Et verò.*

38 Confeſſarij abſoluentes à caſibus reſeruatis, eandem excommunicationis pœnam ſubeunt. *Diœc.* 2. *Decret.* 18.

39 Si titulo priuilegiorum quorumcunq; abſoluant, ſuſpenſionem à diuinis ipſo facto incurrunt. *Prouin.* 5. *tit. quæ ad pœnit. ſacr.* §. *Ne facultatum.*

40 Idem, ſi nomine Indulgentiarum Eccleſijs conceſſarum. *Prou.* 6. *tit. quæ ad pœnit. ſac. per.* §. *Quod ſuperioribus.*

41 Reſeruatio caſuum relaxatur,

tur,

Digitized by Google

tur, dum graui morbo implicitus in lecto pœnitens decumbet, modò tamen ſuo Parocho peccata confiteatur. *Diœc.* 32. *cap.* 10. §. *Reſeruationem.*

42 Si conualuerit, eiſdem cenſuris ſubiacet, quibus irretitus erat, antequam à Parocho abſolueretur, niſi quamprimùm coram Superiore ſe ſiſtat, & præſentet. *ibid.*

43 Quibus poteſtas data eſt abſoluendi à reſeruatis, id præſtent integrâ confeſſione auditâ, etiamſi id prę̃ſtetur causâ Iubilæi, niſi ſecus in conceſſione expreſſum fuerit. *ib.* §. *Monemus autem.*

44 Reſeruatio quoquè ceſſat in generali confeſſione de peccatis aliàs confeſſis; & quandò dubitat pœnitens, an peccatum aliquod confeſſus, deq; illo ſit abſolutus. *ibid.* §. *Qui eluentes.*

CATHECVMENI.

1 Nè baptizentur, niſi priùs inſtructi, & examinati fuerint, præſertim ſi grandiores ſint. *Prouin.* 1. *tit. de Iudæis.* §. *Cathecumeni.*

2 In domo propria inſtituantur, vel congregationi loci pij eorum cura tradatur, vel certo Sacerdoti idoneo. *Pro.* 5. *tit. quæ ad fid. tuend. ſtud. per.* §. *Epiſcopus igitur.*

3 Curet Epiſcopus, vt omnia bona ſua habeant, vndè ali poſſint, ſiuè ſit legitima, ſiuè dos, iuxta Paul. III. conſtitutionem. *Prou.* 1. *tit. vtſup.* §. *Curet Epiſcopus.*

CATHEDRATICVS.

Parochi ſoluant duos ſolidos nomine Cathedratici in Synodo. *Diæc.* 2. *Decr.* 41.

CAVPONES.

1 In Quadrageſima, cibos vetitos non exponant hoſpitibus, quales quales ſint, ſinè ſcripta facultate eis nominatim data *Prou.* 5. *tit. quæ ad dies feſt.* §. *Nec verò.*

2 Nequè alio loco coctos comeſſe cuiquam permittant, ſub pænis arbitrio Epiſcopi infligendis. *ibid.* §. *nec præterea.*

3 In caupones animaduertatur, qui receperint hiſtriones, mimos, & eius generis homines perditos. *Prouin.* 1. *tit. de Hiſtrion. Cignar. Tabern.* §. *Vt Hiſtriones.*

CELEBRITAS.

1 Ad celebritatem aduocati Parochi in Eccleſia, intra fines ſuæ Plebis exiſtente, poſſint tanquam delegati ab Archiep., Confeſſiones audire omnium ad ſe accedentium; cum conſenſu tamen Vicarij Foranei, & notulæ aduocatorum ſubſcribentis

Digitized by Google

bentis, & neceſſarium tantum numerum admittentis, & ad ſummum ſex ab alijs Eccleſijs amouentis, inter quos, ſi fieri poteſt, ſit Magiſter Ceremoniarum illius Plebis. *Syn. Diœc. 34. c. 2.*

2 Hoc idem curent Præfecti in ciuitate; & ijdem Vicarij Foranei, in Diœceſi, qui eandē facultatem habent ex cap. 3. eiuſdem Synod. ne plures, quàm vt ſupra, Sacerdotes euocentur, modò iure pij legati, vel fundationis, vel Eccleſiæ amplitudine maior numerus non deſideretur; Vocati autem, dum diuina officia habentur ſiſtant in choro, veſte talari, & mundo ſuperpelliceo induti *Conc. Prou. 4. de Cler. ad fut. die celeb. con. Syn. 4. Decr. 22. Syn. Diœc. 33. Decr. 18.*

3 Quantùm fieri poteſt, non aduocentur ad huiuſmodi celebritates Parochi, vel ſaltem cum minori incommodo aliarū Parochiarum, aduocando v. c. propinquiores, pauciores ſubditos habētes, qui tamen ſubſtituant Sacerdotem, qui pro ſe ſuppleat, vel, & iſto deſiderato, moneat præmaturè populū, vt Eccleſiam aliam commodiorem adeat *Ib. Decr. 19. Et Syn. 4. Decr. 22. V. Feſtus Dies Officia Diuina.*

4 Quæ frugalitas in celebritatibus Eccleſiarum commendatur, in refectione paranda Sacerdotibus aduocatis in ædibus Eccleſiaſticis, vel quæ iſtorum tantùm vſui ſunt, omninò ſeruetur, & detur tantùm in Diœceſi, non in vrbe, & ibi prandium tantùm, & ſolùm aliunde vocatis. *Syn. Diœc. 4. Decr. 22. Syn. Diœc. 2. tit. quæ ad diuin. offic. pert. Syn. Diœc. 32. tit. quæ præſt. in Conc. ad Celeb. Syn. Diœc. 33. Decr. 17. & Diœc. Syn. 35. Decr. 36.*

CESSIO.

5 Qui titulus ceſſionis requiratur adhoc, vt Eccleſiaſticus agat ex iure ceſſo à Laico, in foro Eccleſiaſtico, l. ſeculari. *V. For. Eccl. & Secul. Concord. c. 8. V. Ciuilis Cauſa. & V. Concordia.*

CHORI DISCIPLINA.

1 Laicis, nullus ſit aditus in eum, tempore diuini officij. *Prouin. 1. tit. comm. de rat. diu. offic. §. Chorus ità ſepiatur.*

2 In choro, nemo adſit ſinè ſuperpelliceo, aut cæteris indumentis, quæ pro ratione officij requiruntur. *ibid. §. In choro.*

3 Candelæ, & Cerei in diuinis officijs, nè ea exiguitate adhibeantur, quæ aſtantibus of-

offenſionem afferre poſſit. *ibid.* §. *Candelæ.*

4 Pſallant omnes, ſub pœna abſentiæ. *ibid. tit. quom. verſ. in chor.* §. *omnes.*

Vide Canonicorum munera in Choro.

CHORI MAGISTER.

1 In eo admittendo perfecta ars, & peritia omninò requiratur, tum vox, & aptitudo. *Prouin.* 4.

2 Ipſe denunciet officiũ, quale recitandum, quę antiphonæ, pſalmi, orationes, lectiones. *Prouin.* 1. *tit. de off. Mag. chor.* §. *Chori.*

3 Tabellam in ſacriſtia conficiat, in qua cuiq; munera aſſignet. *ibid.* §. *Tabellam.*

4 Qui defuerit muneri ſuo in tabella præſcripto, amittat diſtributiones illius Horæ, in qua peccarit. *ibid.* §. *qui autem.*

5 Si defuerit ſæpè, à Præfecto Chori obiurgetur, & ab Epiſcopo puniatur. *ibid.* §. *ſi Magiſter.*

6 Adoleſcentes, vel rudes, quibus aliquid publicè recitandum eſt, priùs audiat, & inſtruat. *ibid.* §. *Adoleſcentes.*

7 Eum omnes audiant, & non audientes corripiantur à Præfecto, & ad Epiſcopum deferantur, ſi opus eſt. *ib.* §. *eum omnis.*

8 Immunis ſit ab officio aſſiſtendi, & celebrandi Miſſam. *ibid. tit. de Miſſ. ſolem.* §. *Si adſiſtendi.*

CHORI PRÆFECTVS.

1 Vbi nominatim nemo eſt ex inſtitutione Eccleſię, Epiſcopus deſignet quem voluerit, idoneum. *Prouin.* 4. *tit. quæ ad* §. *Miſſ. ſac.* §. *Præfectus.*

2 Amoueri ab Epiſcopo, ſuo arbitratu poteſt. *ibid.*

3 Eo abſente, fungatur hoc officio, qui digniori loco Chori ſedet. *Prou.* 1. *tit. de off. eius, qui choro præſid.* §. *Si quæ autem.*

4 Amanter obiurget eos, qui ſuo officio non ſatisfaciunt; ſi non reſipuerint, iubeat punctatorem in libro eos deſcribere, & ad Epiſcopum deferre. *ibid.* §. *ſi qui ſuo.*

5 Si ipſe in ſuo munere negligens erit, ab Epiſcopo, vel Eccleſiæ Præſidente puniatur. *ibid.* §. *ſin ipſe.*

6 Triduanæ abſentiæ licentiam dare poteſt. *ibid. tit. commun. de Miniſ.* §. *ne multis.*

7 Nemo alius iubeat in Choro, Eccleſia, Sacriſtia, in ijs, quæ ad diuina officia ſpectant, pœnâ conſtitutâ ab Epiſcopo. *Prouin.* 3. *tit. de ijs, quæ ad diu. offic.* §. *Ne in Choro.*

8 Corripiat, ſi opus eſt, Magiſtros Chori, & cæremoniarum. *Prou.* 1. *tit. de off. Mag. Chor.* §. *ſi Magiſter.*

9 Pœna ordinaria eſt, vt careat,

Digitized by Google

reat, qui deliquerit, diſtributione illius Horæ, in qua deliquit. *ibid. tit. quom. in chor. verſ. §. qui dignitates.*

10 Subſcribat ſyngraphis ſupputationum. *Prouin. 4. tit. de diſtrib. §. huic ſupputationi.*

11 Abſente punctatore, ſubſtituat alium cum conſenſu Præfecti. *Prou. 1. tit. de offic. Punct. §. quo tempore.*

12 Delinquentes in Eccleſia, quicunquè ſint, ad Præfectum Chori deferantur. *ibid. tit. de off. cuſtod. §. cuſtodes.*

CIVILIS CAVSA.

In omnibus cauſis illud obſeruandum eſt, vt ſemper iudicium in eo Foro finem accipiat, in quo cæptum fuerit. c. 8. Concord. Iuriſd. V. *Fori Eccleſ. & ſecul. Concord. & V. Hæreditas.*

In vtroq; Foro, prout magis placuerit, agere poterit Eccleſia, Clericus, ſeu perſona Eccleſiaſtica contra Laicum, in his vlz.

1 Quandò agunt pro quibuſcunque bonis Eccleſiaſticis, mobilibus, ſe mouentibus, immobilibus, & iuribus, ſeu quouis titulo, ſiue vniuerſali, ſiue particulari, ſiue inter viuos, ſiue ex vltima voluntate, vel aliàs quomodolibet ad Eccleſiam, Clericos, ſeu perſonas Eccleſiaſticas, vti tales ſpectantibus, & pertinentibus, ſiue agant actione perſonali, reali, mixtâ, in rē ſcriptâ, vel aliâ quácunq; tàm in poſſeſſorio, quàm in petitorio, etiamſi Laicus probabiliter neget, ea bona, iura, & vt ſupra, eſſe Eccleſiæ, vel vt ſupra, aut ad eam, & vt ſupra ſpectare, & pertinere. *ex cap. 1. Concordiæ.*

2 Ad conſecutionem Primitiarum, Decimarum, & aliarum Eccleſiaſticarū obuentionum, ſeu Legatorum piorum, fructuum, penſionum, vel fictorum ſimplicium, aut fictorum perpetuorum, ſeu libellariorum, & cenſuum, ac dependentium contra laicos conductores, emphyteutas, libellarios, penſionarios, cenſuarios, ſeu aliàs ex præmiſſis cauſis debitores Eccleſiæ, Clerici, ſeu perſonarum Eccleſiaſticarum, vtì talium, vt ſupra. Et hoc indiſtinctè, ſiuè conſtet de credito per ſcripturam publicam, vel priuatam, ſiue non. *Ex cap. 5. Concord.*

3 Item, agere volentes contra alios debitores, puta, ex cauſa mutui, depoſiti, aut pretij rei Eccleſiaſticæ venditæ, aut quacunq; alia ex cauſa; dummodò conſtet de credito per publicum Inſtrumentum, vel ſcri-

ſcripturam priuatam ſubſcriptam manu debitoris, vel alterius de illius mandato; ſaluis tamen priuilegijs, quæ Eccleſiæ, & Eccleſiaſticis perſonis reſpectu fori de iure cõmuni competunt pro conueniendis laicis in foro Eccleſiaſtico. *ibid.*

4 Item quo ad bona patrimonialia, vel laicalia, vbi agatur de conſequenda, vel recuperanda quantitate pecuniarũ, mobilium ſe mouentiũ, vel his ſimilium, quacunque ex cauſa, tàm inter viuos, quàm ex vltima voluntate ad perſonas Eccleſiaſticas gaudentes fori priuilegio, quomodolibet ſpectantium, & pertinentium, vel eis debitorũ; modò tamen de credito conſtet per publicũ Inſtrumentum, vel ſcripturam ſubſcriptam manu debitoris, aut alterius, de illius mandato. *Cap. 6. Concord.*

In foro autem ſeculari tantùm, vt infra, videlicet.

1 Declaratur, quòd ex ſpeciali cõceſſione Sanctiſſimi, apellationes in dictis cauſis patrimonialibus non committantur extra Statum Mediol. niſi ſumma excedat valorem aureorum duorum mille, & quòd actiones redditionis rationis, mercimonij, Inſtitoriæ, tutelæ, & ſimiles incertæ, & generales, occaſione patrimonialium, ſeu laicalium, deducantur in foro ſeculari contra Laicos, *Cap. 6. Concord.*

2 Deducuntur item cauſæ, in quibus Eccleſiæ, ſeu Monaſteria prætenderent aliquam hæreditatem, alicui Monacho, ſeu Moniali, ſeu cuiuſuis Ordinis Regulari perſonæ, ab inteſtato delatam. *Cap. 4. Concord.*

3 Etiam vbi Eccleſiaſtica perſona agit contra laicum ad aliquam rem laicalem, vel patrimonialem ex ijs, quæ pro immobilibus reputantur, puta, domum, fundum, iura aquarum, ſeruitutem, dominium, proprietatem cenſus, vel redditus, & his ſimilia, quâcunq; actione agat, & hoc intellige, tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio. Et idẽ, ſi ex cauſa patrimoniali agat petitione hæreditatis ad vniuerſam hæreditatẽ, ſeu eius partem, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato. *Cap. 7. Concord.*

4 Præterea; ſi Clericus, vel Eccleſia, aut Eccleſiaſtica perſona agere voluerit ex iure ceſſo à laico; ſi titulus ceſſionis

nis ſit principalis, & non acceſſorius alicui alij titulo, vel contractui, puta, venditionis, tranſactionis, donationis, vel aliorum, in quibus titulus ceſſionis acceſſorie veniant: & hoc, ne in fraudem fori ſecularis fiant ceſſiones ad fauorem Eccleſiæ, & Eccleſiaſticarum perſonarum. *Cap. 8. Concord.*

5 Per concordiam initam inter forum Eccleſiaſt. & ſeculare, reſpectu Fori, non intelligitur derogatum priuilegio Fiſci, itaut omnes cauſæ Fiſcales cognoſcantur, & in eis, bonorum apprehenſiones, ac liquidationes fiant per illud Tribunal, ad quod ſpectant, ſeruatis priuilegijs Fiſco competentibus. *Cap. 9. Conc.*

Iuris communis diſpoſitioni relinquuntur hæc;

1 Actiones hypothecariæ extra materiam Legatorum piorum. *Cap. 2. Concord.*

2 Cauſæ, quas moueri contigerit per Eccleſiam, vel Clericos, vigore Nou. Conſt. & nouarum Bullarum Pontificiarum, aditarum, vel edendarum, quæ item cauſæ coram & Iudice habebuntur, ad quam aliàs circumſcriptâ tantùm conſuetudine illarũ cognitio ſpectabit. *Cap. 3. Concord.*

3 Moderetur tamen Bulla Pij V. contra illegitimos, ſeu reſtringatur, vt in emphyteuſibus, & Feudis Eccleſiaſticis factis, ſeu conceſſis ante dictam Bullam, poſſint illegitimi ſuccedere ſecundum diſpoſitionem iuris communis. *ibid.*

CLERICORVM MORES: Vita, & Honeſtas.

1 Certæ Eccleſiæ adſcribantur Clerici, in qua functiones proprias obeant. *Prouinc. 2. tit. 1. Decret. 24.*

2 Singulis diebus feſtis in ſua Parochiali Eccleſia operam nauent ad officia diuina celebranda. *ibid. tit. 2. Decr. 28.*

3 Et ij, qui certæ Eccleſiæ ſunt adſcripti, in ea conueniant. *ibid.*

4 Quod & de Sacerdotibus intelligitur. *Prouin. 3. tit. de ijs, quæ par. ad ord. ſac. part. ad cler. hõn. §. quod altera.*

5 Confiteantur Diaconi, & inferiores Clerici ijs tantùm Sacerdotibus, quos Epiſcopus comprobabit idoneos, modò is ſit numerus, vt confieri volentes, delectum habere queant inter illos. *Prou. 2. tit. 2. Decr. 26.*

6 Tertio quoquè menſe de hac re

Digitized by Google

re fidē Epiſcopo exhibeant. *ibid.* §. *Sacræ*.

7 Singulis menſibus, Diaconi, & Subdiaconi, bis ſaltem, alij Clerici ſemel ſacram ſumant Euchariſtiam. *Prou.* 1. *tit. de freq. diu. ſac. obl.* §. *cæteris etiam clericis*.

8 Clericorum libri ſint in primis, Teſtamentum vetus, & nouum, Cathechiſmus Romanus, Conciliū Trid. Conſtitutiones, & Decreta Prou. & Diœceſana, Calendelarium. *ib. tit. quilib. potiſ.*

9 Et Martyrologium, quod recitent cum Horis Canonicis quotidiè, ſub pœna arbitraria Præfectorum, & Vicariorum. *Diœc.* 32. *cap.* 16. §. *Martyrologij*.

10 Scholas frequentare nemini liceat, ſinè facultate impetrata à Prçfecto Portç, in qua Clericus habitat. *ibid. cap.* 22. §. *Ingenia*.

11 Et ſingulis annis antè initia ſtudiorum vnuſquiſquè afferat teſtimonium, eidem Præfecto, à ſtudiorum Præfecto ſuper vita, & moribus, clericali habitu, & ſtudiorum progreſſu. *ibid.* §. *Ingenia.*

12 Seditioſi Clerici in ſcholis, & qui expelluntur ab ijs ob immodeſtiam, carcere punientur, & alijs pœnis. *ib.* §. *Ingenia.*

13 Alienç Diœceſis Clerici non antè ad ſtudia litterarum admittantur, quàm oſtendant dimiſſorias ſuorum Epiſcoporum, alioquin in reditu non obtinebunt litteras teſtimoniales de vita, & moribus ad ſuos Epiſcopos. *ibid.* §. *Ingenia*.

14 Sed nequè recipiantur ſinè litteris commendatitijs, & Parochi eos notent, & intra octo dies eorum nomina, & patriam, ad Epiſcopum; ſi in Diœceſi, ad Vicarium Foraneum deferant. *Prou.* 2. *tit.* 2. *Decr.* 1.

15 Libros non habeant apud ſe rerum inanium, iocoſarum, impurarum. *Prou.* 4. *tit. de vit. & honeſt. cler.* §. *Ne clerici*.

16 Modeſtiam ſeruent, etiam in eo, vt nè certo eo nomine, quod propriè Eccleſiarum Præſidibus conuenit, ſe mutuò, qui non debent, ambitiosè appellent. *Diœc.* 4. *Decr.* 19. §. *Modeſtiam*.

17 Qui Ordinario ſuo, vel alij Superiori maledixerit, in eū ex ſacris canonibus animaduertatur. *Prouin.* 1. *tit. de dign. Ep. ret.* §. *qui Clericus*.

18 Arma quæcunquè, exceptis cultellis ad domeſticū vſum, nè ferant, niſi fortè extra Ciuitatem, ſuſpectis locis iter eis faciendum ſit. *ibid. tit. de Armis, ludis, ſpect.* §. *id circò*.

H 19 Sed

Digitized by Google

19 Sed habitâ licentiâ ſcriptâ ab Ordinario. Nec publicè, niſi cauſa exigat, deferantur. *ibid. §. quòd ſi*.

20 Omninò, baleſtrâ, haſtis, ſclopeto, telis, alijſquè huius generis nè vtantur. *ibid. §. omninò*.

21 Nequè alieno nomine habeant apud ſe in ſacra, vel immuni domo ſclopos cuiuſuis generis, niſi fortè contingat habere hoſpitem, cui liceat illa arma deferre. *Diœc. 32. cap. 22. §. & quia*.

22 Retinentes ſclopos maximè rotatos domi, vel in alio immuni loco, etiam ſub prętextu cuſtodiæ, pœnâ trecentorum aureorum quâlibet, vice punientur, & excommunicationem ipſo facto ſubeant. *ibid. cap. 22*.

23 Qui piſtolas, aut terzanellas deferunt, vel apud ſe retinent, præter pœnas ſupradictas, alias corporales, etiam triremium, dabunt. *ib. cap. 22*.

24 Perſonati non incedant. *Pro. 1. vt ſup. num. 17. §. Clerici perſonati*.

25 Choreas, neq; priuatas agãt, nequè ſpectent. *ib. §. choreas*.

26 A venatione abſtineant. *ibid. §. A venatione*.

27 Fabulis, Comædijs, Spectaculis profanis nè interſint. *ib. §. fabulis*.

28 Profanis, & vetitis repræſentationibus præſentes, pœnâ carceris, & alijs punientur. *Diœc. 32. cap. 33*.

29 Saltationes, ludi, præſertim aleę, & teſſerarum, prohibentur Clericis. *Prouin. 1. vt ſup. §. Clericalis ordinis*.

30 Globi quoquè, qui malleis ligneis impelluntur, & follis maioris ludus. *ibid. §. prohibemus*.

31 Nequè ſint prædictorum ludorum ſpectatores, nequè in ſuis ædibus eos permittant. *ibid. §. nec ſolum*.

32 Parua pila conceditur valetudinis gratiâ, non publicè, nec interueniente pecuniâ. *ibid. §. ſi autem*.

33 Conuiuia fugiant minùs honeſta. *ibid. §. conuiuia*.

34 Publica conuiuia, & comeſſationes euitent. *Prou. 4. tit. de vit. & hon. cler. §. omnis etiam*.

35 Inter epulas numquam canant. *ibid. §. quamobrem caueat*.

36 Vocem ſuam ſacris dicatam, ad profanas cantiones, & voluptuarias oblectationes laicorum nè conuertant. *ibid. §. Sacerdotem, clericumvè*.

37 Si ſacrorum causâ in vnum congregantur, ne plures, quã ſex, & ij Clerici, ad menſam ſuam conueniant. *Prou. 1. tit. de Armis, lud. ſpectac. §. quod ſi interdum*.

38 Sa-

38 Sacris Ordinibus initiati,ſeu Beneficiati, laicis hominibus quâuis dignitate præditis nè operam ſuam nauent, aliàs ab Ordinis ſui munere ipſo iure ſint amoti. *Diœc. 2. Decr. 27.*

39 Nè doceant mulieres legere: ſcribere, canere, niſi qui ab Epiſcopo probati fuerint. *Prou. 2. tit. 2. Decr. 32.*

40 Nè interſint, cùm neces, & cruciamenta improbis ſpectanda populo proponuntur. *Prou. 4. vtſup. §. nè cum neces.*

41 In foro Mercatorum prę curioſitate nè morentur. *Diœc. 11. Mon. ex. Dec. quæ ad ſac. & ſacr. pert. §. Clericos demq;*

42 De nocte,poſt primā horam non exeant, niſi ex cauſa iuſta, & cum lumine. *Prou. 1. tit. de cleric. ædib. §. clerici de nocte.*

43 Nequè domi fœminas quaſcunquè habeant, ſinè ſcripta facultate. *Diœc. 11. tit. Mon. ex. Dec. quæ ad ſac. & ſac. per. §. ne ſecum.*

44 Catellos,& canes non alant, nequè habeant, nè cuſtodiēdæ quidem domus causâ,nec ṗtextu cohabitationis agnatorum. *ibid. §. Catellos.*

45 Et qui cū catellis, canibuſvè ad funera, officiavè diuina acceſſerit, omnino excludatur. *ibid. §. quicunq; præterea.*

46 Negotia ſæcularia nè aſſumant. *Trouin. 1. tit. de negotijs ſæcul. à Cler. ſugien.*

47 Nè ſacris initiati,aut Beneficiati,coram Iudice laico,Aduocati,procuratoriſvè nomine cauſas agant, niſi ſuam Eccleſiam, vel propinquos, vel miſerabiles defendant, facultate in ſcriptis obtentâ ab Epiſcopo.

48 Nè tabellionatus officium exerceant in profanis.

49 Nè artem medendi faciant.

50 Nè in negotiationibus, & Mercaturis ſe interpretes, & medios interponant.

51 Negotiatio omnis generis omninò prohibetur.

52 Ars honeſta conceditur, vt manibus ſuis aliquid lucrentur ad victum.

53 Nè aliena prædia,lucri causâ conducant.

54 Nè aliorum tutelam, aut curam ſuſcipiant.

55 Nè pro alijs fideiubeant.

56 Nè alicuius Principis, aut alterius negotiorum procuratores ſint, ſinè facultate Epiſcopi quotannis renouanda.

57 Nè in famulatu laicorum, etiam Principum, eorumvè quibuſuis alijs obſequijs. *ibid. & Diœc. 2. Decr. 27.*

58 Nèvè præcurſores, aut aſſeclæ fœminarum, aut eis diſcumbentibus aſſiſtant, aut ancillentur.

Digitized by Google

59 Qui in his non obtemperauerit;is,aut ſalutari pœnitentiâ, aut pecuniâ, aut ſuſpenſione ab Ordinũ munere, & Beneficiorum adminiſtratione, aut ipſis etiãBeneficijs, aut carcere,aut exilio, & alijs pœnis pro modo culpæ puniatur. *ibid.*

60 Qui iterum in eadem re peccarit, duplicatâ is pœnâ pleɛtatur.*Hęc ibi per totũ vſq;ad fin.*

61 Hæc eadem prohibentur Clericis minorum Ordinũ. *Prou. 5. tit.quæ ad cler. hon.pert. §. quæ in Concilio.*

62 Rectores Eccl. tertio quoq; menſe de hac re, & moribus Clericorum, Epiſcopo, vel litteris ſignificent. *Prou.2.tit. 2. Decr. 28. §. Rectores.*

63 Sacerdotes aliquot probatæ vitæ deligantur, à quibus Clerici interioris ordinis ſæpè conuocati, vitæ Eccleſiaſticæ moribus inſtruantur. *ib. tit. 2. Decr. 29.*

64 Hoſpitium commune Clericorum Diœceſanorum, Mediolani conſtituatur. *Viſ. Ap. tit. quæ per. ad Cler. in ſuis etiam moder. §. commune.*

65 De Clericorum progreſſione in ſtudijs, Vicarij Foranei agant cum parentibus eorũ, & alijs, vt à magiſtro, aut Eccleſiaſtico viro docto,litterarum initijs inſtituantur. *Diœc. 11. tit. Mon. ex Dec. quæ ad ſac. & ſac. pert. §. ſtudiorum.*

66 Agant cum ſuperioribus, vt pauperes Clerici, in Seminarium,aliumvè locum inſtitutionis cooptentur, cum ea victus parte, quam conferre poterunt. *ibid. §. Si in eorum.*

67 Singulis menſibus, vel alio ſtato tempore ſtatuendo, quilibet Sacerdos, & Clericus teſtimonium ferat de frequenti Sacramentorum vſu, functionibus in Eccleſia præſtitis,ſtudiorum progreſſu, & ſimilib. *Diœc. 4. Decr. 25. & Prou. 4. tit. de vit.& hon. cler.§. Quo diligentius.*

68 Sacerdotes,ſenio,vel morbo confecti, inopiâquè preſſi, in locum aliquem cogantur, vbi victus ſuppeditetur. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ par. ad ord. ſac. par. ad Cler. hon. per. §. Sacerdotes verò.*

69 Ne quis in ſacris conſtitutus cuiuſquam famulatui, vel ad pueros educandos operã det abſq; facultate, & abſq; permiſſu Epiſcopi, qui facultatem non faciet, vbi veriſimiliter ſuſpicetur aliquẽ adhibendum ad res ſordidas. Vigilent Vicarij Foranei, an aliqui in eorum Plebe ſecus obſeruent, & pro modo culpæ in eos animaduertant. *Prou. 7. & Diæc. 34. c. 5.*

70 Cle-

Digitized by Google

70 Clerici, certæ Eccleſiæ non adſcripti, ſingulis feſtis diebus in Eccleſia Parochiali ſub qua degunt, beneficium Eccleſiaſticũ habentes, reſidentiam non requirens, aut in alia Archiep. benè viſa, Rectori operam nauent ad diuina officia celebranda. *Prou. 2. & Diæc. 34. c. 5.*

71 Idem præſtent Sacerdotes, non modò in Miſſis ſolemnibus, & Veſperis, ſed & in expoſitione SS. Sacramenti, & eiuſdem proceſſionibus. *ib.*

72 Diaconi, & Subdiaconi, bis ſaltem ſingulis menſibus; reliqui Clerici inferiores ſaltẽ ſemel communicent, & approbatis Sacerdotibus confiteantur, in propria Parochia, vel alia illis deſtinata, feſtis diebus, idq; in Miſſa ſolemni, ſi habebitur, & eius rei fidem exhibeant. Sacerdotes, ſaltẽ ſemel in Hebdomada. *Prou. 2. tit. 2. Decr. 26., & Synod. Diæc. 34. c. 5.*

73 De hoc frequenti Sacramentorum vſu, functionibus habitis, ſtudiorum profectu, & ceteris exercitationibus teſtimonium deferant ſingulis menſibus ad quos ſpectat. *Prou. 4. & Diæc. 34. ib.*

74 Tum Sacerdotes, tum Clerici proprio ſuperpelliceo conueniant in Eccleſia, ſuo munere functuri, & cùm menſtruis Congregationibus intererunt. *ib.*

75 Præfecti, & Viſitatores, antequã votum referant ſuper conceſſione habitus Clericalis, aſſument informationes de vita, & moribus petentis, ſaltem à triennio, diligenter examinantes Parochorũ atteſtationes, à quo tempore, & à quibus afferantur. *ib.*

76 Clerici, ne perſonati, publicè, vel priuatim incedant: nõ choreas agant, vel ſpectent, neq; dent operam ludis aleæ, teſſerarum, talorum, follis, ſeù pilæ maioris, maximè mixti cum laicis, comeſſationibus, fabulis, maximè vbi ſunt mulieres. Sub pœna 50. nummorum aureorum, & alijs arbitrarijs ſpectantes, & ludentes, viginti quinq; aureis plectantur. *Syn. Diæc. 35. Decr. 49.*

77 Nulli Eccleſiaſtico liceat pro vitæ ſuſtinendæ prætextu incertæ mulieris operâ vti, ſed certam, bonæ vocis, & famæ, & ætatis prouectæ ducant, & hanc, cum facultate Archiep. nec opituletur prætextus cõſanguinitatis, vel affinitatis, *Syn. Diæc. 35. Decr. 41.*

78 Singulis menſibus à Pręfectis in ciuitate, & Vicarijs Foraneis in Diœceſi habeatur Cõgre-

gregatio pro Clericorum diſciplina, in qua exigent atteſtationes de frequenti vſu Sacramentorũ, Doctrina Chriſtiana, & functionibus Eccleſiaſticis habitis. Negligentes illi intereſſe repellantur ab Ordinibus, & duobus aureis nummis pro vicibus ſingulis mulctentur, & ſi per tres vices abfuerint priuentur habitu. *ib. Decr.* 42.

79 Eccleſiaſtici ſinguli, tonſurã, ſeu coronam ordini ſuo congruam, & patentem, ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis, ſi ſacris initiati; priuationis habitus, ſi ſecus, deferant. *Ib. Dec.* 43.

80 Comam, & barbam, ne ſtudioſè nutriant, & in barbæ tonſura ita pilus à Superiore labro recidant, vt impedimento non ſint ad ſumendũ Chriſti D. ſanguinẽ. *ib. Dec.* 44.

81 Sub pœna viginti quatuor aureorũ, & carceris, ne adeò contractis veſtibus vtantur in itinere, vt diſcerni nequeant à laicis; interior verò habitus modeſtiam, & Chriſtianam modeſtiã redoleat. *ib. Dec.* 45.

82 Sinè cingulo, nullus incedat. Semel admonitus, & parere detrectans nũmo aureo mulctetur. *ib. Decr.* 46.

83 Lineas plicas duplices artificioſè cõptas, ſub pœna duorum nummorum aureorum locis pijs applicandorum, ne deferant. *ib. Decr.* 47.

84 Nulli, etiam in Doctorali gradu conſtituto, niſi in Eccleſiaſtica dignitate conſtituto, quæ per annuli traditionẽ confertur, ſub pœna amiſſionis eiuſdem annuli pauperibus applicandi, illum deferat. *ib. Decr.* 48.

85 Niſi itineris causâ, cauponarum & aditu, & vſu interdicuntur. *Ib. Decr.* 51.

86 Vicarij Foranei, re, ac tempore poſtulãtibus ſignificent Archiepiſcopo, qui Parochi in ſua Plebe ſint probationis vitæ, diſciplinæ, ætatis, indolis, & diligentiæ erga curam animarum. *ib. Decr.* 54.

CLERICVS concubinarius.

1 Monitus ſpeciali monitione, ſi ſecundò deliquerit, tertia pars fructuum ſuorum Beneficiorum, quâ ipſo facto priuatus exiſtit, fabricę Eccleſię, aut pio loco, arbitrio Epiſcopi applicetur. *Prou. 6. tit. quæ ad cler. diſcip. §. ſi quem.*

2 Si ſecundæ monitioni non paruerit, omnibus fructibus priuatus, prędictis locis applicandis, ab ipſorum etiam adminiſtratione ſuſpendatur, & diſtributiones amittat. *ibid. §. ſi autem.*

3 Si

3 Si non reſipuerit, priuetur omnibus Beneficijs, & inhabilis ad quæcumquè Beneficia, & officia declaretur, excõmunicatione, & alijs pœnis plectatur. *ibid.* §. *Et ſi ità*.

4 Liberum ſit Epiſcopo monitiones has facere, tum in Viſitationibus, tũ alijs temporibus, interponẽdo tempus inter monitiones, arbitrio ſuo, & procedat quouiſmodo, remotâ omni exceptione, & appellatione. *ibid.* §. *liberum autem*.

5 Hæc eadem ſeruanda, etiam ſi quis Clericus, modò cum vna, modò cum alia impudica muliere deliquiſſe comprehendatur. *ib.* §. *hæc eadem.*

CLERI CONVENTVS.

1 Ad feſtos dies euocatus nè accedat, neq; diuinis interſit Clerus, niſi ſuperpelliceo mundo indutus. *Diæc.* 32. *cap.* 15: §. *in celebritate*.

2 Ad Archiepiſcopum conueniat Clerus Collegiatarum vrbis; Canonici die 2. Ianuarij. Parochi Vrbani, tertio die; reliqui de Clero, quarto, in ſacello Archiepiſcopali. *Diæc.* 2. *Decr.* 27. §. *primò*.

3 Præterea ijdem, & eodem ordine in hebdomada, quæ octauam Corporis Chriſti ſequitur; aliâ item hebdomadâ Aduentum Dominum proximè præcedente. *ibid.* §. *hebdomada præterea*.

4 Si dies feſtus incidat in eos dies, id poſtero feriali præſtent. *ibid.* §. *ſin autem*.

5 Vicarij Foranei conueniant coram Epiſcopo quotannis duodecimo die ante Dominicam Septuageſimę ſummo manè, niſi per litteras aliud ſignificetur. *Prouin.* 5. *tit. quæ ad ſynod.* §. *Vicarij autem*.

6 Antè diem prædicti conuentus, congregatio Parochorũ habeatur, à quibus Vicarij colligant quæ ij ſuggeſſerint deferenda. *Diæc.* 4. *Decr.* 46. & *Prou.* 5. *ibid.* §. *quo diligentius.*

7 Parochi verò antè hunc diem videant, & exquirant ſtatum Parochiarum, hominum mores, & vitam. *ibid.* §. *Parochorum*.

8 Quæ animaduerterint, & ſingillatim, & ordine deſcripta, ſuo quiquè Vicario tradant. *ibid.* §. *ſi quæ*.

9 A conuentu prædicto coram Epiſcopo redeuntes Vicarij, conuocent rurſus Parochos ſuos, & de ijs agant quæ monuerit Epiſcopus. *ibid.* §. *Vbi Mediolano* & *Prou.* 5. *ibid.* §. *vbi à conuentu*.

10 Præfecti Regionum vrbis poſtremò conueniant coram Archiepiſcopo eádẽ ratione, quâ ſupra. *ibid.* §. *conſtituti*.

11 Præ-

Digitized by Google

11 Præterea, feria 2. poſt octauam Paſchatis, ſi dies feſtus non eſt; aliàs, proximo primo die feriali, iiſdem Præfecti, & Vicarij Foranei iterum congregationes habeant, in quibus videant, ſi quæ inciderint poſt ſuperiores conuentus, & quę pro Synodo ſint referenda. *ibid.* §. *feria præterea*.

12 Si non habeatur Synodus, nè tamen omittantur, quę ſupra ſunt præſcripta. *ibid.* §. *ſin autem*.

13 Omnes Clerici inferioris ordinis conueniant coram Epiſcopo ſemel & iterum quotannis, eodem vocante, vt progreſſiones eorū cognoſcantur, tàm in litterarum ſtudijs, quàm in vitę ſpiritualis diſciplina. *Prou.* 2. *tit.* 2. *Decr.* 29.

14 Singulis menſibus congregationes fiant, quibus, non ſolùm curatores animarum, ſed etiam Sacerdotes omnes adſint. *Diæc.* 2. *Decr.* 24. §. *Non animarum*.

15 At ij, qui Parochi non ſunt, nè ſententiam ſuam dicant, niſi à Præſide rogati. *ibid.* §. *At illis*.

16 Quòd ſi Parochi liberiùs de cura animarum velint agere, reliqui deſcendant. *ib.* §. *Reliquis verò*.

17 Hoc Decreto non tenentur merè Canonici. *ibid.* §. *Hoc decreto*.

18 Pridiè diei, quo conueniant, peccata ſua confiteantur omnes. *Prou.* 1. *tit. de Vicar. foran.* §. *hi autem*.

19 Sub pæna interdicti à conuentu eâ vice, & nummi aurei diſtribuendi pauperibus Parochiæ, cuius Parochus deliquerit. *Diæc.* 2. *Decr.* 25.

20 Sequenti die, in ea Eccleſia, in qua coacti fuerint, Miſſam ſinguli celebrent. *Prou.* 1. *vt ſup. num.* 17. §. *Pridie*.

21 Tum vniuerſi Miſſam conuentualem pro Defunctis, vel de Spiritu Sancto ſolemniter canent, in qua eorum aliquis à Vicario priùs admonitus, concionem ad populum habeat. *ibid.* §. *tum vniuerſi*.

22 Finitis ſacris, & habitâ proceſſione circa cæmeterium, orationibuſquè conſuetis, in domo Rectoris illius Eccleſiæ, vnico tantùm ferculo contenti cibum capiant. *ibid.* §. *confectis*.

23 Ferculum erit vno ſolùmmodo conditum, quod oua tantummodò tria capiet, aut vncias carnis ſeptem, quæ nō ſint ex pullis gallinaceis, vel ex volatilium, ferarumvè genere. *Diæc.* 32. *cap.* 15. §. *Apparatus*.

24 Idem in Quadrageſima obſeruetur, & illud obſonium, quod apponetur, non ſit precioſum

Digitized by Google

cioſum, nequè paratum ad gulæ delicias. *ibid.*

25 Cibus pariter iurulentus, erit vnus tantùm,fructuumq; duo genera, præter lacticinium. *ibid.*

26 Multiplicis quoq; vini vſus omninò prohibetur; vnius rubei, alterius albi ad ſummum adhibeatur. *ibid.*

27 Antè Menſæ benedictionem, & à prandio omnis comeſſatio, & compotatio ità vetatur, vt puniri debeat, qui contrafecerit. *ibid.*

28 Menſura vini certa, omninò ſtatuatur. *ib.* §. *vt autem.*

29 Conferant deindè inter ſe, quæ ad curam animarũ pertinent, & conſulant de difficultatibus, Parochiarũ. *Prou.* 1. *vtſup.* §. *deindè conferant.*

30 Tum agatur de conſcientiæ caſibus; legatur item aliquid de Decretis Prouincialibus, ſeu Diœceſanis. *ibid.* §. *ijdem autem.*

31 Fiat inquiſitio de moribus Presbyterorum, cultu diuino, executione Decretorum. *ib.* §. *præcipuè.*

32 Nè Sacerdotum conuentus fiat in feſtis diebus de præcepto; neq; in ijs, quorum præcipua celebritas in locis agitur, vbi is conuentus ijs ipſis diebus futurus eſſet. *Prou.* 2. *tit.* 2. *dec.* 30. §. *ne Sacerdotum.*

33 Omitti quoq; poſſunt menſibus Decembri, & Ianuario. *Prou.* 4.

34 Parochus Eccleſiæ, in qua eiuſmodi Congregatio futura eſt, die Dominico illam proximè antecedente, populo ſignificet, vt adſit in Eccleſia. *Prou.* 2. *tit.* 2. *decr.* 30. §. *Parochus verò.*

35 Et Indulgentia 40. dierum intereſſentibus, à Conc. Prou. 1. conceſſa, publicetur quo die Miſſa illius Congregationis celebratur. *Prou.* 6. *tit. quæ ad ſyn. & Cong. ſyn. pert.* §. *Indulgentia.*

36 Quæſtionum explicationes litteris conſignatæ, à Vicarijs Foraneis mittantur ad Epiſcopum, cuius iudicio comprobatæ in codicem referantur, qui ſit apud Vicarium Foraneum. *Prou.* 2. *vtſup. ibid.* §. *quæ verò.*

37 In feſtorum celebritate, vel exequiarum cauſa, ijs, qui ex Vicarij Foranei facultate cõuenerint, conuiuas eſſe Parocho in menſa licebit; modò nè ſit cum eis laicus homo, frugaliſq; ſit menſa, & cum ſacra lectione coniuncta. *Diœc.* 2. *decret.* 30.

38 Non plures ab alijs Eccleſijs erunt euocandi, quàm quatuor, aut ſex ad ſummum; niſi fortè pro amplitudine

Digitized by Google

Eccleſiæ pluribus Sacerdotibus opus erit. *Diæc. 32. cap.* 15. §. *in celebritate Prou.* 1.

39 Non vltrà ſexdecim in Diœceſi, & vrbe, enumeratis ijs, qui eidem Eccleſiæ, vbi ſit celebritas, miniſtrare ſolent. *Diæc.* 4. *decr.* 22. §. *quoniam.*

40 Et niſi maior numer⁹ ex fundatione, vel ex legato ſit præſcriptus. *ibid.* §. *id autem.*

41 Vocati, omnes in Choro ſuperpelliceo mundo ſint induti. *ibid.* §. *illi verò.*

42 Quicumquè, & qui præter dictum numerum aliquem adſciuerit, & qui non vocatus acceſſerit, & qui admiſerit, puniatur. *ibid.* §. *quicunq;*

43 Laicus chriſtianę pietatis ſtudioſus admitti poteſt ad menſam. *Prou.* 2, *tit.* 2. *decr.* 33. §. *quoniam*,

44 Qui à frugalis menſæ regula diſceſſerit, puniatur. *Diæc.* 4, *ibid.* §. *qui Sacerdos.*

45 Et item qui fercula apparauerit, licèt ea non apponantur. *ibid.* §. *hæc verò pœna.*

46 Eademq; regula ſit in menſa, ac in Congregationibus foraneis, de quibus ſupra. *Diæc.* 32. *cap.* 15.

47 Refectio matutina cum cœna vbiquè locorum prohibetur. *ibid.* §. *eo die*,

48 In vrbe non detur matutina, nec in Diœceſi ijs, qui eo loci manent. *ibid.* §. *eo die.*

49 Loco conuiuiorum, & prandiorum in vrbe, detur aliquid honeſtæ mercedis, ſeu eleemoſynæ. *Diæc.* 4. *decret.* 22. §. *conuiuia.*

50 Quæ de ferculorum numero decreta ſunt, ea ſeruentur, ita vt, etiamſi vel vniuerſitatis, vel cuiuis alij pacto, conſuetúdine vè, aut vltimâ quauis voluntate, certis quibuſdam diebus cibum à Sacerdotibus parari oporteat, in eo ab illa decreti ratione nè vllo modo diſcedatur, neq; ſacra lectio in menſa deſit. *Prou.* 2. *tit.* 2. *decret.* 33. §. *quod verò.*

51 Pro negotijs vniuerſæ Diœceſis, in Synodo Diœceſana eligantur Clerici de ijs, qui extra vrbem ſunt, vt cum Clero vrbano Congregationibus interſint; ideoquè & monendi erunt, vt in tēpore adſint; aliàs, quicquid actum erit, detrimento nè ſit externo Clero. *Prou.* 1. *tit. quæ pert. ad bon. & iur. Eccl. ad conſer.* §. *quia contingit.*

CLERICALIS habitus.

1 Communis Clericorum habitus ſit toga, quæ non manicis oblongis ſit, neq; amplis ſed breuibus, & ad manum vſquè non admodùm anguſtè porrectis, ijſquè ab vtroq; hu-

humero paulò latioribus. *Diæc. 4. decr. 19. §. Reliquus autem clerus.*

2 Si qui ſunt aliquo gradu ornati, veſtem induant gradui congruentem. *ibid. §. in quib.*

3 Pallium, quod ferraroluim vocant, nè ſumant, niſi per pluuias, nec à collo plus duobus digitis emineat; neq; eo, ſinè talari tunica, vel toga vtantur. *Prou. 1. tit. de Cleric. veſt. §. pallium.*

4 Si iter faciendum eſt, breuiore habitu liceat vti, ſed ſimplici, cum dignitate Ordinis. *ib. §. veruntamen.*

5 Toga, quod mantellum vocant, aut æquetur cum tunicæ longitudine; aut nemini permittatur, niſi ſit ex numero Prælatorũ, quibus id conuenit. *ibid. §. toga verò.*

6 Abbates, Referendarij, & Prothonotarij vti poſſunt mantello breuiori. *Prou. 2. tit. 2. decr. 31.*

7 Canonicis Cathedralium, Præpoſitis, & alijs Eccleſiaſticâ, ſeù Doctoratus dignitate præditis conceditur mãtellum longitudine æquale togæ. *ib. decr. 31.*

8 Pileo vtantur, non militari, neque turbinis formam referente. *Diæc. 2. decr. 29. §. cum autem.*

9 Reticulum, aut ſubbiretum nè ferant; ſinè neceſſitate. *Prou. 1. vtſup. §. Reticulum.*

10 Camiſas ad collum, & ad manus criſpas, & artificiosè elaboratas reijciant. *ibid. §. camiſas.*

11 Collare ſimplex, ac modicè latum honeſtè reclinetur. *ib. §. colare.*

12 Vt nè ab extrema quidem anteriori parte quaſi roſtratum promineat. *Diæc. 4. decr. 19. §. quod de colari.*

13 Interularum manicis ad manum reflexis non vtantur. *ib. §. nec interularum.*

14 Turgidis caligis, & diſſectis abſtineant. *Prou. 1. vtſup. §. Turgidis caligis.*

15 Cingula ſerico, retisvè inſtar contexta, aut è corio cõfecta non adhibeant, nequè cingulis ſudariola appẽdant. *Diæc. 4. vtſup. §. neq; cingula.*

16 Calceos, & crepidas ad elegantiam non incidant. *Prou. 1. vtſup. §. calceos.*

17 Torques, armillas, ac monilia reſpuant: annulum non geſtent, niſi quibus propter officij munus, aut honoris gradum ſit iure conceſſus. *ibid. §. torques.*

18 Vnico annulo, nec magni pretij contenti ſint. *ibid. §. annullum.*

19 Colore nigro, non ſerico, ſed laneo in veſtibus vtantur. *ib.*

§. *in omni veſtitu.*

20 Neq; exquiſita nimis cultus elegantia in habitu, neq; minùs abiecta negligentia appareat. *ibid.* §. *ne in habitu.*

21 Veſtes, quas domi induunt, non colore, neq; vlla ſpecie à clericali modeſtia diſcrepent. *Diæc.* 4. *decr.* 19. §. *Veſtes, quas domi.*

22 Clericali tonſurâ ſint inſigniti, ad formam ab Epiſcopo præſcribendam, & conſpicua ſit, abraſo capillo. *Prou.* 1. *vt ſup.* §. *Presbyteri.*

23 Clericorum minorum Ordinum tonſuræ forma, in orbē ducta, latè pateat vncijs duabus. *Prou.* 5. *tit. quæ ad cler. hon.* §. *Sacerdotalis.*

24 Subdiaconalis aliquantò anguſtior Diaconali: hæc, tribus vncijs; Sacerdotalis quatuor. *ibid.* §. *Diaconalis,* §. *Subdiaconalis.*

25 Comam, & barbam nè ſtudioſè nutriant. *Prou.* 1. *vt ſup.* §. *Comam.*

26 Barbam ſuperiore labro ità recîdant, vt pili in ſacrificio Miſſę ſacramenta ſumentem non impediant. *ib.* §. *Barba.*

27 Barbam radat vnuſquiſque Clericus, & Sacerdos, quocumq; gradu ſit ille, *Diæc.* 5. *decr.* 4.

28 In morte propinquorum, lugubres veſtes more laicorum nè induant. *Prou.* 5. *tit. quæ ad cler. ſyn. pert.* §. *Clericus.*

29 Nemo clericalem habitum ſumat ſinè licētia in ſcriptis. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ part. ad ordin. ſac. par. ad Cler. hon. per.* §. *Ne cuiquam.*

30 Proprium ſuperpelliceum ſinguli habeant. *Prou.* 4. *tit. de vit. & hon. cler.* §. *ſinguli autem.*

31 Non lacerum, nequè ſordidum, neq; nimis elaboratū, præſertim in humeris. *ibid.* & *Diæc.* 4. *decret.* 19. §. *ſuperpelliceis.*

32 Superpelliceo non vtatur Clericus, niſi in Eccleſia, & cum Eccleſiaſticum munus, & officium obit, quod illud indumentum requirat. *Diæc.* 3. *decret.* 10.

33 Quibus rochetto vti licet, id eiuſmodi ſit, in quo affectata elegantia non oſtentetur. *Diæc.* 4. *decret.* 19. §. *quibus autē.*

34 Superpelliceo induti, neq; præ foribus Eccleſiæ ſtent, neq; per vias incedant. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ pert. ad ord. ſac.* §. *ne Sacerdos, neuè Cler.*

35 Præpoſiti vrbani, & ij Diœceſani, quorum Præpoſituræ capita ſunt Plebis, in Eccleſiaſticis functionibus cappâ ſemper vtantur nigri coloris, tenui panno confectâ, quem ſaiam vocant, niſi aliud ſit conceſſum à Sede Apoſtol.

Diæc.

Digitized by Google

Diæc. 4. decr. 19. §. Præpoſiti.

36 Per hyemem, cappâ cum pelle doſſia; per æſtatem cum ſerico violaceo. *ibid. §. Circum amicta.*

37 Cum illam induunt, Rochetto vti poſſunt. *ibid. §. cum autem.*

38 Alio tempore non vtantur Rochetto. *ibid.*

39 Cappam Præpoſiti vrbani non geſtent, niſi in ſuis Eccleſijs, & foris, cum Collegiatim procedunt. *ib. §. quam cappam.*

40 Diœceſani quoq; in ſuis tantum Plebibus. *ibid. §. quam cappam.*

41 Præpoſitus quoque ille, qui non habet Canonicos reſidentes, & incedit cum clero loci. *Diæc. 11. Mon. ex decr. quæ ad Paroch. §. Præpoſitus.*

42 Item, ſi clerus non adſit, cum populo ſuo procedens, & agens quod ageret præſente clero; & quando cum capitulo Parochorum, & Clero ſuæ Plebis aliquam functionẽ exequitur. *ibid. §. At verò.*

43 Veſtis viatoria breuior concedi poteſt à Vicario Foraneo ob locorum diſtantiam, cum ad funera euocatur clerus. *ibid. tit. Non. ex decr. quæ ad ſac. & ſac. per. §. liceat tamen.*

44 Cum in Eccleſia verſantur, quo tempore ſuperpelliceũ induere non debent, nè ſint Clerici ſinè toga exteriori, nequè ſinè ea in Diœceſanis locis prodeant, niſi ratio itineris, eiuſdem difficultas, aut longitudo aliter ſuadeat. Equo autem iter facientes, nè ſint ſinè veſte viatoria exteriori ſuccintâ interiori tunicâ, aut aliâ contractiori decenter adhibitâ. *Diæc. 4. decr. 19. §. cum in Eccleſia. §. ſi quò. Prou. 4. tit. de vit. & boneſt. cler. §. Veſtes.*

CODEX.

V. Liber.

1 Omnes Curati, quicunquè ij ſint, ſub pœna 15. aureorum, ſingulis vicibus incurrenda, peracto Baptiſmo, vel Matrimonio, ſtatim referant in Codices Parochiales Baptiſmata, & Matrimonia: & codices ſeruent in Sacriſtia, in armario incluſos vnâ, vel pluribus clauibus. Tempore autem alicuius vacationis, Vicarij in Diœceſi, & Præfecti in ciuitate illas cuſtodiant, & ſucceſſori conſignent. *Syn. Diæc. 34. c. 2.*

2 Sub pœna quindecim aureorum parent, & aſſeruent Vicarij Foranei librum mulctarum, in quo diligenter, & diſtinctè adnotentur. *ib. c. 6.*

COE-

COEMETERIA.
V. Sepulchra.

1 Reſtituatur mos ſepeliendi mortuos in cæmeterijs. *Prou. 1. tit. de ſepult. §. Monemus. Diœc. 22. tit. de ſepult.*

2 Tutò clauſa ſint, & in eorum ingreſſu crata ferrea, vel lignea apponatur, vt brutis impediatur acceſſus. *Prou. 4. tit. de cæmit. Viſit. Apoſt. tit. cæmet. §. tutò.*

3 Vites, arbores omnes fructiferæ extirpentur, herbæ, ſtirpes conuellantur. *ibid. tit. de ornat. nit. decor. ſac. loc. §. ex cæmeterijs.*

4 Nihil ibi cōſeratur, nec verò ſeratur; nequè fœnum ex his ſuccidatur, neuè herba vireſcens, quæ beſtijs detur. *ibid. §. neuè impoſt. §. nè fænum.*

5 Stabula iumentorum procul indè ſint. *ibid. §. ſtabula.*

6 Neq; lignorum ſtrues ibi fiat; neq; tigna congerantur, neq; lapidum aceruus. *ibid. §. in ijſdem.*

7 Nè campanæ in ijs conflentur, nequè aliud fabrile fiat. *ibid. de prof. vſ. toll. §. nè campana.*

8 Nè frumentum ibi ventiletur, nequè tritura fiat: ne palea, frumenta, fruges expandantur, nequè telæ, panni vè Soli exponantur; nequè mulieres colo neant, neq; ſuant, nequè aliud opus. *ibid. tit. de prof. vſ. à ſacr. loc toll. §. Ne in cæmeterio.*

9 Nihil venale proponatur ibi. *Prou. 4. tit. de prof. vſ. à ſac. loc. toll. §. nè item. Prou. 1. tit. de Eccleſ. &*

10 Quicquid profani in ijs reperietur, Vicarij Foranei iudicio pauperibus loci diuidatur. *Viſ. Apoſt. tit. de cæmeteria. §. decernitur.*

11 Quæ à fronte ſunt Eccleſiæ, ſepiātur parietibus altis cub. 3. vncijs 8. quæ à latere, parietibus altioribus, vt proſpectus è via tollatur. *Diæc. 11. tit. Mon. ex. decr. quæ ad dies feſt. & ſac. temp. §. quæ cæmeteria.*

12 In medio eorū crux firmiter erecta ſit, & conuenienti tegumento operiatur. *Prou. 4. tit. de cæmeter.*

13 Claues campeſtrum, & ruralium cœmeteriorum à Parocho teneantur, niſi alij committantur ab Ordinario. *Viſit. Apoſt. vtſup. §. campeſtrium.*

14 Profanatio cœmeteriorum, vt Eccleſiarum fiat. *Prou. 4. tit. de rat. adhib. in alt. & Eccl. prof. §. Altaris item.*

CONCILIVM
Prouinciale.

1 Concilia Prouincialia ſunt à Capitulis Cathedralium, & Collegiatarum obſeruanda. *Prou.*

Prou. 4. tit. quæ pert. ad capit. §. *quorum.*

2 Certum tempus ſtatuatur ab Epiſcopo, quo ea legantur Canonicis, Parochis, & alijs Clericis. *Prou. 3. tit. vt ſup.* §. *Epiſcopus igitur.*

3 Feria quinta, quæ à Paſcha Reſurrectonis Domini ſub tertiam Dominicam cadit, in Metropolitana Eccleſia habeatur. *Prou. 4. tit. de Conc. Prou.* §. *primò.*

4 Poſſit hanc diem mutare ex cauſa Metropolitanus, modò intra triennium Concil. Prouinc. ſemel celebret. *ibid.* §. *Hoc autem.*

5 Impedito Metropolitano, poſſit conuocare Conciliũ per Coepiſcopum antiquiorum. *ib.* §. *nequè rurſus.*

6 Statâ die Concilij, quæ abſq; alia litterarum ſignificatione, edictivè promulgatione, rata, & firma ſit, ſub pœnis canonum iure ſancitis, omnes, qui debent intereſſe, preſentes ſint Mediolani in Eccleſia Metropolitana. *ibid.* §. *eius autem* §. *quamobrem.*

7 Indicto Conc. Prouinciali futuro, in tota Prouincia, quintâ quâq; feria Miſſa de Spiritu Sancto in omnibus etiam Parochialibus celebretur; in Cathedralibus, & Collegiatis proceſſiones in Dominicis obeantur. *Prou. 2. tit. 2. decret. 8.*

8 Vel ſaltem fiat de Spiritu Sãcto commemoratio. *Prou. 4. tit. de Prou. ſynod.* §. *ab eadem tertia.*

9 Epiſcopi ipſi adſint, vel impediti legitimè, iudicio Metropolitani, Procuratorem mittant. *ibid. & Prou. 5. tit. quæ ad Synodum* §. *ſi quando.*

10 Interſint & alij qui debent, non verò per alios niſi legitimè impediti, quod impedimentũ Metropolitano probent; & eo caſu Eccleſiaſticũ hominem procuratorẽ mittant, qui ſuo nomine ſuſcipiat quid quid in Concilio ſancitum erit, qui verò contumax fuerit, ex canonum iure pænas luat. *Prou. 4. ibid.* §. *quicunq;* §. *eam porrò.*

11 Contra eum, qui adeſſe neglexerit agatur etiam edicto publico, Metropolitanæ, aut alterius Eccleſiæ valuis affigendo. *ibid.* §. *quicunq;*

12 Stata dies, & locus Concilij in Kalẽdario referatur, quod tertio quoq; anno edi ſolet, & dies conciliaris notetur Kal. Ianuar., aut in Epiphania, & intra Miſſarum ſolemnia vnâ cum cæteris ſolemnitatibus populo euulgetur. *ibid.* §. *vt verò.*

13 Duobus ante menſibus ipſa dies

dies ſignificetur populo, affixâ ſchedulâ grandiuſculis his litteris valuis Metropolitanæ. Concilium Prouinciale Mediol. per Reuerendiſs. Archiep., Decreto edito, & promulgato, indictum, & conuocatum hoc anno, die &c. Menſis &c. Deo Adiuuante in Metrop. Eccleſ. de more inchoabitur, & celebrabitur. *ibid.* §. *iubeat*.

14 Subſcribatur nomine Cancellarij, & ſignetur ſigno Archiep. hæc ſchedula. *ibid.* §. *cui ſchedulæ*.

15 Inuitantur Capitula Cathedralium, & ijs licet mittere procuratores, qui adſint, & referenda in Concilio exponant. *ibid. Prou. 4. tit. de Concil. Prou.* §. *ad conſtitutum etiam*.

16 Dominico die antè initium Concilij, omnes communicent, & orent aſſiduè. *Prou. 4. ibid.* §. *Conciliarem*.

17 Singulis diebus à Dominica tertia antè diem Concilij dicatur collecta de Spiritu Sancto, vſq; ad Concilij finem. *Prou. 6. tit. de Concil. Prou.* §. *quod Concilio*.

18 Quilibet Epiſcopus interea; de conſenſu ſuorum peritiorum, materiam inſtruat pro Concilio. *Prou. 4. vt ſup.* §. *quo ſtudioſius*.

19 Inquirant Epiſcopi cum cõuenire debent; an exequuti ſint Concil. Trid. & Prouinc. decreta; ab alijs, quæ præſtita, quæ non; an qui tenentur reſidentiæ, reſideant, & per ſe; an regulares, quæ de eis ſancita ſunt in Conc. Trid. in defectum Capitulorum generalium, in Concilio Prouinciali ſupplenda; an aliqua decreta prouincialia executionem non habeant in ſua Diœceſi; an deniq; ſint abuſus tollendi, controuerſiæ componendæ, & Chriſtianâ morum gubernatione, vel reſtituenda, vel inſtituenda in Concilio Prou. *ibid.* §. *quo autem ad* §. *quò ſtudioſius*.

20 In Concilio referat Epiſcopus in ordine hæc. De cleri diſciplina, eiuſq; progreſſionibus; de ſeminarij inſtituti rationibus; de populi pietate; de pijs ſodalitibus; de ſuæ Eccleſiæ deniq; & Diœceſis ſtatu, *ib.* §. *ijs omnibus*.

21 Qui ab Epiſcopo Eccleſiaſtici homines ad Concilium conducuntur, & quos miſerint; teſtes idem ſynodales, antequam viæ ſe committant, confiteantur, & Sacerdotes, Miſſam: alij, communionem faciant; Epiſcopus verò eo tempore frequentiùs precibus inſtet. *ib.* §. *Eccleſiaſtici.* §. *porrò*.

22 Le-

Digitized by Google

22 Legantur in Concilio regulæ oecumenicis Concilijs, & Eccleſiaſticę diſciplinę monimētis traditæ, maximè cōſtitutio de vita Epiſcoporū in primo Prou. Conc. edita; & altera in quarto promulgata; formulæ item promiſſionum, & ſi quæ alia Metropolitanus iudicarit. *ibid.* §. *Canonicæ*.

23 Duobus ſaltem comitatus, Diacono, & Subdiacono accedat. *Prou. 6. ibid.* §. *quod antiquæ*.

24 Obuiam eant Epiſcopo Vicarius Generalis, Prælati, & alij, quos mittet Archiepiſcopus, per duo, aut tria milliaria. *ibid.* §. *Epiſcopo*.

25 Cum ingreditur, mulá vectus, decore, non recuſet rogatu, & conceſſu Archiepiſcopi in via populo benedicere. *ibidem* §. *vrbem, locumuè*.

26 Ad Baſilicam maiorem eat, oret, obuios in porta habeat Canonicos, & Clericos eiuſdem. *ibid.* §. *primò vrbem*.

27 Si occupati ſint in Choro, duo, quatuorvè illi obuiam eant. *ib.* §. *quod ſi fortaſſe*.

28 Campanæ pulſentur, cum organo, niſi celebrentur diuina officia. *ibid.* §. *dum atrium*.

29 Indè ad Metropolitanum veniat, qui obuiam procedens Epiſcopum benignè excipiat. *ibid.* §. *inde à Baſilica*.

30 Paulò antè Concilium inſtituatur oratio 40. horarum in Metropolitana. *Prou. 4. ibid.* §. *in Eccleſia verò*.

31 Oratio ſinè intermiſſione curetur à Regularibus, & Monialibus. *Prouin. 6. vt ſup.* §. *cum verò*.

32 In tota Diœceſi, & Prouincia idem fiat. *ibid.* §. *idem in tota*.

33 Congregationes generales, quæ ſtatæ in ſingulas hebdomadas habebuntur, ſignificentur, tum campanâ, tum ſchedulis affixis. *Prou. 4. ibid.* §. *Congreg. Generales*.

34 In his Archiepiſcopis ſtolam rubeam induat ſupra Mozettam. *Prou. 7.*

35 Ieiunium celebrent Epiſcopi cum ſuis familijs pridiè diei Concilij. *Prou. 4. ib.* §. *pridiè*.

36 Veſperi Campanæ pulſentur, quod item fiat pridiè cuiuſq; ſeſſionis. *ibid.* §. *eodē die*.

37 Die ipsâ Concilij celebrent Miſſam Epiſcopi, & Sacerdotes omnes: reliqui communicent, & præſertim familiares Epiſcoporum de manu ipſorū. *ibid.* §. *poſtridiè*.

38 In prima ſeſſione Proceſſio fit ſolemnis, conuocato toto Clero, etiam Regulari. *ibid.* §. *in primæ*.

39 Sermo latinus ab Archiepi-

piſcopo habeatur. *ibid.*

40 In alijs ſeſſionibus Miſſa, & ſermo ab alio Epiſcopo, qui à Metropolitano electus erit. *ibid.* §. *hoc autem.*

41 Diebus feſtis manè ſaltem conciliares actiones omittantur, vt Epiſcopi diuinis Officijs vacent. *ib.* §. *ſingulis Dominicis.*

42 Decreto promulgato de Cõcilij initio, cantetur Te Deũ. *Prou. 6. vt ſup.* §. *vbi primum.*

43 Feſtis diebus ſolemni ritu Miſſa ab aliquo Epiſcopo celebretur, & ab eodẽ, vel alio Epiſcopo habeatur concio ad populum, præſentibus alijs Epiſcopis. *ib.* §. *ſingulis feſtis.*

44 Ad veſperas itẽ conueniant, & interſint ſacræ tractationi, quam Metropolitanus, vel alius Epiſcopi iuſſu habuerit. *ibid.* §. *feſto item.*

45 Populus quoq; in ſupplicationibus adeat Eccleſias inſigniores, & audiat quotidiè, vel ſaltem tribus ferijs conciones in Metropolitana. *ib.* §. *quo tempore.*

46 Pro familiaribus Epiſcoporum, Theologus Metropolitanæ, ſeù alius explicet Pſalmos, vel alios ſacros libros, quo tempore Congregationes Epiſcoporum habentur. *ibid.* §. *vt autem.*

47 Nullus Epiſcopus diſcedat ſinè cauſa, & ſinè licentia; & eo caſu Procuratorem Eccleſiaſticum relinquat. *Prou. 4. vt ſup.* §. *à concilio autem.*

48 Comprobatis decretis in ſeſſione Chorus canat: Te Deum. *Prou. 6. vt ſup.* §. *Vbi primùm.*

49 Antequàm dimittatur Concilium, legantur Decr. Conc. Triden. & alia, quæ ad mores attinent Epiſcoporum, & ex Pontificali promiſſiones factę in eorum conſecratione. *Prou. 4. vt ſup.* §. *antequam à concil.*

50 Epiſcopi, ordine accedentes ad Altare maius, in vltima ſeſſione, aſſentiendo ſubſcribant poſt Metropolitanum. *ibid.* §. *Epiſcopi antequam.*

51 Idem pręſtent Procuratores, antequam abeant. *ibid.* §. *vnuſquiſq;*

52 Si non fecerint, excommunicationem incurrant. *ibid.*

53 Poſtridiè illius diei, quo vltima ſeſſio habita eſt, Miſſa ſolemnis fiat ab aliquo Epiſcopo pro defunctis Epiſcopis cum oratione latina, & abſolutione ſolemni 4. iuniorum Epiſcoporum. *Prou. 5. tit. quæ ad diuin. off. pert.* §. *poſtridiè.*

54 In vltima Concilij ſeſſione denuncietur dies futuri Concilij. *Prou. 4. ibid.*

55 Abſoluto Concilio, Epiſcopi accipiant oſculum à Metropolitano. *ibid.*

56 Quæ ad Concilij Prouincialis habendi vim, vſum, & rationem pertinent, in omni Concilio impoſterum celebrando vim habeant. *ibid.* §. *quæcunq;*

57 In diſceſſu Epiſcoporum, paulò antè, quiſquè eat in Eccleſiam Metropol. oraturus. *Prou.* 6. *ibid.* §. *è Concilio.*

CONCIO.

1 In Parochialibus Eccleſijs, ſaltem Dominicis, & feſtis diebus ſolemnibus, tempore Quadrageſimæ, & Aduentus, quotidiè, vel ijs ſaltem diebus, quibus Epiſcopus iuſſerit, Parochus oues ſibi commiſſas verbo Dei paſcat. *Prou.* 1. *tit. de Prædicatione verbi Dei.* §. *Apoſtoli.*

2 Minùs periti, Homilias, vel ſermones latinos bonorum auctorum in vulgarem linguam conuerſos, aut memoriter, aut de ſcripto pronuncient. *ibid.*

3 Vel eorum vices gerant eorundem impensâ alij delecti ab Ordinario. *ibid. & Pro.* 4. *tit. de verbi Dei prædicat.* §. *Parochis non idoneis.*

4 In Diœceſi, præter Curatos, diſtribuantur tam multi cōcionatores, vt in curatis Eccleſijs, quæ in frequentioribus locis ſunt ſitæ, & alijs non curatis, intrà menſis cuiuſquè ſpatium, ſemel ſaltem in aliquo die feſto verbum Dei prædicetur. *ib. Pro. tit. vt ſup.* §. *extra vrbem.*

5 Hoſpitio recipiantur ab incolis loci, ſuppeditato victu, & datâ eleemoſynâ aliquâ ex fructibus beneficiorum; vel etiam largitione laicorum, ſi beneficia tenuiora ſunt, iudicio Ordinarij. *ibid.*

6 Si qui concionatores mittantur in auxilium Parochorum, non propterea hi deſiſtant, ſed poſt Veſperas ſuam concionem habeant. *Diœc.* 11. *tit. de ijs, quæ ad fid. tuen. ſtud. pert.* §. *ſi qui autem Concionat.*

7 Parochi concionentur ſaltem in feſtis: in Quadrageſima, in ferijs etiam quartâ, & ſextâ: in Aduentu, ſaltem feriâ ſextâ. *ibid.* §. *id ità præſtetur.*

8 Manè in prædictis fiat concio. *ibid.* §. *quod concionandi.*

9 Noctu numquàm. *Pro.* 1. *tit. vt ſup.* §. *ſacra concio.*

10 Antè ſolemnes proceſſiones, Iubileum, & ſimilia, habeatur concio ad populum de iiſdem. *Prou.* 3. *tit. quæ ad concionatores.* § . *itidem.*

11 Et in ferijs etiam quatuor

temporum. *Prou. 4. tit. de ſacris 4. temp. §. ſacra quatuor.*

12 Intra Miſſarum conuentualium ſolemnia poſt Euangelium fiat concio, etiam à Regularibus; quòd procurent in vrbe Vicarius Generalis, in Diœceſi Vic. Foranei. *Diœc. 11. ibid. §. de concione intra Miſſæ ſolem.*

13 Miſſa tamen ità in tempore celebretur, vt ad concionem frequens populus adeſſe queat. *ibid.*

14 Concio de laudibus Defuncti habeatur poſt Miſſam de licentia Epiſcopi. *Prou. 4. vt ſup. §. curent Epiſcopi.*

15 Et hæc numquam domi defuncti. *ibid.*

16 Dum habetur, nequè Miſſæ, nequè Horæ canonicæ, nec ſubmiſsâ voce dicantur. *Pro. 1. tit. vtſup. §. dum habetur.*

17 Nequè Sacramentum Baptiſmi miniſtretur. *Diœc. 3. decret. 2.*

18 Interſint concioni Eccleſiaſtici omnes, qui de gremio Eccleſiæ ſunt, in qua habetur concio. *Prou. 1. tit. vtſup. §. Epiſcopi* in habitu chorali. *Prou. 4. tit. de prædic. ver. Dei. §. Canonici, & alij.*

19 Sub pœna arbitrio Epiſcopi. *Prou. 2. tit. 2. decret. 27.*

20 Loca virorum, ac mulierum diſtinguantur, adhibitis idoneis viris. *Pro. 1. vtſup. §. concionis audiendæ.*

21 In Quadrageſima claudantur officinæ concionis tempore. *Prou. 5. tit. quæ ad dies feſtos. §. quamobrem.*

22 Concionante Parocho, nemo diſcedat; & contemptu, ſeu contumaciâ aliquorum perſeuerante, Epiſcopus in eos aduertat. *Prouin. 3. tit. vtſup. §. quoniam Parocho, & §. quòd ſi.*

CONCIONATOR.

1 Epiſcopi ſit, abrogatis quibuſcumquè contrarijs conſuetudinibus, & priuilegijs, in Cathedrali, & in Eccleſijs ſibi ſubiectis, etiam in exemptis Parochialibus concionatorem liberè deligere, & conſtituere. *Prou. 5. tit. quæ ad prædicat. verb. Dei, & Doct. Chriſ. §. Epiſcopi ſolum.*

2 Idemq; ad eum ſpectet in Regularium etiam Eccleſijs, vbi pro maiore commoditate, conſuetudinis, moriſq; eſt, populi, vniuerſitatiſvè, aut pij loci, Scholæ, aut Confratriæ, etiam laicalis, ſumptibus, vel eleemoſynis collectis, vel legato pio, quotannis certo ſtato tempore, permiſſu Epiſcopi concionem haberi. *ibid. §. idemq; ad eum ſpectet.*

3 Nec verò illius deligendi, con-

conſtituendivè ius vllum competat, neq; ipſis Regularibus, etiam per turnum, neq; vniuerſitati, neq; Magiſtratui, neq; loci pij adminiſtratoribus, neq; alijs, etiamſi ei eleemoſyna è publico, aliovè modo ſuppeditetur. *ibid.* §. *nec verò illius*.

4 Neq; in Monaſterijs, & locis, vbi Regulares ſpiritualem, & temporalem iuriſdictionem habent, aliquis Eccleſiaſticus, etiamſi exemptus, munus prædicationis obeat, niſi ab Epiſcopo eius Diœceſis, in quo ea Monaſteria, locavè ſunt, approbatus. *Prou.6. tit. quæ ad concion.* §. *Ne in Monaſterijs*.

5 Regulares verò, de eorum Superiorum licentia prædicaturi in proprijs Eccleſijs, nè priùs id faciant, quàm ſe perſonaliter præſentent Epiſcopo benedictionem accepturi, ſinè qua, aut contradicente Epiſcopo, nè præſumant prędicare, ſub pœna cenſurarum ſancitarum in contumaces. *ibid.* §. *Nè in Monaſterijs*.

6 Concionator in vrbe, ſinè ſcripta Epiſcopi facultate; in Diœceſi, ſinè Vicarij Foranei, nè collectam pecuniæ inter concionandum proponat. Poſſit ſinè his id præſtare in ſuis Eccleſijs. *ib.* §. *concionator*.

7 Quæ eleemoſyna nihilominus perſoluatur ab ijs, qui ſolent, omni appellatione poſtpoſitâ, cogente eos Epiſcopo. *ibid.* §. *nec verò*.

8 Etiam ſub interdicti pœna. *Prou.4. tit. de verbi Dei prædicatione.* §. *populus, & vniuerſitas*.

9 Ne admittatur Concionator ab Epiſcopo, niſi vel examine, vel aliâ ratione, arbitrio ſuo, illius ſcientiam probarit, etiamſi Regularis ſit, prædicaturus in aliena Eccleſia. *Prou. 5. tit. vt ſup.* §. *nemini autem. Prou. 7. tit. de prædic. verb. Dei*.

10 Qui per ambitum quæſiuiſſe locum concionandi deprehenſus fuerit, in eo loco nè concionetur. *Prou. 7. tit. de prædic. diuini verb.* §. *Regulares, qui*.

11 Concionatores quicunquè antè, & poſt cōcionem Quadrageſimæ adeant ipſimet Epiſcopum. *ibid.*

12 Librum inſtructionum de prædicatione verbi Dei, tàm Parochi, quàm alij concionatores apud ſe habeant. *Diœc. 11. tit. de ijs, quæ ad fid. tuen. ſtud.* §. *librum inſtructionū*.

13 Ad hoc præſtandum hortandi Regulares, etiam cum in ſuis Eccleſijs prædicant, & impediti, per litteras, quid fru-

fructus præſtiterint ſignificent. *Prou. 7.ibid.*

14 Parochi,& Vicarij nè admittant Regulares ad concionandum in alijs, quā in proprijs Eccleſijs ſinè ſcripta Epiſcopi facultate. *ibid.*

15 Parochi, diebus præcipuè feſtis nè omittant concionē ad populum ſuum habere eo prætextu, quòd in alijs vrbis Eccleſijs concionem audire poſſit. *ibid.*

16 Mittat Epiſcopus concionatores per annum ſtatis certis temporibus ijs, qui ſaltus, montes,valles incolunt. *ibid.*

17 Vicarij Foranei antè Dominicam Septuageſimæ, Cancellario Epiſcopali indicem mittant eorum Parochorum, qui ad concionandum non ſunt idonei. *ibid.§. quamobrem Vicarius.*

Idemq; præſtet antè Dom. 1. Aduentus: *Pro. 7.tit.de prædic. verbi Dei.*

18 Viſitatores, adhibitis Vicarijs Foraneis, & Decanis Plebium, opportuna loca deligant, in quibus quotannis, ſaltem feſtis diebus de more concio habeatur.*Diæc.32.cap. 5. §. Accepimus.*

19 In amplis Plebibus plures concionatores in diuerſis locis decernantur. *ibid.*

20 Ea cautio ſit, vt per duo, aut ſaltem tria milliaria diſtent à loco, quò ad concionem audiendam conuenire viciniæ debent. *ibid.*

21 Si æmulatio ſuboriatur inter Parochias, decerni poterit, vt anno in vna, alio in alia,& ſic deinceps concionandi munus exerceatur. *ibid.*

22 In aſſignandis concionatoribus ijs locis, qui ab vrbe diſtent, peti poſſunt ex Monaſterijs Regularium, quæ ibi ſita ſunt. *ibid.*

23 Vbi complures viciniæ de alendo concionatore conuenient, pro partitione dierum hebdomadæ, quam Vicarius Foraneus ſtatuerit,ille modò in vna, modò in alia Eccleſia concionetur. *Diæc.* 11. *vt ſup. §. quibus locis.*

24 Concionaturus in Eccleſia propria,benedictionem petat ab Epiſcopo: in alijs verò eccleſijs, licentiam cum benedictione: contradicente Epiſcopo nullibi concionetur. *Diæc. 32. cap. 5. §. Sancta Trident.*

25 Atquè in eiuſmodi negotio omnem iuriſdictionem exercere valet Epiſcopus,ex Conſtit. Greg. XV. *ibid.*

26 Emittat profeſſionem fidei, ſi nunquam aliàs in Curia Epiſcopali adhunc finem eam emiſit; datâ gratis atteſtatio-

ſtatione. *ibid.* §. *& licet.*

27 Prælati Monaſteriorum exhibeant catalogum eorum, quos ad conciones idoneos iudicant, vna cum locis, quæ ſibi commodiora in id munus cenſebunt. *ibid.* §. *caueant Regulares.*

28 Indulgentias populo nè publicent, niſi de conſenſu Ordinarij. *Prouin.* 1. *tit. de præd. ver. Dei.* §. *Indulgentias.*

29 Neminem paupertatis nomine commendent, niſi is teſtimoniũ ab Ordinario ſcriptum attulerit. *ibid.* §. *neminem populo.*

30 Nequè conquirantur eleemoſynę occaſione cõcionis, in Eccleſijs ſæcularibus ſinè facultate Ordinarij. *Diæc.* 11. *vt ſup.* §. *nec verò.*

31 Si in Miſſa habetur concio, fiat ſtatim poſt Euangelium. *Prou.* 4 *tit. de Verb. Dei prædicat.* §. *cum verò.*

32 Epiſcopus concionaturus in Miſſæ ſacrificio ſolemni, mitrà Epiſcopali, omniquè veſtitu, quem in Miſſa adhibet ſit veſtitus, ſtipatus, ſi fieri poteſt, ſeptem miniſtris ſacris indutis veſtibus, & adſit in dignitate conſtitutus pluuiali indutus, baculum ſuſtentans antè Epiſcopum latere ſiniſtro: ſi ſermonem habeat, nõ in ſolemni Miſſa, ſacris veſtibus Miſſę dicatis mitrâq; vtatur, & adſit miniſter cum baculo, & ei aſſiſtant duo ſuperpelliceo, aut ſi Canonici, ſuo habitu induti. *ibid.*

33 Id muneris obeat ſedens in medio Altari in faldiſtorio, aut cathedra Epiſcopali, aut in ſuggeſtu cum mitra, ſedẽs, & vt ſup. *ibid.* §. *id porrò.*

34 Pro ratione ſolemnitatis, pluuiali, & mitrâ indutus, cũ duobus ſaltem dignioribus ex Canonicis, qui ſibi aſſiſtat ſacro diaconali amictu veſtiti; ſed ſuperpelliceo, ſeu ſuo canonicali habitu, ſi cum ſtola, & cappa tantùm Epiſcopus concionetur. *ib.* §. *quòd ſi.*

35 Concionante Epiſcopo, quilibet alius cõcionator ſileat, niſi facultate ab eo obtentâ. *Prou.* 4. *tit. de verb. Dei præd.* §. *quod à Clemente.*

36 Parochi, & alij, cum in Altari concionantur, capite aperto ſtare debent. *ibid. & Prou.* 7. *tit. de præd. verb. Dei.*

37 Si aſcendant ſuggeſtum, caſulam deponere poſſunt, & cooperto capite ſedebunt, aut ſtabunt arbitratu ſuo. *ibid. & Prou.* 7. *ibid.*

38 Si alius ſit à miniſtrante, qui aſcendit ſugeſtum, tunc Miniſter intra capellam, ſacris indutus, inter duos miniſtros ſedens, paululùm ab Altari remo-

remotus concionantem audiat. *Prou. 4. tit. de præd. verbi Dei.*

39 Nè concionis parandæ prætextu, à choro abſentes, diſtributionũ ſunt participes, niſi cum aliqua corporis neceſſitas verè eos excuſat. *ib. Diœc. 11. §. Præpoſiti, Parochi.*

40 Beneficiati, qui ex officio muneri concionandi debent ſatisfacere, omnium diſtributionum participes tantùm ſint, quo tẽpore actu obeunt munus concionandi. *ib. Prou. 7. tit. de præd. verbi Dei.*

41 Commendare ſeipſum, eleemoſynæ causâ nè liceat: ab alijs autem hominibus, de Epiſcopi licentia colligi non ſit vetitum. *Prou. 6. tit. quæ ad concionat. pert. §. nec verò.*

42 Sacram ſcripturam de communi SS. Patrum ſenſu concionator interpretetur. *Prou. 1. tit. de præd. verb. Dei. §. vt ſacram ſcript.*

43 Nè hiſtorias apocryphas narret; neque miracula non probata, neq; fabulas ineptas, neque hæreticorum opiniones referat apud imperitos. *ibid. §. vt ſi quando.*

44 Nè quemquam nominatim, aut tacitè illum deſignans inſectetur. *ib. §. nè quemquam.*

45 Parochus aduentum concionatoris, vbi ille teſtimonia legitima oſtenderit, tridui ſpatio Vicario Foraneo ſignificet. *Diœc. 11. vt ſup. §. Parochus Aduentum concion.*

46 Viſitator in vrbe, & Vicarius Foraneus in Diœceſi, tùm per ſe, tum per alios, Quadrageſimæ tempore concionatores obſeruent: de ijs, antequàm Dominica in Albis aduentet, per litteras ad Ordinarium deferant, niſi antè id temporis aliquid graue commiſerint, ſtatim denunciandum. *ibid. §. Viſitator in vrbe.*

47 Obſeruent etiam concionatores Quadrageſimæ, & Aduentus, & de ijs referant ad Epiſcopum per litteras ante Dominicam Palmarum, & 4. Aduentus, & agant cum ſuperioribus de concionatoribus anni ſequentis. *Prou. 7. tit. de præd. verb. Dei. ib.*

48 Concionatores, curſu peracto, ad Ordinarium ſe cõferant, aut impediti per litteras ſignificent quidquid ſuggerendum in Domino exiſtimauerint. *ibid. §. Concionatores.*

49 Eadem præſtent Viſitatores, & Vicarij, de concionatoribus in Aduentu, de quibus ſcribant menſe Ianuario. *ibid. §. idem Viſitatores.*

50 Referant item de Parochis, qui in Quadrageſima cõcionaturi

Digitized by Google

naturi ſunt; & qui remiſſiùs ſe gerunt, vel concionis loco trita, vulgaria, & ſæpè inania effundunt. *ibid.* §. *Referant, & Prou. 7. ibid.*

51 Vicarij Foranei, exactâ Quadrageſimâ, certiorē faciant Ordinarium, quomodò ſinguli concionatores in procuranda animarum ſalute, & in ijs, quæ ad ſe ipſos ſpectant, ſe geſſerint, addito etiam Parochorum voto, qui eis concionibus interfuerint. *Diæc. 32. cap. 5. §. Admonemus*.

52 Qui aliqua in re deliquerit ex prædictis per triennium, & ampliùs à concione abſtinebit. *ibid.*

53 Vicarij Foranei, Oratoria inſtituant collocutionum ſpiritualium, vbi commodè fieri poteſt, & ad eam rationem, quæ Mediolani ſeruatur in Eccleſia S. Sepulchri. *Diæc. 11. vt ſup. §. Vicarij Foranei, & Prou. 7. tit. de concion.*

CONCORDIA Iuriſdictionalis.

1 Per Concordiam Iuriſdictionalem inter Forum Archiep. & Forum Seculare, Mediolani ſuper controuerſia exorta occaſione conſuetudinis trahendi Laicos ad Forum Eccleſiaſticum, approbatam à Reg. Cathol. Maieſt. & confirmatam à S. D. N. Paulo V. reſpectu Fori, non intelligitur derogatum priuilegio Fiſci, itaut omnes cautę Fiſcales cognoſcantur, & in eis bonorum apprehenſiones, & liquidationes fiant per illud Tribunal, ad quod ſpectant, ſeruatis priuilegijs Fiſco competentibus *cap. 9. Concord. V. Fori Eccleſ. & Secul. Concord.*

CONCVBINARII.

1 Nè patiatur Parochus, quempiam hominem, qui ſibi ignotus in ſuam Parochiam ab aliena Diœceſi commigrat cum muliere, ſi, vel ex infamia, vel alia legitima ſuſpicione conijcere poſſit, illā habere in concubinam, niſi ex litteris Parochi eorum, de matrimonio conſtet. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ ad ſac. Mat. pert. §. Nè patiatur.*

2 Exhibeatur hoc teſtimoniū Vic. Generali in vrbe, ſeu Foraneo in Diœceſi: de quo ſi dubitatur, Epiſcopus conſulatur. *ibid. §. quod teſtimonij.*

3 Semel admiſſi ad communionem, ſi poſtea in eodem luto hærere cognitum fuerit, amplius ad ſacram communionem nè admittantur, niſi poſt emendationem. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad ſacr. S. Euch. §. Public. concubinarij.*

4 Seuerè agatur contra eos pœnis ſacrorum canonum,& pecuniarijs: ter autem admoniti, & contumaces excommunicentur. *Prou. 6. tit. quæ ad Matr. pert. à §. Graue, ad §. Paſtoribus. Prouin. 2. tit. 1. Decr. 29.*

CONFESSARIVS.

1 Nemo non Parochus confeſſiones audiat, ſcripto non approbatus ab Ordinario,ſub pœna excommunicationis. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad ſacr. pæn. adminiſt. §. qui Parochialem,*
Ipſo facto. *Prouin. 4. tit. quæ pert. ad ſac. pæn. §. excommunic.*

2 Regulares non approbentur, niſi allato teſtimonio Superiorum de vita, & moribus. *Prou. 4. ibid. §. Confeſſionis ſacræ.*

3 Superiores Monaſteriorum mittant nomina Confeſſariorum ad Epiſcopum ſcripta in folio, ineunte Aduentu, & Quadrageſima, *ibid. §. Vnuſquiſque,*

4 Neq; in Monaſterijs, & locis, vbi Regulares habent ſpiritualem, & temporalem iuriſdictionem, quiſquam etiam exemptus confeſſionem audiat non probatus ab Epiſcopo,intra cuius Diœceſis fines ea loca ſunt. *Prou. 6. tit. quæ ad pænit. ſac. pert. §. Nè in Monaſterijs.*

5 Emittat confeſſarius profeſſionem fidei, niſi aliàs ſemel emiſerit, & hac de re teſtimonium attulerit. *Prou. 5. tit. quæ ad fid. tuen. ſtud. pert. §. id omne de confeſſarijs.*

6 In foribus ſacriſtiæ cuiuſuis Eccleſiæ affigatur tabella Confeſſariorum approbatorum. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad ſacr. pænit. §. Sacerdotum confeſſariorum.*

7 Parochi nè audiant Parochianos non ſuos, niſi habeant hac de re facultatem; & niſi pœnitentes aliò commigrent, ex cauſa Indulgentiarum,vel negotiorum; non autem, vt de induſtria fugiant proprium Parochum. *Diœc. 32. cap. 10. §. qui iure.*

8 Confeſſarij vnius Parochiæ, vel Oratorij, vel vnius Plebis, nè vltra facultatem datam ſe extendant ad alios. *ibid. §. Sacerdotes, qui*

9 Si tamen per imprudentiam in magno concurſu aliquos non ſuos abſoluant, valet abſolutio. *ibid.*

10 Omnes Eccleſiarum Rectores Confeſſarij audire poſſint Sacerdotes celebraturos in ſuis Eccleſijs; non autem, ſi ij de induſtria celebrent ibi, vt ijs confiteantur. *ibid. §. omnes Eccleſ. rect.*

11 Etiã præſentibus Cleri confeſſarijs, quibus fortè Sacerdos

dos celebraturus non confidat. *ibid.*

12 Eadem facultas conceditur coadiutoribus Parochorum, & ſubſtitutis eorundem. *ibid.*

13 Parochi poſſint audire aduenas, & peregrinos, quos breui tẽpore in ſuis Parochijs morari contingerit, etiam tempore Paſchali, niſi fortè de induſtria eò acceſſerint, nè in Parochiali Eccleſia ſacramenta ſumant. *Diec.* 11. *tit. Mon. exec. decr. quæ ad ſacr. per.* §. *Aduenas autem.*

14 Illis autem Parochus Metropolitanę ſacramenta miniſtret. *ib.* §. *at verò.*

15 Parochi tẽpore Paſchali aliorum Parochorum miniſterio vti poſſunt ad confeſſiones audiẽdas, eorum ſcilicet, quibus hac de re facultas ſcripta data eſt. *ib.* §. *quòd in noſtris.*

16 Ineunte Quadrageſima moneant ſuos Parochiales, vt alijs Confeſſarijs approbatis confiteantur, ſi velint, & teſtimoniũ ſcriptum antè hebdomadam ſanctam ferant. *ib.* §. *Parochus vnuſquiſquè.*

17 Faciles ſe præbeant in conſentiendo, vt ad alios ſe conferant, ijs, de quibus nulla eſt ſuſpicio, eos Parochi iudiciũ ſubterfugere. *ibid.* §. *in Diæceſi autem.*

18 Immò eam facultatẽ ſpontè offerre debent ijs, qui lites, & cõtrouerſias ſecum exercuerint, exercent vè, de ijs, quæ ad munus curæ Parochialis non attinent. *ibid.* §. *immò.*

19 Si neget Parochus, concedat licentiam Vicarius Foraneus. *ibid.* §. *qua in re.*

20 Confeſſarijs Cleri facultas perſeuerat, donec aliud ſignificetur. *Diœc.* 4. *decret.* 24.

21 Poteſt Epiſcopus ſuſpendere, & omninò amouere Confeſſarios, etiam regulares approbatos, quos pro ſua conſcientia viderit in eo munere non ſincerè, & cum ædificatione ſe gerere. *Prouin.* 6. *tit. quæ ad pænit. ſac. pert.* §. *Epiſcopus à confeſſionibus.*

22 Non audiant pęnitentes, niſi priùs recitarint quatuor capita doctrinæ Chriſtianæ. *Prou.* 5. *tit. quæ ad prædic. verb. Dei & Doct. Chriſtian.* §. *primò omnibus.*

23 Huic Decreto ſatisfaciunt ij, qui ea ſemel recitarint antè, vel poſt confeſſionem, etiãſi eodem tempore Paſchali ſæpiùs confiteantur. *Diœc.* 11. *ibid. tit. vt ſup.* §. *quod ad eos attinet.*

24 Ijs, qui ignorant eadem, præfiniatur certum tẽpus, quod prorogari liceat ſemel, & iterum; ſed eo elapſo negetur eis confeſſio, niſi conſilio, &

 aſſen-

aſſenſu, vel Vicarij Foranei, vel Deputatorum in Ciuitate admittantur. *Prou. 5. ibid. vt ſup. §. quarum rerum. & §. eo autem.*

25 Ità tamen, vt Vicarius Foraneus imponat illi, vt frequens ſit in ſchola doctrinæ Chriſtianæ. *Diæc. 11. vt ſup. §. qui autem. ea capita.*

26 Regularibus, qui huius recitationis falſum dederint teſtimonium, pœna ſuſpenſionis ab audiendis confeſſionibus conſtituta eſt, ipſo facto. *ibid. §. Regularibus autem.*

27 Hodiè liberum eſt Confeſſarijs eam recitationem omittere ijs, de quibus non eſt dubium, quin illa omnia ſciant. *Diæc. 32. cap. 10. §. Confeſſarij etiam.*

28 Tempore ſaltem Paſchali eadem recitent pœnitentes; alioquin ijs nè detur auditæ confeſſionis teſtimoniũ. *ibid.*

29 Niſi aliter, vtſupra, ſit diſpenſatum. *ibid.*

30 Perſeuerantes in eorundem ignorantia, ad Epiſcopum deferantur. *Prou. 6. ibid. vt ſup. §. ſi qui verò.*

31 Confeſſarius, criminis particeps non poteſt audire confeſſionem ſociorum in eodem crimine, nequè eos abſoluere. *Diæc. 11. tit. mon. ex. Dec. quæ ad ſacr. §. Confeſſario, qui, & Prou. 7. tit. de ſacr. Pœnit. §. criminis.*

32 Si abſoluat, ipſo facto eſt excõmunicatus, reſeruatâ Archiepiſc. abſolutione. *Diæc. 11. ib. §. & verò ſi quis.*

33 Canones Penitentiales benè noſcant Confeſſarij, & de ijs moneant pænitentes. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad ſac. pœnit. §. Confeſſores, Canones pœnit.*

34 Publicè peccantibus publicam imponant penitentiam ex Trid. ſeſſ. 24. c. 8. nequè illud pœnitentię genus commutent, ſinè licentia Ordinarij. *ibid. §. ijdem.*

35 Pecuniaria penitentia ità detur, vt, non Confeſſario, ſed pio loco tribuatur. *Prou. 5. tit. de ijs, quæ pert. ad ſac. pæn. §. ſi pænitentibus.*

36 Nequè curam ſuſcipiant diſtribuendæ eleemoſynæ pro pœnitente. *ibid. §. nequè verò.*

37 Nequè ſibi dari curent; ſi quid eſt erogandum pro celebrandis Miſſis. *ibid. §. nequè præterea.*

38 Sollicitatos in confeſſione ad nefaria, commonefaciant obligationis ad talem confeſſarium denunciãdum Vicario Generali, ſeu Inquiſitori. *Diæc. 32. cap. 10. §. pudicitiam.*

39 Conſtitutio Greg. XV. de ſollicitãtibus accuratiſſimè ſeruetur,

uetur, & exemplum eius vnicuiquè Confeſſario, cum approbatur, exhibeatur. *ibid.* §. *cuius ſanè.*

40 Bis in annos ſingulos Confeſſarij extraordinarij ad vnumquemq; populum in Diœceſi deligentur, iudicio Vicarij Generalis, de conſilio Viſitatoris. *ibid.* §. *quia fieri.*

41 Horum verò deſignatio, & in ſequentem annum promulgatio, fiat in congregatione Vicariorum Foraneorum antè Septuageſimam. *ibid.* §. *deſignatio.*

42 Opportunum tempus erit, à Septuageſima ad Quinquageſimam, & iterum menſe Octobri. *ibid.* §. *opportunum.*

43 Et hæc ſinè præiudicio conſuetudinis illius, vt in congregationibus menſtruis, Confeſſarij Plebis confeſſiones ſuo more audiant. *ibid.* §. *nolumus.*

44 Aegrotorum Confeſſarij, ſi iſ grauiter laborant, remittere poſſunt iiſdem recitationem quatuor capitum doctrine Chriſtianæ. *Diœc.* 11. *tit. vtſup.* §. *ægrotis graui infirmitate.*

45 Fœminarum ægrotantium confeſſiones nè audiant, cuiuſcunquè ſint ætatis, oſtio cubiculi penitus clauſo. *Diœc.* 3. *decr.* 28.

46 Detur teſtimonium à Confeſſario ſcriptum de audita confeſſione ægroti ſtatim, aut omninò ſaltem per totum ipſum diem. *Diœc.* 11. *tit. vtſup.* §. *id ità præſtetur.*

47 Pro Parocho, & Medico. *Prou.* 4. *tit. quæ pert. ad ſacr. pœnit.* §. *Confeſſarius Sacerdos.*

48 Sub pœna, ſæculari Confeſſario, duorum aureorum: Regulari, ſuſpenſionis ipſo facto ab audiendis confeſſionibus, arbitrio Ordinarij. *Diœc.* 11. *ibid. vtſup.* §. *quòd ſi quis.*

49 Pro ſurdaſtrium confeſſione, periculum primò fiat horâ meridianâ, vel aliâ, quâ nemo ſit in Eccleſia: ſi verò non ſufficit, Vicarij Foranei iudicio, & datâ in ſcriptis facultate Confeſſario, poterunt alibi audiri. *ibid.* §. *de ſurdaſtris.*

50 Nè omittant, etiam Regulares, dare teſtimonium confeſſionis, ſcriptum, aut impreſſum manu ſuâ, & ſigillo munitum de ſibi peccata confeſſis in Paſchate. *Prou.* 4. *tit. quæ pert. ad ſacr. pænit.* §. *Confeſſarius Sacerdos.*

51 Et confitentium nomina, & cognomina, Paſchæ tempore, in certum librum referant, oſtendendum Epiſcopo,

po, ſi petat. *ibid.* §. *confitentium præterea.*

52 Non audiantur qui ſaltem à Dominica Quinquageſimæ citra non ſint confeſſi, ſi accedant in Hebdomada ſancta. *Diæc.* 32. *c.* 10. §. *Parochi.*

53 Admittendi erunt ij, antè feriam V. maiorem tantùm, quibus ex cauſa facultatem dederint, vel in Ciuitate, Pœnitentiarius Maior, vel in Diœceſi, Vicarij Foranei. *ibid.*

54 Admittantur deindè omnes inconfeſſi per totam octauam Paſchæ, & eo tempore faciles ſint Parochi, & alij ad eos audiendos. *ibid.*

55 Quadrageſimæ hebdomadas diſtribuat Parochus, vt alias huic, alias illi viciniæ præſtituat, alias adultis, alias pueris, alias mulieribus, alias virginibus. *Prou.* 5. *tit. quæ ad pænit. ſac. pert.* §. *vt ad ſanctum ad* §. *in ijs.*

56 Caueant Confeſſarij, nè aliquid accipiant in ipſo miniſterio confeſſionis, licet ſpontè detur: alioquin ipſo facto ſuſpenſionem à diuinis incurrunt. *Prou.* 7. *tit. de ſacr. Pœnit.* §. *quoniam decet.*

57 Confeſſarij Cleri Diœceſis in vnaquaq; Plebe conſtituti, poſſint audire Confeſſiones Cleri etiam aliarum Plebiū Diœceſis. *Syn. Diæc.* 33. *Dec.* 8.

58 In adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ vtantur ſuperpelliceo, aut habitu chorali pro perſonæ qualitate, cum ſtola. *Conc. Prou.* 5. *quæ pert. ad ſacr. Pæn. & Syn.* 33. *Dec.* 23. *V. Parochus.*

CONFESSIONALE.

1 Extra Eccleſiam, vel Oratorium nè audiantur confeſsiones. *Prou.* 5. *tit. quæ pert. ad ſac. pænit.* §. *omnes verò videant.*

2 Neq; in cellis, ſed publicè in ſedibus in Eccleſia, in quibus tabella omninò intercedat inter pœnitentem, & Confeſſarium. *Prou.* 1. *tit. quæ pert. ad ſacr. pæn. admin.* §. *Neuè in cellis.*

3 Neq; ſinè cauſa neceſſaria in priuatis ædibus maris, vel fęminę audiatur confeſsio. *ibid.* §. *nec ſinè cauſa.*

4 Confeſsionale ſit in loco aperto, & in omnium oculis collocatum. *Viſ. Apoſt. tit. Confeſſionale.* §. *Confeſſionale autem cum lamina forata, & feneſtella. Prou.* 4.

5 Capſulæ eleemoſynæ nè ibi ſint, neq; in proximo loco. *Prou.* 4. *tit. quæ pert. ad ſacr. pænit.* §. *nè capſulæ.*

6 In ipſo confeſſionali affixa ſit ſacra imago Bulla cænæ Domini, Notula caſuum reſeruatorum Ordinario, for-

ma

ma Abſolutionis, & orationes piæ ad id munus impreſſæ. *Viſ. Apoſt. tit. vtſup. §. in ipſo Confeſſionali, & Prouin. 4. ibid. §. in Confeſſionali.*

7 In Parochiali Eccleſia, vel ei annexa, in qua confeſſiones audiri ſoleant, confeſſionale ſaltem vnum ſit; duo quæ vltra 400. animas curat. *ibid. §. Parochialis, & Prou. 4. ibid. §. Eccleſia Parochialis.*

8 Aliæ Eccleſiæ tot confeſſionalia habeant, quot Confeſſarios. *ibid. §. Eccleſia autem, & Viſ. Apoſt. ibid. §. Eccleſiæ verò,*

9 Qui cancellis vti voluerint, pateant illi, dum confeſſiones audiuntur. *Diœc. 11. tit. Mon. exec. decret. quæ ad ſacram. per. §. qui verò cancellis.*

10 In ſingulis Plebibus confeſſionalia geſtatoria aliquot parentur, cum in ea ſit concurſus frequentior. *ibid. §. in ſingulis porrò,*

11 Etiam in Regularium Eccleſijs curent Viſitatores, & Vicarij Foranei, vt ea ſint in aperto, & decenti loco. *ibid. §. Viſitator in vrbe,*

12 Qui mulierem confeſſiones audierit in Eccleſia non conſtituto confeſſionali ad formam, etiamſi Regularis ſit, à Cõfeſſarij munere ipſo facto ſit ſuſpenſus, quoadusquè vidébitur Archiepiſcopo. *Viſ. Apoſt. ibid. §. eo termino, & Prou. 7. tit. de ſacr. pænit. §. Confeſſarius.*

13 Idem ſancitur, ſi quis mulierum cõfeſſiones audierit genuflexarum è cõſpectu ſedis ſuæ, non in loco à latere pænitenti conſtituto. *ib. Viſ. Ap. §. idem ſancitur.*

14 Sedeant ibi Confeſſarij omnes, etiam Clericorum regularium, ſuperpelliceo, & ſtolâ induti. *Prouin. 5. tit. vtſup. §. Epiſcopus.*

15 Regulares alij, proprium habitum induti. *ibid. §. efficiat verò,*

16 Nequè ſedeant ibi antè ſolis ortum, nequè poſt ſolis occaſum, ad mulieres audiendas. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad ſac. pæn. admin. §. Sacerdotes niſi ex cauſa.*

17 Serâ claudantur confeſſionalia. *Prou. 4.*

CONFIRMATIO.

1 Non ſolùm ſolemnibus, ſtatiſquè diebus conferat Epiſcopus hoc ſacramentum, ſed ſæpiùs etiam quibus in locis Diœceſis opus erit. *Prou. 5. tit. quæ ad conf. ſacr. per. §. Epiſcopus,*

2 Si quis periculosè ægrotet, vbi Epiſcopus adſit, & petat ſibi non confirmato miniſtrari hoc ſacramentum, eũ cha-

charitate paternâ inuiſat, & ritè confirmet. *ibid.* §. *quòd ſi quis*.

3 Moneat Parochus eos, qui curam gerunt paruulorum, immaturâ ætate confirmatorum, vt poſtquàm ad maturiorẽ ętatem deuenerint, doceant ſe eſſe confirmatos, nè poſtquam adoleuerint, hoc ignorantes, bis confirmationis ſacramentum ſuſcipiant. *ibid.* §. *alio decreto.*

4 Aliquot antè diebus, quàm conferendum ſit hoc ſacramentum, moneat Parochus familias, nè hoc ſuſcipere negligant, & diſtinctè per familias notet eos, qui non ſunt confirmati; confirmatos verò, & eorum compatres in libro notet. *ibid.* §. *id verò.* §. *idem*.

5 Moneat etiam Parochus, quæ in Conc. Prou. 4. præſcripta ſunt, & in Eccleſia Parochiali hoc nomine orationem inſtituat. *ib.* §. *eiuſdem cura*.

6 Rudiores videat Parochus, an ſymbolum, orationem Dominicam, & Angelicam norint, quod & præſtet, vel per ſe, vel per alium Sacerdotem idem Epiſcopus, iubendo etiam ea fidei rudimenta ſibi recitari. *ibid.* §. *qui confirmandi*.

7 Miniſtret hoc Sacramentum Epiſcop' antè Altare maius, primò maribus, deindè feminis, niſi aliquandò aliter cenſuerit Epiſcopus; & miniſtret ſi fieri poteſt horâ tertiâ. *ibid.* §. *videat*, & §. *hoc Sacramentum*.

8 Minori ſeptennio, nè præbeatur. *Prouin.* 1. *tit. quæ pert. ad ſacr. Conſ. adm.* §. *Minori*.

9 Niſi aliud videatur Epiſcopo. *Prouin.* 5. *tit. quæ pert. ad ſac. conſ.* §. *alio decreto*.

10 Nequè alienæ Diœceſis homines admittantur, niſi de conſenſu ſcripto Epiſcopi illorum. *Prouin.* 4. *tit. eodem* §. *caueat porrò*.

11 Dominico die præcedenti, Parochi doceant, & moneant confirmandos iuxta edictum Epiſcopi. *ibid.* §. *Parochi*.

12 Adulti nimirum confiteantur peccata ſua, & ieiuni accedant, ſi manè miniſtratur. *ibid.* §. *elaborent*.

13 Caput lauent, & capillis tonderi curent. *Prouin.* 5. *tit. vt ſup.* §. *nequè hoc quidem*.

14 Mares ſeparatim à fœminis confirmentur. *ibid.*

15 Compatres marium, mares ſint; & fœminarum, fœminæ, niſi aliud neceſſitas poſtulet. *ibid.* §. *vt nè fæminæ*.

16 Compater dexterâ ſuſcipiat,

piat, & teneat confirmandū. *ibid. §. quod antiqui.*

17 Si adulti ſunt, pedem ſuum ſuper dextrum compatris ponant, & ambo ſtent. *ibid. §. ſi verò.*

18 Nomen turpe, ridiculumvè mutetur in nomen ſancti. *ib. §. curet etiam Epiſcopus.*

19 Frons illita chriſmate, primùm bombyce à Sacerdote abſtergatur, mox à Clerico in ſacris aquâ lauetur, quæ in ſacrarium proijciatur. *ibid. §. Confirmati.*

20 Suſceptores in hoc Sacramēto neq; iis, quos ſuſceperint, neq; parentibus eorum quicquam largiantur. *Prou. 1. tit. vt ſup. §. ſuſceptores.*

21 Scribantur confirmati in libro Parochiali, cum nominibus compatrum. *ibid. §. omnem diligentiam.*

22 Qua in Eccleſia Parochiali hoc Sacramentum miniſtratur, Parochus ſchedulas à confirmatis traditas in vnum colligat, & ſtudiosè recognoſcat. *Diœc. 11. tit. mon. ex. dec. quæ ad ſacramentali §. qua in Eccleſia Parochiali.*

23 Illas, quæ ſunt parochialium ſuorum, cum ſingulis patribus fam ilias conferat, vt nominum errorem corrigat, ſi occurrerit, & confirmatorum nomina in codicem referat octo dierum ſpatio. *ibid. §. illas autem.*

24 Alijs Parochis reliquas tradat, qui eaſdē recognoſcant eodem modo, & in libro ſcribant eodem temporis ſpatio. *ibid. §. alijs præterea.*

25 Reliqua in edicto præſcribat Epiſcopus. *Prou. 4.*

CONFRATERNITATES.

1 Nè vllæ inſtituantur, neq; habitum ſumant, ſinè Sedis Apoſtolicæ, vel Epiſcopi facultate in ſcriptis. *Prou. 4. tit. quæ ad pia loc. pert. §. nè vlla.*

2 Inſtituatur in omnibus Parochijs Sodal. Corporis Chriſti. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad S. Euch. ſacr. §. vt ſanctiſſima.*

3 Item confratria pro concordia, & pace ineunda inter diſcordes. *Prou. 4. ibid. vt ſup. §. vt odij diſſidijs.*

4 Item alia, quæ vagantes pueros colligat, eorumq; effrenatis moribus componendis ſtudeat. *Prou. 5. tit. quæ ad matrim. pert. §. His temporibus.*

5 In præſidijs militum aliqua pia ſodalitas inſtituatur. *Prou. 6. tit. de diſcip. Chriſt. mili. §. Atq; ob has quidem cauſas.*

6 Regulæ certæ tradantur ab Epiſcopo. *Prou. 3.*

7 Inſtitutæ in Eccleſia ritus Ambroſiani, eundem ritum obſeruent in officio diuino. *Diœc. 3. decret. 7.*

8 Indulgentiæ conceſſæ à Gregorio XIII. euulgentur aliquandò. *Prou. 3. tit. quæ pert. ad S. Euch. §. quæ præterea ſodalitates.*

9 Statuatur dies pro confeſſione, communione, & proceſſione generali per annos ſingulos, tàm in vrbe, quàm in Diœceſi ad perpetuam rei memoriam. *ib. tit. quædam, quæ ad ſodalitates. §. praſcribat itẽ.*

10 Rudes, & ignari doctrinæ Chriſtianæ nè admittantur in confratrum numero. *Prou. 5. tit. quæ ad ſchol. confratrias, & alia pia loca pert. §. Nè cuiuſuis,*

11 Neq; facinoroſi, turpis vitæ, aut infamia notati, & ſiqui ſunt, monitiq; non ſe emendarint, Epiſcopali auctoritate amoueantur. *ibid. §. Nè facinoroſi.*

12 Sacerdos, cuilibet Confratriæ idoneus, præficiatur, tanquam Pater, & Deus ſpiritualis. *Prou. 6. tit. quæ ad confratrias. §. vnicuiq; confratriæ.*

13 Amictus cuiq; detur, præſente Parocho, vel alio Sacerdote, ſtatâ prece benedictus. *Prou. 5. tit. vtſup. §. nè à diſciplinatorum.*

14 Qui in ſchola, non domi, aſſeruetur. *ib. §. quem amictum.*

15 Et in caſu eiectionis alicuius Confratris dimittatur. *ibid. §. qui verò è confratria.*

16 De fidei dogmatibus, nè diſceptationes, colloquiavè inter confratres habeantur. *ib. §. laici confratres.*

17 Recitent officium Veſperarum antè, vel poſt Veſperas Eccleſiæ Cathedralis, vel Parochialis, neq; eo tempore, quo habentur ſcholæ Doctrinæ Chriſtianæ. *ibid. §. quo tempore.*

18 In proceſſionibus adhibeant Sacerdotem, niſi aliud conceſſerit Parochus, aut Epiſcopus. *ibid. §. diſciplinati.*

19 Arma deponant, & omninò, cum amictum induunt. *ibid. §. nè confratri cuiquam.*

20 Noctu nè proceſſiones obeant. *Prou. 6. tit. quæ ad confratrias. §. quoniam igitur.*

21 Benedictionem, thurificationemvè ſibi mutuò, neq; alijs impartiantur. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad ſac. ord. §. Nè verò laici.*

22 Nequè fiat benedictio cinerum, candelarum, & palmarum, ſub pœna, Sacerdoti benedicenti ſuſpenſionis: Confratribus autem, pœna arbitraria, vſq; ad priuationem. *Prou. 7. tit. de ſoc. & ſchol. §. in confratrium.*

23 Ad Parochialem Eccleſiam Collegiatim procedant, vt ibi palmas, & candelas à Parocho recipiant, & cum iiſdẽ

ad

ad Oratorium redeant. *Diæc. 32. cap. 23. §. Prouincialib.*

24 Officiũ B. Virginis tantùm, & ſubmiſsâ voce recitent, nõ autem cantent. *Prou. 7. tit. de ſociet. & ſchol. §. Sacroſancti.*

25 Veſperas eodem modo. *ibid.*

26 Prohibetur iiſdem proceſſio Sanctiſſimi Sacramenti. *ib.*

27 In Dominicis, & feſtis diebus Miſſæ ſacrificium nè fiat ibi, niſi horâ ab Ordinario præſcriptâ. *ibid.*

28 Feriâ V. & Sabbato Sancto nè ibi celebretur, nequè cuiquàm, nè ipſis quidem confratribus à Dominica Palmarum vſq; ad Dominicam in Albis incluſiuè miniſtretur Euchariſtia. *ibid. §. in confratrum.*

29 Neq; in Natali Dñi, Aſcenſione, Pentecoſte, Aſſumpt. B. V. & omnium SS. feſto. *ib.*

30 Ad ſtatas, & ſolemnes proceſſiones, etiam non vocati accedant, & ritè obeant. *Prou. 2. tit. 3. decret. 22. § efficiat præterea.*

31 Neq; mercede conducti, ſed pietatis gratiâ ſibi flagella adhibeant. *ibid.*

32 Conuiuia ex Sodalitatis fructibus, aut eleemoſynis nullo modo fiant. *Viſ. Apoſt. tit. quæ pert. ad pia loca. §. conuiuia ex ſodalitatis.*

33 Tollantur publicæ commeſſationes omnes, & maximè intra ambitum Eccleſiarum die Pentec. & Cœnæ Domini, propoſitis pænis ab Epiſcopo. *Prou. 1. tit. de Piorum locorum Admin.*

34 Cadauera ſodalium nè ſepeliantur in eorum Oratorijs, niſi ex priuilegio, vel de legitima conſuetudine immemorabili conſtiterit Epiſcopo. *Prou. 5. tit. vt ſup. §. nè confratrium.*

35 Nequè electio ſepulturæ ibi valeat, nec ipſis ſodalibus, niſi per ſex menſes antè obitum in Sodalitio ſit adſcriptus, niſi nimirum ibi ſit ius ſepulturæ pro confratribus tantùm. *ibid. §. vbi verò.*

36 Nè quæritent eleemoſynas, niſi facultate ſcriptâ, ab Epiſcopo impetratâ. *ibid. §. nè cuiquam.*

37 Officiales nè eligantur, niſi Parocho, vel alio Sacerdote præſente, ab Epiſcopo conſtituto. *ibid. §. ne in vlla.*

38 Ad tollendas controuerſias inter Confratrias de præcedentia, decretum eſt, eas præcedere, quæ antiquiores habitu conſueuerunt ſupplicationes obire, etiamſi tempore non ſint antiquiores, nec priuilegijs maioribus ſint communitæ. *Prouin. 6. tit. quæ ad confratrias. §. Hos decernimus.*

39 Idemquè ſeruetur in omni Confratria, niſi cum ob cauſam Epiſcopo alitèr videbitur. *ibid.* §. *id verò.*

40 Oneribus ſatisfaciant, aut in propria Parochiali, aut in Eccleſijs intra eius Parochiæ fines ab Epiſcopo deſignatis, niſi teſtatores aliud ſtatuerint. *Prou. 7. tit. de ſociet. & ſchol.* §. *Confratriæ.*

41 Anniuerſaria, & quæ ſeptimo, vel trigeſimo die fiunt officia, in Parochialibus fiant, niſi habeant ius ſepulturæ. *ibid.* §. *Anniuerſaria.*

42 Et tum, Parocho quoquè præſente, qui officium peragat, & quando ſcilicet cadauer defuncti eſt ibi ſepultum. *ibid.*

43 Duplicataquè eo caſu detur Parocho eleemoſyna. *ibid.*

44 Nè inuitent confratrem tacitè, vel expreſsè, vt ſibi eligat ſepulturam in eorum Eccleſijs, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. *ib.* §. *quemadmodum.*

45 Et quicquid indè detrimenti ceperit Eccleſia Parochialis, ſeu alia, cui ſepeliendi ius competebat, totum reſarciatur. *ibid.*

46 Neq; poſſunt aſſociare funus vllum, niſi qui obijt, vnus ſit ex ipſis, vel facultatem in ſcriptis obtinuerit ab Ordinario; quibus caſibus nihil conſequantur. *ib.* §. *Confratres.*

47 Pſalmodia ad mortuorum corpora, thurificatio, aquæ aſperſio laicis Confratribus nè permittatur. *ibid.* §. *in Eccleſijs.*

48 Neq; deferant in funeribus, neq; in alijs proceſſionibus Crucem, quæ per Clericos deferri ſolet, ſed imaginem Crucifixi, & Sanctorum. *ibid,* §. *proceſſiones.*

49 Si concedatur in eorũ Oratorijs Euchariſtiam ſeruari, Sacerdos ibi ab Ordinario approbatus reſideat. *ibid.* §. *in Eccleſijs,*

50 Electione officialium prorogatâ ſinè licentia Ordinarij, acta omnia ſint deinceps nulla. *ibid.* §. *quod concilio.*

51 Qui pecuniam Confratriæ debent, non poſſunt eſſe procuratores, ſyndici, neq; miniſtri. *Prou. 1. tit. de pior. locor. admin.* §. *qui pecuniam.*

52 Qui deliguntur officiales, iurent ſe fideliter ſuum munus executuros. *ibid.* §. *adminiſtratores.*

53 Quotannis reddant Epiſcopo rationem adminiſtrationis. *Prou. 4. tit. quæ ad pia loca pert.* §. *Adhoc curetur.*

54 Diſciplinatorum ſodalitates omnes regulam habeant à D. Carolo alijs ſodalitatibus huiuſmodi

Digitized by Google

iuſmodi conſcriptam. *Viſit. Apoſt. tit. quæ per. ad loc. pia* §. *ſodalitates.*

55 Nè quidquàm in iïs Confratrijs, & Scholis vulgari ſermone conſcriptum recitari licet, niſi recognitum, & probatum ab eo, cui mandarit Epiſcopus. *Prou.* 5. *tit. quæ ad ſcholas* §. *nè quidquam.*

56 Nullus ex confratribus ferat ad confratriæ Eccleſiam arma, quæ ſuæ dignitati non conueniant. *ibid.* §. *nè confratri.*

57 Nunquam verò, cum eſt indutus Confratriæ amictu. *ib.* §. *nemini.*

58 Quæ decreta ſunt in Concil. huius Prou. de Confratrijs, curet Epiſcopus omnia ſeruari, licèt apud Regulares ſint erectæ. *ibid.* §. *quæcunquè.*

59 Sodalitates duas S. Vrſulæ, & S. Annæ, curet Epiſcopus in ſua Diœceſi erigi, & inſtitui. *Prou.* 4. *tit. quæ ad pia loc.* §. *ſodalitates.*

60 Fraternæ correctionis ſodalitatem inſtituat Epiſcopus, & diſciplinatorum quoquè, bullamq; Indulg. Greg. XIII. iïs cõceſſam promulget. *Prou.* 3. *tit. quæ ad ſodal.* §. *multa mala.*

61 Nulla Confraternitas hominum laicorum erigi poſſit, abſq; facultate Archiep. in ſcriptis obtenta, ſub pœna irritationis erectæ Confraternitatis, & alijs pœnis Parochis, & Eccleſiæ Rectoribus ſecus permittentibus, latis in *Conc. Prou.* 7. *&* *Conſt. Clem. VIII. Syn. Diœc.* 33. *decr.* 11.

62 In libris pergrandibus, ſumptibus ſcholarum comparandis, ſeparatim viri à fœminis deſcribantur à Parochis nomina Confratrum SS. Sacramenti, & Roſarij, ne fraudentur beneficio Indulgentiarum, deſcriptis tantùm conceſſarum. *Ib. Decr.* 12.

63 Confratres, quicunq; ſint, & quocunq; nomine appellentur, nõ poſſint comitari, atq; aſſociare vllum funus, niſi mortuus ſit vnus ex Confratribus, niſi accedat facultas Ordinarij in ſcriptis; quibus caſibus nihil omninò, neq; ceram, vel propriam, vel ab hæredibus defuncti, vel aliundæ datam, ſed vel Parochi, vel eius Eccleſiæ beneficio cedat. *Syn. Diœc.* 35. *c.* 10. *&* *Conc. Prou.* 7.

64 Omnium Sodalitatum, locorumq; Piorum Officiales, præfinito tempore, coràm Parochis, ſeu ab Ordin. deputandis eligentur, niſi aliter Ordinarius iudicarit, ſine cuius licentia nulli licet has electiones differre, ſub pœna nullitatis actorum in eis con-

ucn-

Digitized by Google

uentibus. *Diæc.* 35. *Dec.* 55.

65 Pro eligendis huiuſmodi officialibus, & earumdem Sodalitatum negotijs, decernitur Eccleſiâ, vel Sacriſtia, domus Parochialis, vel locus alius immunis; & irrita ſint quæ in ædibus ſecularibus habebuntur. *Diæc.* 35. *Decr.* 55.

66 Singulis item annis reddant Eccleſiaſticæ poteſtati, illam poſcenti, rationem adminiſtrationis, neq; vltra tres menſes à die exacti officij illam differant Adminiſtratores, & adhoc cogantur contumaces iuris, & cenſurarum remedijs. *ibid.*

67 Expleto eorumdem officialium officio, ne continuate ad idem eligantur, ſeu confirmentur, niſi aliter Archiep. viſum fuerit. *ibid.*

68 Pſalmodias, aliaſq; funebres precationes ad mortuorum corpora recitare, thus adhibere, luſtrali aquâ aſpergere, ſub pœna ſupreſſionis Oratoriorum, inhibetur Laicis Confratribus ex Prou. Conc. VII. & aſtruitur. *ib. Decr.* 59.

CONGREGATIO.

V. Capellani. Celebritas. Dies Feſtus.

1 In Diœceſi, quoties habetur menſualis conuentus Sacerdotum, omnes accedant induti veſte talari, nitido ſuperpelliceo, bireto, & caputio. *Syn. Diæc.* 34. *c.* 6.

2 In ea Eccleſia, in qua coacti fuerint, præter Miſſam ſolemnem, & tria defunctorum nocturna pro defunctis inibi ſepultis, ſinguli, vel ſaltem ſex proſpiciores, Miſſam habeant cum applicatione ſacrificij, ordine à Vicar. Foran. præſcribendo. *ib.*

3 Impeditus quominus accedere p oſſit, commoneſaciat Vicarium Foraneum. *ib.*

4 Quo die Conuentus habetur, qui præſentes fuerint Sacerdotes ne eleemoſynam pro huiuſmodi Miſſis, & officio, quouis prætextu petant. *ib.*

5 Sit materia in ijs Conuentibus ſeriò tractanda; Parochis quidem, de pertinentibus ad curam Animarum, difficultatibus, & incommodis ſuarum Parochiarum; Vicarijs vero Foraneis, & Præfectis, de vita, & moribus Presbyterorum, de cultu diuino, & obſeruatione Decretorum, Viſitationum, Conciliorum &c. Legatur autem in ijs conuentibus aliquid de Decretis Prouin. & Diœceſ. & ex Rubricis Sacramentalis, ſeu Ritualis pro recta Sacramentorum adminiſtratione. *ibid.*

6 Quæſtiones caſuum cõſcientiæ

Digitized by Google

tiæ in illis habitæ, nec ſatis enodatę, tranſmittantur ad Archiep. pro ſolidiori ſolutione, & ſolutæ referantur in Codicem ad hoc confectum, & cuſtodiantur, per Vicarium Foraneum. *ib.*

CONSERVATORES.

1 Semel electi nè mutentur, eorumquè nomina Epiſcopo ſignificentur Dięceſano. *Pro. 5. tit. de Epiſ. & Epiſc. iuriſdict. §. Regulares, quibus ex priuileg.*

2 Conſtitutionem decretorũ, & taxarum à Metropolitano confectam, & à Greg. XIII. confirmatam ſeruent. *Prou. 6. tit. quæ ad for. pert. §. Conſtitutio Decretorum.*

CORPORALE.

1 Vas ad lauanda corporalia ſit ramneum ſtannatum, vel ex aurichalco, vbi facultates ſuppetunt. *Viſ. Ap. tit. ſacriſtia. §. Hæc habeat ſacriſtia.*

2 A Subdiaconis lauentur. *Dięc. 11. tit. Mon. exec. Decr. quæ ad Sacramental. §. Ad corporalia autem.*

CRIMINALIS CAVSA.

1 In cauſis criminalibus mixti fori, poſſit Iudex Eccleſiaſticus procedere contra Laicos: eos diſtringere, & condemnare, ac contra eorum perſonas exequi abſq; inuocatione brachij ſecularis, nec non exequi poſſit in eorum bonis mobilibus vſq; ad ſummam aureorum ducentum, & non vltra, abſq; eadem brachij inuocatione: & in immobilibus non liceat ſinè brachio ſeculari, ſaluâ præuentione, iuxta iuris communis diſpoſitionem. Et hoc quò ad Iudices intelligatur, cum reſtrictione, & declaratione, de qua in decimo, & repetita in vndecimo cap. Habes in *cap. 12.* & V. *Fori Eccleſ. & ſecul. Concord.*

CRVCES.

1 In vnoquoquè Altari, in quo Miſſa eſt facienda, collocetur Crux in medio. *Prou. 6. tit. quæ ad Miſs. pert. §. curet Epiſc.*

2 Nè ſculpatur in integumento ſepulchrorum. *Prou. 4. tit. De ſepulch. §. operiantur.*

3 Neq; humi, neq; in ſordidis locis exprimatur. *Prou. 3. tit. quæ ad ſac. & ſac. pert. §. quod præterea.*

4 In triuijs frequentioribus exponatur. *ib. tit. quæ ad ſacr. & ſacr. pert. §. Hoc igitur.*

5 Pœna interdicti puniantur ij, qui, prius moniti, in loco ſordido cruces vel pinxerint, vel pingi permiſerint. *Diœc. 32. cap. 8. §. Sanctiſſimam.*

6 Cruces in vrbe nè de nouo erigantur in medio platearum, inconſulto Archiepiſcopo. *ibid. §. cruces.*

7 Neq;

7 Neq; conuentus crucis, vulgò ſocietates virorũ, ac mulierum, niſi iuxta regulas pręſcriptas, inſtituantur. *ibid.*

8 Altare lapideum ad huiuſmodi cruces non apponatur, ſed tantùm lignea menſa duorum cubitorum latitudinis, cancelloq; ferreo muniatur. *ibid.*

9 Scholę crucis alię Scholę, ſeu Collegio, nè aggregentur, ſub pœna priuationis, & extinctionis ipſo facto incurrenda. *ibid.*

10 Singulis ferijs ſextis Quadrageſimæ, crux, in altari maiori adoranda, exponatur. *Diœc. 11. & 32. cap. 8. §. cæterum.*

11 Ad crucem proceſſionalem cuiuſquè cleri ſæcularis, & regularis duo lumina in candelabris ardeant. *Prou. 5. tit. quæ ad diu. off. pert. §. lumina duo.*

12 Cruces quæcumq; ſtata prece benedicantur. *Prou. 4. tit. de ſacr. Reliq. & imagin. §. Cruces, & §. imagines.*

CVSTODES ECCLESIÆ.

1 Obſeruent laicos, & clericos contra decorum delinquentes in Eccleſia, eoſquè moneant, & ſi opus eſt, ad Præfectum chori, vel Epiſcopum deferant. *Prou. 1. tit. de off. Cuſt. §. Cuſtodes.*

2 Nè quemquam noctu in Eccleſia morari ſinant. *ibid. §. Neuè quemquam.*

3 Vigilent maximè, nè altaria ſpolientur, aut quicquam ex Eccleſia ſurripiatur. *ib. §. maximè autem.*

DECANI.

1 Eorum nomina in tabellã quotannis referantur, quę in Cancellaria Epiſcopali sẽper maneat expoſita, vt eos noui Parochi non ignorent. *Diœc. 32. cap. 27.*

2 Decanus debet eſſe Parochus eiuſdem Plebis, maturæ ætatis, ac morum, vel Sacerdos, qui aliàs fuerit Parochus, vel idoneus iunioribus Parochis in ipſo munere. *Diœc. 30. cap. 2. (impreſſa eſt hæc ſynod. in trigeſima ſecunda.)*

3 Munus illius eſt inſtruere, monere, animare iuniores ad curam animarum, vt fuſiùs in eorum inſtitut. *cap. 3. ibid.*

4 Iunior quicumq; Parochus, vbi primum ad reſidentiam ſeſe contulerit, debet adire Decanum, & deinceps ſingulis quindecim diebus, hora à Decano iniuncta. *ibid. cap 4.*

5 Per quinquennium adibit; quo elapſo cenſeatur liber ab hac obligatione, niſi Archiepiſcopo, vel Viſitatori aliud videatur. *ibid.*

6 Decanis ſubſint & ij, qui non-

Digitized by Google

dum reſidentię quinquenniũ expleuerunt. *ibid.* §. *Decanis patribus*.

7 Decanorum electio fiat in Synodo Diœceſana; obeunte verò ex ijs aliquo, eligat Archiepiſcopus tantùm. *ibid. c.* 5. §. *Decanorum electio*.

8 In amplioribus Plebibus plures Decani eligantur. *ibid.*

9 Tertio quoquè menſe Decani reddant rationem Vicario Generali de progreſſu Parochorum iuniorum, qui deinde referat ad Archiepiſcopum. *ibid.* §. *tertio quoquè*.

10 Vicarius Foraneus in congregationibus menſualibus exquirat à Decano de eodem progreſſu. *ibid.* §. *in congregationibus*.

DECIMÆ.

1 Exigi poſſunt de quibuſuis fructibus, frugibuſvè, etiam antequàm illæ ad areas, domumvè non aſportatæ, dum adhuc in fundo, vel in ipſis paleis ſunt. *Diæc.* 4. *decr.* 38. §. *Decimas*.

2 E ſolo aſportare bona nemini liceat, niſi vocato Rectore, aut Parocho ad aſportationem, ſeu deſcriptionem. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ ad bon. Eccl. tuen. pert.* §. *nè cuiquam*.

3 Biduò antè ſignificetur Rectori, vt adeſſe queat. *ibid.* §. *itaquè*.

4 Vel ſaltem, ſi abſit, vni de eius familia, vel Eccleſiæ valuis ſcriptum affigatur. *ibid.* §. *quod ſi ille*.

5 Niſi diutiùs illa in ſolo detenta, damnum eſſent paſſura. *ib.* §. *quòd ſi diutius*.

6 Non licet habentibus ius decimandi facere inueſtituras earum; niſi & decimarum expreſſa quantitate, & qualitate; & pacto expreſſo, vt ea decima ſit integra, & in ipſis etiam agris pro earum modo, ac ratione in inſtrumento deſcribenda, à conductore, vel emphyteota exigatur: ac etiã alio pacto adiecto, vt quicunquè decimam ſoluere recuſarint, eorum nomina ipſe conductor, aut emphyteota, Eccleſiaſtico homini inueſtienti ſcriptis ſtatim deferat, vt contra recuſantes agere poſſit. *Diæc.* 4. *Decr.* 39. §. *quoniam*.

7 Aliter facta inueſtitura nullius ſit roboris, & inueſtiens pœnas dabit. *ib.* §. *ſi contra*.

8 Niſi aliter inueſtiendi facultas ſcripto detur ab Archiepiſcopo. *ibid.* §. *id verò*.

9 Primitiæ quoq; ſolui debent, vbi ſolent ſolui, ad rationem ſummæ ex communi loci cõſuetudine, diuturnoquè vſu comprobatæ. *ibid.* *Decr.* 38. §. *primitias*.

10 Inueſtituras Decimarum laicis

Digitized by Google

cis factas in perpetuum, recognoſcat Epiſcopus, & eas irritet, ſi illegitimè factas cognoſcat. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ ad bon. Eccl. tu. per.* §. *Decimarum.*

11 Recuſans ſoluere decimas, prætextu priuilegij, huic breue tempus præſcribat Epiſcopus, quo exhibeat priuilegiũ, & cauſam immunitatis oſtẽdat, & vbi leue fundamentum compererit, curet, vt quam primum eas præſtet, nec vllus ſit locus præſcriptioni. *ibid.* §. *ſi quibus.*

12 Duorum menſium ſpatium ad oſtendendam immunitatis cauſam præſcribat. *Diœc. 4. decr.* 38.

13 Idem ſtatuitur de primitiarum ſolutione. *ib.* §. *qui verò.*

DECRETORVM euulgatio.

1 Euulganda ſunt populo intra Miſſam de ſcripto, vulgari ſermone, ſummatim Decreta, quæ ſequuntur. *Diæc. 3. decr. 52.* §. *Decreta.*

2 Bis in anno in celebrioribus oppidis Diœceſis, Conſtitutio Pij Quinti contra ſimoniacos. *Prou.* 1.

3 Semel ſaltem in anno, iudicio Epiſcopi, Conſtitutio Pij V. de Medicis. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ ad ſacr. Panit. pert.* §. *grauiſſima illa.*

4 Item eiuſdem Conſtitutio, qua mulieres illuſtres interdicuntur ingreſſu Monaſteriorum Monialium, ſemel, & ſæpiùs, iudicio Epiſcopi. *ibid. tit. quædam quæ ad Monial.* §. *Conſtitutio illa.*

5 Bis in anno, Decretum Prou. 1. de Notarijs nõ denunciantibus pia legata. *Prou. 1. tit. de pior. locor. admin.* §. *decretum autem.*

6 Initio anni Decretum Conc. Triden. de clandeſtino matrimonio. ſeſſ. 24. de refor. c. 1. *Diœc. 3. ibid.* §. *Tridentini.*

7 Calendis Ianuarij, de Notarijs, vt ſupra, & de vſurarijs publicis. *ibid.* §. *Prouinc. ſecundi.*

8 Dom. 1. Quadrageſimæ, de Hæreticis denunciandis. *Pro. 2. tit. 1. decr.* 1.

9 Item, de conuerſatione in Eccleſijs. *Diœc.* 3.

10 Item, de communione Paſchali in Parochiali facienda, & non alibi, niſi de licentia Archiepiſcopi in ſcriptis. *ibid.*

11 Item de Decimis ſoluendis. *Prou.* 1.

12 Item de occupantibus bona, & iura Eccleſiarum, & locorum Piorum. *ibid.*

13 Item, in Cathedralibus excommunicationes omnes de ſcripto legantur. *Prou.* 3.

14 Et in Parochialibus iudicio Epiſcopi. *ibid.*

Digitized by Google

15 A Parochis euulgetur eodē die Decretum contra Veneficos. *Diœc. 32. c. 3. §. in fine.*

16 Dom. 2. Quadrageſimæ, De Notarijs, vtſupra, ex Prou. 3. *Diœc. 3. ibid. §. Prouinc. ſecundi.*

17 Dom. 1. Martij De obſeruatione feſtorum. *Diœc. 32. cap. 14. §. primo quoquè.*

18 Fer. 2. Paſchatis, De inuadentibus bona clerici defuncti: *ex Prou. 2. tit. 3. decr. 15. & 3. Diœc. 3. ib. §. eius decr. de inuadentibus.*

19 Dom. 1. poſt Paſcha, de obſeruatione dierum feſtorum. *ibid. & Diœc. 11.*

20 Calendis Maij, Decretum de Decimis. *Diœc. 3. ibid. §. eiuſdem decretum de ijs.*

21 Dom. 2. Maij, De melioramentis à conductore bonorum Eccleſiaſticorum factis. *ibid. §. eiuſ. decr. de melior.*

22 Fer. 2. Pentecoſtes, De Notarijs, vtſupra, & vſurarijs. *ib. §. Prouincialis ſecundi.*

23 Dom. 1. Iunij, De obſeruatione feſtorum. *Diœc. 32. c. 14. vtſup.*

24 Dom. 1. Septembris, decretum de Decimis. *Diœc. 3. ib. §. eiuſdem dec. de ijs.*

25 Calendis Nouembris, Decretum de matrimonio clandeſtino. *ib. §. Tridentini.*

26 Dom. 1. Aduentus, De Hæreticis denunciandis. *ibid. & Prou. 2.*

27 Item de Decimis. *Prou. 1.*

28 Item de occupantibus bona Eccleſiaſtica. *ibid. §. eiuſdem decr. de vſurpantibus.*

29 In Dom. vltima Adu. de Notarijs, vtſup. *Prou. 3.*

30 Epiſcopis licet dies prędictos mutare promulgationi deſtinatos. *ibid.*

31 Quæ denuncianda ſunt iuſſu Archiepiſcopi, antè concionem denuncientur. *Viſ. Ap.*

32 Decretorum euulgationes ſingulis annis à Parochis proprio nomine ſubſcriptæ ad Archiuium Archiepiſcopale tranſmittantur. *Diœc. 32. cap. 23. §. officij quoquè.*

DIVINA OFFICIA.

1 Duo de capitulo deligantur, alter ab Epiſcopo, alter à capitulo, qui pro varietate feſtorum præſcribant cantus modulationem, numerum luminum, & qualitatem veſtium, apparatuum, campanarum ſonum, & miniſtrorum rationem. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad §. miſſ. ſac. & diu. off. §. quare Epiſcopus.*

2 Nè in ſecularibus vllis Eccleſijs alio ritu, quàm Ambroſiano, Miſſæ, aliavè officia diuina dicantur: modò tamen in ijs ex veteri inſtituto alio ritu non celebretur. *Diœc. 2. decr. 5. §. cum officij.*

3 Diebus Dominicis, alijſquè feſtis

feſtis, quibus officium duplex peragitur, canonicus hebdomadarius pluuiale induat ad Veſperas, tum etiam duo Eccleſiæ miniſtri pluuialibus induti adſint. *Prouin. 4. ibid. §. diebus Dominicis.*

4 Pſalmi, Hymni, Antiphonæ, reſponſoria, & reliquæ Horarum preces, non verbis recitentur, ſed ſtata modulatione canantur, in prædictis diebus. *ibid. §. ijſdem.*

5 In matutino officio, & Prima, ſi ità Epiſcopo videbitur, pręterquam in ſolemnioribus, canora, diſtincta tamen, vocū pronunciatione pſalmos dici liceat; aut Pſalmi ad Laudes, Hymni, Antiphonæ, reſponſoria, & eiuſmodi omninò ſtata cantus modulatione pronuncientur. *ibid. §. in matutino.*

6 Vbi verò eſt conſuetudo cantandi quotidiè omnia, retineatur. *ibid. §. vbi verò.*

7 Ex cauſa, iudicio Epiſcopi, ſexta, & Nona, verbis pronunciari licebit. *ib. §. ſi verò.*

8 In Parochialibus Eccleſijs, vbi id decenter Epiſcopi præſtari poſſe cenſuerint, officia diuina celebrentur, vt fit in Collegiatis; ideſt, in Natali Domini, Circumciſione, Epiphania, Paſchate, Pentecoſte, Aſcenſione, Annunciatione, Aſſumptione B. V., Natali S. Io. Baptiſtæ, SS. Petri, & Pauli, omnium SS. & S. Titularis Eccleſiæ Parochialis. *ibid. tit. de Paroch. & Paroch. iurib. §. cum omni pietatis.*

9 Ijs ipſis diebus Sacerdotes, & Clerici, alijs Eccleſijs non addicti, conueniant ad prædicta in choro cantanda. *ib. §. ijs verò ipſis.*

10 Pro temporum ratione, ac viciſſitudine certam horam, certumquè interuallum pulſandis campanis, curet Epiſcopus præſcribere, ad ſignificationem diuinorum officiorum: *Prou. 4. tit. quæ per. ad §. miſſ. ſacr. & diu. off. §. Epiſcopus pro temporum ratione.*

11 Certam quoq; regulam pro ratione feſtorum duplicium, ſemiduplicium, & ſimpliciū. *ibid. §. officia diuina.*

12 Colorum varietas iuxta Rubricas accuratè ſeruetur. *ibid. §. ſicut ſancta mater.*

13 Omnes clericalis ordinis, habeant, & legant libellum inſcriptum *Theſaurus piarum, & Chriſtianarum inſtitutionum. Diœc. 11. tit. Mon. exec. decr. quæ ad diu. off. §. in qua.*

14 Si quæ Miſſæ, aliavè officia extra ordinem inciderint, ex cauſa, Pontificali ritu celebrāda, Epiſcopi iuſſu, ijs in tempore ſignificentur, à quibus popu-

Digitized by Google

populo denuntianda ſunt. *Pr. 6. tit. quæ ad diu. off. §. ſi quæ.*

15 Libri antiphonarij nondum emendati, curent Epiſcopi, vt quamprimùm acuratè emendentur, & accõmodentur ad Breuiarij noui editionem. *ib. §. libri.*

16 Epiſcopo, cum adeſt in choro diuinis officijs, aſſiſtãt duo Canonici. *Prou. 5. tit. quæ ad diu. off. §. Epiſcopus pro cæremoniarum.*

17 Triplex tabella de diuinis officijs rectè obeundis acuratè ſeruetur, & in vſum inducatur pœnis propoſitis. *Prou. 4. tit. de diſtrib. §. cum, & Tridentinis.*

18 In omni etiam Parochiali ſacriſtia publico loco affixa ſit. *ibid.*

DOCTRINA Chriſtiana.

1 Parochi, ſingulis Dominicis, & feſtis de præcepto, pueris initia fidei tradant; & ideò à prandio ſtata hora proprio campanæ ſigno eos conuocari curent. *Prou. 1. tit. de fid. init. à Par. trad.*

2 Vel ſaltem die feſto intra Miſſarum ſolemnia, vel in Veſperis, aut paulò antè, ſi frequentior tamen eſt populus, clara voce, modò vnum, modò alterum caput doctrinę Chriſtianę recitent, & hortentur, vt audientes eadem verba ſimul referant. *Prou. 5. tit. quæ ad præd. ver. Dei, & Doct. Chriſt. §. quò faciliùs.*

3 Ludi magiſtri conſcriptum de eadem doctrina libellum cum libris rudimentorum grammaticæ coniungent, & eiſdem agglutinent. *ibid. §. ludi magiſtri.*

4 In ſingulis Diœceſis Oppidis & vicis, Doctrinæ Chriſtianæ ſodalitas inſtituatur. *Prou. 2. tit. 1. Decret. 2. §. quò ſtudioſiùs.*

5 Et vbi non poteſt, in ijs duo, treſvè homines ſaltem deligantur auctoritate grauiores, qui id ſollicitudinis ſuſcipiãt, vt pueros ad Parochum inducant. *ibid. §. quibus autem locis.*

6 Pluuio tempore, niuium, aut cum via difficilis eſt ad Eccleſiam Parochialem, Vicarij, & Parochi eam doceri curent pueros in oratorijs, vel capellis vicinioribus, vel in alio loco honeſto per clericum idoneum, vel alios ſodales. *Prou. 4. tit. de doctrina Chriſtiana. §. vbicunquè.*

7 Clerici quicumquè Parochũ ſuum in hac re iuuent, in vrbe, & Diœceſi. *ibid. §. Clerici.*

8 In vnaquaquè Plebe, aut Vicariatu ſcholæ omnes vnum corpus conficiant, & Priori Generali illius Vicariatus pa-

geant;

reant; vniuerſæ, Priori Generali Mediolani. *Diæc.* 11. *tit. Mon. exec. decr. Prou. & Diœceſ.* §. *in vnaquaq; plebe.*

9 Prior Generalis, & Viſitatores minores has congregationes erigant, & ſemel in anno viſitent, & recognoſcant. *Diæc.* 32. *cap.* 7. §. *licèt.*

10 Viſitator quidem cum Priore Generali erigat, & ſi opus eſt, adhibito voto Vicarij Foranei, & Parochi, intra cuius fines erigenda eſt ſchola, re ſtatim delata ad Congreg. Generalem. *ibid.* §. *cæterum.*

11 Puellæ in ſcholis contineantur, nec antè elapſum ſtatutũ tempus Doctrinæ vagari permittantur, & vbi neceſſitas vrgeat, non ſolæ, nequè in ædes contiguas eccleſiaſticorum tranſire; cogente neceſſitate, matrona ſit comes. *ibid.* §. *Puellæ.*

12 In eadẽ Eccleſia mares à fœminis doceantur ſeparato loco, ſepto ligneo adhibito, vel alia ratione. *ibid.* §. *Puellæ.*

13 Scolaſtici ſuos diſcipulos ad haſce ſcholas perducant. *Diœc.* 11. *vtſup.* §. *ſcholaſtici.*

14 Ineatur ratio, qua in Hoſpitalibus hæc Doctrina tradatur. *Prou.* 3. *tit. de ſchol. Doct. Chriſt.* §. *Epiſcopus.*

15 Conſtituantur confeſſarij, & concionatores in hanc cauſam. *ib.* §. *eiuſdem* §. *ſi quàm.*

16 Viſitentur ſæpiſſimè, tum à Præfectis earum, tum ab alijs, & de earum ſtatu, & progreſſu referant. *ibid.* §. *ſcholas præterea.*

17 In vnoquoq; Vicariatu conſtituatur vnus, pluresvè Eccleſiaſtici, qui ſcholas viſitent, & ſingulis ſaltem menſibus de ijs Vicarium Generalẽ moneant. *Diæc.* 11. *vtſup.* §. *Eccleſiaſticus vir.* Et tertio quoq; menſe id fiat. *Prou.* 7. *de Doct. Chr.* § *Eccleſiaſt.*

18 Publicentur Indulgẽtiæ duobus diebus Dominicis antè Calendas Maij. *Prou.* 3. *ibid.* §. *quo maior.*

19 Et ſepiùs arbitrio Epiſcopi. *ibid.*

20 Fiat etiam in die feſto omnium SS. & SS. Innocentium. *Diæc.* 11. *vtſup.* §. *hæc promulgatio.*

21 In Calendis Maij fiat proceſſio ſolemni ritu, & ſumatur ſacra Euchariſtia. *Prou.* 3. *vt ſup.* §. *illis autem.*

22 Et in feſtis omnium SS. & SS. Innocentium. *Diæc.* 11. *vtſup.* §. *qui ambo.*

23 Muſicæ cantiones, ſymphoniaca inſtrumenta arceantur ab his ſodalitatibus ſub pœna Epiſcopo arbitraria, ſi quis hoc decretum violauerit. *Prou.* 7. *ibid.* §. *quibus.*

24 Eo

Digitized by Google

24 Eo tempore, quo habentur ſcholæ, concio nè fiat. *Prou. 3. ibid. §. ſi quàm.*

25 Sacerdotes, & Clerici inferiores, qua hora in Choro officijs celebrandis non ſunt adſtricti, Parochum, intra cuius Parochiæ fines habitant, in Scholis Doctrinæ Chriſtianæ adiuuent ad præſcriptum eorum, quibus id curæ datum eſt in vrbe; & in Diœceſi, Vicariorum Foraneorum. *Diœc. 4. decr. 5. §. Sacerdotes.*

26 Id ipſum præſtari ab ipſis curet Vicarius Foraneus in capellis, & oratorijs, ſi quę erigi, eius iudicio, expedire cenſuerit, ad habendas doctrinas Chriſtianas. *ibid. §. ſi quis verò.*

27 Vbi per pluuiam, vel aliud graue incommodum conuenire nequit populus ad Parochias, vel capellas ad Chriſtianam Doctrinam, curet Vicarius eam haberi in propinquioribus capellis, aut oratorijs, aut ſaltem in aliquo honeſto loco per clericum idoneum, vel alios inſtructiores hanc exercitationem fieri. *ib. §. ſi quando, & Prou. 4. tit. de Doct. Chriſt. §. ſi quando prætereà.*

DVELLVM.

1 Parochi, & concionatores, ſaltem bis in anno præmoneant populos de huius delicti atrocitate, & cenſuris. *Diœc. 32. cap. 10. §. cum atrox.*

2 Statim ac compererint Parochi duellum commiſſum, aut breui committendum, loco delecto, & ſchedulis affixis, moneant Archiepiſcopum. *ibid.*

ECCLESIA.

1 NOua Eccleſia inconſulto Epiſcopo nè ędificetur. *Prou. 4. tit. de Eccleſ. fabr. §. noua Eccleſia.*

2 In Eccleſia conſecrata nihil noui ędificetur ſinè facultate Epiſcopi. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ pert. ad orn. & cult. Eccl. §. nè in Eccleſia.*

3 Crucifixi imago ſculpta, in loco cōſpicuo ponatur inter altare maius, & populum. *Prou. 4. tit. de Eccl. fabrica. §. Crucis. Viſit. Apoſt. tit. SS. Cruc. Imago. §. Eccleſia.*

4 Vas aquæ benedictæ in Eccleſia ſit, non extra, & in ingreſſu à dextris introeuntiū, & ad vnamquamq; portam. *Prou. 4. ibid. §. labrum. & Viſ. Apoſt. tit. vas pro aqua.*

5 Marmore conſtet, vel petra ſolida. *Prou. 4. ibid. Viſ. Apoſt. ibid.*

6 Columella, vel baſe ſuffultum. *Viſ. Apoſt. ibid.*

7 Cum

Digitized by Google

7 Cum aſperſorio appenſo, è ſetis, non ſpongia confecto. *Prou. 4. ibid. Viſ. Apoſt. ibid.*

8 Porticus antè portam ſit maiorem pro baptizandis. *Prou. 4. ibid. §. qua in Parochiali.*

9 Nulla permittatur feneſtra, ex qua foris ſtans Miſſam quis videre poſſit. *ibid. §. nulla. Viſ. Apoſt. tit. feneſtra. §. nulla.*

10 Vitro, vel ſaltem tela feneſtræ contectæ ſint, atq; etiam clathratæ, præſertim in Parochialibus, niſi altæ admodum ſint. *Prou. 4. ibid. §. feneſtra.*

11 Opportunum eſſet rete ramni, vel fili contexti, nè aues intrare poſſent, & nidos conſtruere, quos ſtatim amoueāt Rectores ſub pæna ſcutorum ſex, ſodalitati Sanctiſſimi Sacramenti applicandorū. *Viſ. Apoſt. tit. feneſtræ. §. feneſtræ omninò.*

12 Retibus ferreis, aut funeis ceratis, quoad æreis muniri poſſint. *Diœc. 11. tit. Mon. exec. decr. quæ ad dies feſt. & ſac. temp. §. feneſtræ vniuſcuiuſq;*

13 Suggeſtus pro cōcione adſit. *Prou. 4. ibid. §. in vnaquaq;*

14 Sacrarium vnum in capella maiori, aut propè ſacriſtiam, vel in ipſa, præter aliud, quod fontis baptiſmalis eſt vſui. *Prou. 4. ibid. §. in vnaquaq;*

15 Sedes Epiſcopalis ita collocetur in alto loco, vt Epiſcopus populum intueatur, & à populo conſpiciatur. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ pert. ad orn. & cul. Eccl. §. ſi qua.*

16 Sedes propriæ amoueantur, & communes habeantur, maximè mulierum, quæ fiant ſimplici opere fabrili, ſumptibus confratrium, quæ ſunt in iiſdem Eccleſijs, vel populi concurrentis, prout Epiſcopus meliùs expedire iudicauerit. *Prou. 4. tit. de decor. orn. nit. Eccl. §. vt Eccleſiarum.*

17 Quæ ad vſum audiendæ concionis conceduntur ſedilia, ſint vniformia, & modicum ſpatij occupent, fiantq; communi, aut Eccleſiæ, aut populi expenſa, aut etiam priuata particularium, modò ſint in omnibus ſimilia cæteris; nec ſint nomine, ſignovè alicuius particularis inſcripta, ſinè licentia Archiepiſcopi. *Diœc. 32. cap. 32.*

18 Rectores Eccleſiarum, tàm in Ciuitate, quàm in Diœceſi, etiamſi Regulares, & exempti ſint, intra quatuor menſes hunc abuſum tollere ſtudeant, omniaquè ſedilia ad præſcriptam formam componant; & ſi quæ difficultas orietur quo minus hoc Decretum executioni mandari

non

Digitized by Google

non poſſit, Viſitatorem moneant, qui ad Arch. referat pro remedio. *ibid.*

19 Parietes Eccleſiæ à tergo, & vtroq; latere, non imaginibus, ſed rubro colore pingantur; frontiſpiciũ pictura decenti, & ſacra, & nihil profani in vlla parte parietum pingatur. *Diæc.* 11. *tit. Mon. ex. decr. quæ ad dies feſt. & ſac. temp.* §. *qua omni*.

20 Locus diſtinctus à mulieribus aſſignetur viris, vbi commodè fieri poteſt. *Prou.* 4. *tit. de relig. in ſac. loc. conu.* §. *vbi vetus*.

21 Vbi frequens populi concurſus eſſe ſolet, ſaltem panno longè per Eccleſiam ducto partitio fiat. *Diæc.* 4. *decr.* 36.

22 A locis ſacris, & à cæmiterijs amoueantur arma, vexilla, trophæa, & victoriæ monimenta in ſublimi loco poſita, aut è pariete prominentia. *ibid. decr.* 37.

23 Prohibentur aulæa obſcenis figuris contexta, & imagines ethnicorum hominum in ornatu templorum. *Prou.* 2. *tit.* 2. *decr.* 18.

24 Antequàm in Eccleſia, capella, oratoriovè quicquàm noui ædificij, ornamenti, picturævè fiat, illius operis delineatio primum Archiepiſcopo, probata, in vrbe, Viſitatori, in Diæceſi, Vicario Foraneo exhibeatur, vt executioni mandetur. *Diæc.* 11. *vt ſup.* §. *id ità omninò ſeruetur.*

25 Qui ſecus fecerit, omninò iure compellatur ad eadem ſuo ſumptu reficienda, in quibus deliquerit. *ibid.*

26 Inſignia familiarum, quæ in funere adhibentur ad parietes, ità affigantur, vt exequijs abſolutis facile tollantur. *ib.* §. *inſignia familiarum*.

27 In atrijs Eccleſiarum nullo modo à laicis ædificari permittatur. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ pert. ad orn. & cul. Eccl.* §. *in atrio. Prou.* 2. *tit.* 2. *dec.* 22. §. *illud curet Epiſc.*

28 Arbores, arbuſta, remota ſint, rami à tectis amputentur; vites, rubi, ſpinæ à pariete exteriori. *Prou.* 4. *tit. de orn. decor. nit. Eccleſ.* §. *Arbores.* §. *ſi qui.* §. *Vites*, §. *Arubis*.

29 Stabula armentorum ſint procul. *ibid.* §. *ſtabula*.

30 Laicorum ædes nè ædificentur, quæ parietes Eccleſiæ tangant. *Prou.* 2. *tit.* 2. *decr.* 22. §. *Illud curet Epiſcopus*.

31 Inſtructiones de fabrica Eccleſiæ, & eius ornamentis, omninò ſeruentur. *Prou.* 3. *tit. vt ſup.* §. *quæcunq;*

32 Niſi aliquando Epiſcopus aliqua de cauſa aliter cenſuerit. *ibid.*

ECCLESIÆ Conſecratio.

1 Eccleſiæ Parochiales conſecrari debent. *Prou.4. tit. de Eccleſ. & altar. conſec. §.Eccleſiæ.*

2 In earum conſecratione pridiè ieiunandum erit à populo parochiæ cum ſupplicationibus. *ibid.*

3 In ipſo die conſecrationis abſtinendum eidem ab omni opere ſeruili. *ibid.*

4 In tabula marmorea notetur dies, menſis, & annus conſecrationis, quæ collocetur in Eccleſia, ab Eccleſiæ fronte, non longè à ianua primaria in loco illuſtri. *ibid. §. quo firmius.*

5 Tum illa notetur in libro certo aſſeruando in archiuio Epiſcopali. *ib.§. in Eccl. item.*

6 Quotannis celebretur à ſuo clero, Horis canonicis, Miſſa, & apparatu. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ ad diu. off. pert. ibid. §. quòd ſi.*

7 Abſtineant ſaltem manè fideles vicini ab omni opere ſeruili. *ibid. §. curet autem.*

ECCLESIÆ Cultus.

1 Nemo gradibus altaris adhęreat, dum ſacrum habetur, & adhærentes, Sacerdos, vel Clericus eos amoueri iubeat. *Prou. 3. tit. de his, quæ ad diu. off. pert. §. nec verò.*

2 Cum diuina officia celebrantur, nemo hæc audeat.

Deambulare, nugari, circulos habere, negotijs operā dare, cum mulieribus, de quibus ſuſpicio eſſe poſſit, colloqui.

Altaribus, fontibus Baptiſmi, vel aquæ benedictæ adhærere.

In limine, aut antè fores immorari.

Auerſus ab Euchariſtiæ Sacramento irreuerenter ſedere, aut, cum in Miſſa ſuſtolitur, ſtare.

Aut quouis modo diuina officia perturbare, aut irreuerenter verſari.

3 Nè quis in Eccleſijs, atrio, veſtibulo, aut porticu quicquam venale proponat, nec ſi ad vſum ſacrificij, vel Eccleſię futurum ſit.

4 Nemini cum venaticis canibus, vel volucribus in Eccleſiam ingredi liceat; nequè haſtam, ſclopetos, baliſtas, & eiuſmodi in eam inferre.

5 Nè mendici in Eccleſia vagentur.

6 Qui in his non paruerit, ab Eccleſia expellatur, vel ad Epiſcopum deferratur.

7 Pernoctationes in Eccleſia tollantur. *Hæc in Prou. 1. tit. de Eccleſ. & ear. cult. à §. In Eccleſia ad §. ſicut Eccleſiaſtica.*

8 Nè

8 Ne ibi laici homines de rebus profanis, aut de ijs, quæ ad Eccleſiam non pertinent, congregationes, concilia, parlamenta publica habeant. *Prou. 2. tit. 2. decr. 23.*

9 Neq; profanæ ſchedulæ, ſcriptavè foribus Eccleſiæ, ſeù parietibus affigantur. *Prou. 4. tit. de prof. vſu à ſac. loc. toll. §. Ne ædium.*

10 Nè tecta palearum aceruis. aut lignorum ſtrue onerentur: neq; à parte ſuperiori, vel cænaculum, vel cubiculū, vbi, aut dormiatur, aut habitetur, aut quicquam profani habeatur. *ib. §. Ne Eccleſia.*

11 Nè frumentū, milium, hordeum, & ſimilia recondantur in Eccleſia. *Ib. §. ne frumentum.*

12 Neque clauis laicis hominibus, præſertim colonibus, eiuſdem Eccleſiæ, ſinè licentia Epiſcopi comittatur. *ibid.*

13 Nihil fabrile ibi fiat, niſi quod ad eiuſdem Eccleſię vſum alibi fieri nō poteſt. *ibid. §. nè campanæ.*

14 Cautio præſertim adhibeatur, nè per Eccleſiam, quaſi per viam publicam tranſeant cum oneribus, & rebus profanis. *ibid. §. Eccleſiæ oſtia.*

15 Nequè in ea tradantur rudimenta Grammaticæ, humanarumq; litterarum, tanquam in ludo litterario. *ibid. §. nè grammaticæ.*

16 Si tamen detur hac de re facultas ſcripta ab Epiſcopo ob anguſtiam domus Parochialis, fiat in loco longè remoto ab altari maiori. *ibid. §. ſi quo tamen.*

17 In eadem, nè lignorū ſtrues fiant, nequè tigna congerantur, nequè aliud indecorum aſſeruetur. *ibid. §. tit. de orn. decor. nit. Eccl. §. in ijſdem.*

18 Ad vſum profanum adhibita, nè vſui ſint ad ornandam Eccleſiam, ſeu imagines Sanctorum. *ib. §. idem ſancitur. Diœc. 4. decr. 6.*

19 Nè animalia, piſces grandiores, eorumvè membra appēdantur, niſi quæ voti, aut piæ ſignificationis cauſa Epiſcopus permiſerit. *ibid. Prou. 4. vt ſup. §. nè animalia.*

20 Mulieres velo capita tegant in Eccleſia, & proceſſionibus. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ pert. ad orn. & cult. Eccl. §. grauiſſimis.*

21 Sub pæna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, & contumaces poſt trinam monitionem. vel vnicam pro trina, ab Epiſcopo puniantur. *Prou. 6. tit. quæ ad cult. Eccl. pert. §. quod de velo.*

22 Moneat Rector Eccleſię per ſe, vel alium, mulierem non velatam, ſemel, & iterum; &

contumacem interdicat (niſi ratione perſonę timeatur ſcādalum) & ea non recedente, ceſſet à diuinis, & ad Archiepiſc. deferat. *Diæc. 32. cap. 31. per totum.*

23 Poterit etiam nomen mulieris ſubticere, ſed peractis officijs eam moneat incidiſſe in pœnam. *ibid.*

24 Pannus ad velandum caput non tenuis, ſed denſus ſit; nō à frōte reuulſus, nec omninò amouibilis, ſed acu transfixo firmiter capiti hæreat, & capillaturam omnem tegens, etiam à fronte demiſſus pendeat. *Diœc. 11. tit. Mon. exec. decr. quæ ad dies feſt. pert. §. Prima Dominica.*

25 Alioquin nè cenſeantur ſatisfacere Decreto. *ibid. §. alioquin.*

26 In Eccleſia nemo miniſtret ſinè ſuperpelliceo, aut certis indumentis, quæ pro ratione officij requiruntur. *Pro. 1. tit. Comm. de rat. off. §. in choro.*

27 Verratur Eccleſia octauo quoquè die, & omnia perpetuò eniteant. *Prou. 4. tit. de orn. decor. nit. Eccl. §. Altaria item.*

28 Lampas quocunquè in altari collocata ſit, non à latere, ſed è regione poſita colluceat. *ibid. tit. de ſacris locis. §. Lampas.*

29 E vitro conſtet, niſi è ferro, vel ſtamno conſtare aliquando neceſſe ſit, vt in locis alpinis accidit; vtraquè autem auricalchi opere decore tegatur. *ibid.*

30 Ad loca illa ſub gradibus, altariquè maiori extructa, quæ Confeſſiones dicuntur, cautio adhibeatur, nè viri & fœminæ eodem tempore ingrediantur, præſertim in populi frequentia. *ibid. tit. de relig. in ſac. loc. conuerſ. §. ad illa loca.*

31 Vel ibidem fiat diuiſio, vel certus dies, certaquè hora viris, & fœminis ſtatuatur. *ibid. §. quare.*

32 Prę forib⁹ Eccleſiæ, atrio vè, præſertim diuinorum officiorum tempore, nè pila ludatur, aut aliud agatur, vnde ſtrepitus excitantur. *ibid. §. pro foribus.*

33 Mulieres meretrices, nè domicilium habeant, quod, vel Eccleſiæ, vel ædibus Eccleſiaſticis continens, aut prope inhæreat. *ibid. §. illud parochus.*

34 In Eccleſia, ſi crimen committatur, Paroch⁹, intra cuius limites eſt illa, etiamſi ſit regularis, & exempta, moneat Epiſcopum, ſeu Vicarium. *Prou. 6. tit. quæ ad cult. Eccleſ. pert. §. ſi quæ delicta.*

35 Idemq; fiat à Rectore Eccleſiæ *ibid. §. ſi quæ.*

Occi-

Digitized by Google

36 Occiſorum cadauera nè in Eccleſijs inſpiciantur,ſed alio portentur. *Prou. 1. de Eccl. & earum cult. §. nè occiſorum.*

ECCLESIÆ Profanatio.

1 Si quæ Reliquiæ ſacræ in Eccleſia profananda reconduntur, aliquot ante profanationem diebus diligenter recognitæ,ad Eccleſiam,quæ placuerit Epiſcopo,transferātur. *Prouin. 4. tit. de rat. adhib. in Eccl. & alt. profan.*

2 Conueniat ad hanc translationem illius viciniæ clerus, & populus.

3 Sacræ quoq; imagines tranſferantur.

4 Tùm altaria per Sacerdotem ab Epiſcopo in ſcriptis deputatum,amoueantur hoc ritu.

5 Tacitè oret antè altare genibus flexis, orationem Dominicam, Salutationem Angelicam,& orationem de Sācto titulari Altaris dicat; tum ab omni parte detegat illud, lapidem conſecratum euellat integrum; manibus ſuis lauet,& abſtergat, & aquam in ſacrarium effundat.

6 Lapide amoto,inſpiciat,ſi reliquiæ ſuæ inſunt, & aſſeruet transferendas in Eccleſiam deſignatam:tum reliqua pars altaris ab operarijs amoueatur.

7 Hoc idem fiat in ſingulis altaribus.

8 Alio die oſſa fidelium exhumentur, vnoquè loco collecta reponantur; præſente eodem Sacerdote.

9 Prece adhibita antè exhumationis initiū antè altare maius;cum proceſſione Cleri,& populi viciniæ,oſſa efferantur ad locum deſtinatum.

10 Dum efferuntur officiū pro defunctis conſuetum dicatur, & vbi reponentur, miſſa fiat pro ijſdem.

11 In Eccleſia diruta crucis inſigne figatur, quod amoueri non queat. *Hæc ibid. à §. Eccleſia, ad §. Altaris.*

12 Lapides coemēta,tigna,omniſquè materia Eccleſiæ dirutę,ad vſum profanum, non tamen ſordidum, adhiberi poteſt. *Prou. 5. tit. de Eccleſ. ear. ſupell. §. lapides.*

13 Pecunia, quæ indè colligetur, Epiſcopi iudicio in vtiles Eccleſię ſumptus conferatur. *ibid. §. pecunia.*

14 Miſſarum munus ad Eccleſiā primariam transferatur, niſi Epiſcopus legitima facultate ad aliam transferre cenſeat. *ibid.*

15 Ibi Altare Sancti nomine extruatur,cuius titulo;quæ profanata eſt, nuncupabatur, expenſis illius, ad quem profanatæ

natæ Eccleſiæ cenſus peruenit.

16 Illius etiam cæmiterium cũ oſſibus mortuorum ad eandem Eccleſiam transferatur *ibid. §. illius porrò.*

17 Vbi adhibitis Eccleſiaſticis cenſuris, & mulctis obtineri nequit, vt Eccleſiæ cãpeſtres indecentibus vſibus non deſeruiant, demoliantur, & ſi quid habẽt in redditu illæ Eccleſiæ, ad earum clauſuram potiſſimum tuendam inſumatur. *Viſit. Apoſt. tit. cæmiteria §. Campeſtrium.*

18 Si quæ capſæ Epiſcopi conceſſu in Eccleſia cõſtituentur pro eleemoſyna fideliũ colligenda, nè intra cancellos capellæ, altariſvè ponantur, ſed ita ponatur clathra ferrea, vt non ſit neceſſe fideles ingredi pro eleemoſynarum collatione. *Prouin. 4. tit. de orn. decor. ac nit. ſacr. loc. §. ſi quæ capſæ.*

19 Stata hora curet Epiſcopus Eccleſias claudi, & aperiri, & vbi per totum diẽ apertæ eſſe debẽt, Clericus cuſtodiat Eccleſiam, & in ea prohibeat indigna ſacro loco peragi. *Pro. 4. tit. de relig. in ſac. loc. conuerſ. §. nè ſacris.*

20 Nè in finibus atrij Eccleſiæ, neque in cœmiterio rixas, aut quæ ſcandalum pariunt, quis faciat, nequè arma ſtringat, aut ijs quemquam aggrediatur. Qui cõtra fecerit, & monitus, ſui facti debitam excuſationem non tulerit, communione, Epiſcopi arbitrio priuetur. *ibid. §. nè quis.*

ECCLESIÆ
Reparatio.

1 Pro reparatione Eccleſiæ, omnis eius cenſus ab Epiſcopo ſequeſtri nomine deponatur apud virum probum, & erogetur in eiuſdẽ inſtaurationem, etiamſi Eccleſiæ ordinis Hieroſolymit. obueniret. *Prou. 5. tit. de Eccl. earum ſupell. §. quę Eccleſię.*

2 Vel nullo cenſu exiſtẽte, hortante Epiſcopo, impenſis ciuitatis, municipij, locivè inſtauretur. *ibid. §. quo verò.*

3 Id omne de oratorijs etiam ſit conſtitutum. *ib. §. id omne.*

ELEEMOSYNA.

1 In petẽdis eleemoſynis Hoſpitalium, & aliorum piorum locorum nomine, hæc ſeruentur.

2 Vt in ijs locis hoſpitalitas, & opera pia re ipſa exerceãtur.

3 Vt ea loca ſint in Diœceſi, in qua eleemoſyna petenda ſit.

4 Vt qui petit ſit eiuſdem Diœceſis, & bonæ exiſtimationis.

5 Non fuerit ex numero quæſtorum; quos damnat *Conc. Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 9.*

6 Il-

6 Illud officium gratis fiat, vel conſtituta certa mercede; nec vllo modo ſit particeps eleemoſynę.

7 Ab Epiſcopo eiuſdem Diœceſis licẽtiam ſcriptam quotannis renouandam impetrabit.

8 Qui contra hæc fecerit, grauiter puniatur ab Epiſcopo, cui ſit cura in eorum tantum locorum vſum conferri eleemoſynam, quorum nomine eſt petita. *Hęc Prou. 1. tit. de piorum loc. admin. à §. in petendis ad §. in hoſpitalibus.*

9 Nemo operta facie præ pudore eleemoſynam quæritet ſinè licẽtia in ſcriptis, vel Epiſcopi, vel Vicarij Foranei. *Prouin. 4. tit. quę ad pia loca pert. §. nemo aperta.*

10 Puellæ nubiles, nè eleemoſynas quæritent nomine Eccleſiarum, neq; alio nomine. *Prouin. 2. tit. 2. decr. 24. §. ne item Diœc. 2. decr. 23.*

11 Primo quoq; dominico mẽſis, & in quatuor temporibus in omni Eccleſia cathedrali, & parochiali, etiam ſi Regularis ſit, colligatur eleemoſyna pro ijs, qui præ pudore oſtiatim quæritare non audent. *Prou. 4. ibid §. primò quoq;*

12 Nulla capſula, catula, aut vas, aut excauatum lignũ ad eleemoſynam recipiẽdam in Eccleſia, vel atrio ponatur, niſi de licentia in ſcriptis Epiſcopi. *Prou. 4. tit. de orn. decor. & nit. ſacr. loc. §. nè in Eccleſia, & Viſit. Apoſt. tit. in ſuis etiam mod. §. nulla.*

13 Et tunc duæ ſint claues, altera apud deputatũ ab Archiep. altera apud eos, quorum nomine eleemoſyna colligitur. *Prou. 4. ibid. Viſit. Apoſt. ibid. Diæc. 11. tit. de Mendicantib. §. idipſum.*

14 Capſulæ eleemoſynæ conficiantur ad præſcriptum, & obſignentur à Deputato ſigno S. Ambroſij. *Diæc. 11. tit. vt ſup. §. qua capſulæ.*

15 Qui alias circumferunt, puniantur à Vicario Generali, & Criminali. *ibid. §. alioqui.*

16 Eaſdem auferant Viſitatores, & Vicarij Foranei. *ibid.*

17 Eleemoſynæ conquirendæ cauſa, nè adhibeantur inſtrumenta muſicalia. *ib. tit. Mon. exec. decr. quæ ad Paroch. §. Parochus vnuſquiſq;*

18 Ea, quæ fit Metropolitanæ fabricandæ cauſa ab vnaquaquè vrbis regione, ea fiat manè, & ſinè ſpectaculis. *Diæc. 2. decr. 21. §. quare, & §. populus.*

19 Et eo ordine, vt primùm pueri Doctrinæ Chriſtianæ regionis, tum ſodalitates, poſtea clerus cum Litanijs, & Hymnis procedant. *ib. §. eo pr.*

20 Et

20 Et quę de Metropolitana dicta ſunt, ea ſeruentur vbiquè in oblationibus populorum, cura Vicariorum Foraneorum, & Rectorum Eccleſiarum. *Diæc. 4. decr. 34.*

21 Eleemoſynę collectæ in oratorijs campeſtribus cum expenſis, in certum librum referantur, & ratio reddatur Parocho illius. *Diæc. 11. tit. Mon. execr. decr. quæ ad dies feſt. §. de claudendis.*

22 Quod ab vniuerſitatibus, ſodalitijs, vel à quouis homine eleemoſynæ nomine in pauperes loci eſt erogandũ, quicquid illud ſit, adhibitis duobus viris per vniuerſitates delectis, & à Vicario Foraneo probatis, vna cum Parocho erogetur. *Prou. 4. ibid. §. vt pijs. Diæc. 4. decr. 44. §. vt pijs.*

23 Erogatio ſcribatur in certo libro, notato die, menſe, anno, cum ſubſcriptione dictorum virorũ, & Parochi. *Diæc. 4. ibid. §. cuius erogationis.*

24 Quæ alicui presbyterorum Collegio relicta ſunt, vt ab eo pauperibus diſtribuantur; neq; in totum, neq; in partem vniuerſo illi conuentui, neq; alicui eiuſdem ſocietatis Clerico, nè titulo quidem paupertatis diſtribuentur, ſinè ſcripta Archiep. facultate. *Diæc. 3. decr. 43.*

25 Antequam eleemoſynæ perceptæ ſint, eas vendi, locari, aut contractus vllos, pactioneſvè ſecretas iniri cuiquam, etiam Parocho, vllo modo nè liceat, pæna graui propoſita ab Epiſcopo. *Prou. 4. tit. de Paroch. & Paroch. iur. §. nec verò illas.*

26 In eleemoſynarum quarumcunq; erogatione teſtimoniũ in primis Parochorum adhibeatur. *ibid. tit. quæ ad pia loca pert. §. illud interdum.*

27 In pauperum delectu habeatur ratio etiã morum, & probitatis; & præſertim ſi Doctrinæ Chriſtianę ſcholas frequentent. *ibid. §. in pauperum.*

28 Nè vlla commutatio fiat in ſimiles vſus, etiam neceſſitatis prætextu, ſine facultate Epiſcopi. *ibid. §. quæcunq.*

29 Omninò verò teſtatorum voluntas executioni mandetur. *ibid.*

30 Et qui aliter diſtribuerit, ei pæna ſit dupli reſtitutio, grauiorvè arbitrio Epiſcopi. *ib. §. qui aliter.*

31 Eleemoſynæ à fidelibus oblatę in celebritate feſtiuitatũ, cædant in ſacrum vſum illius Eccleſiæ, vbi habetur feſtiuitas. *Diæc. 32. cap. 14. §. quæcunq;*

32 Collectores eleemoſinarum, Vicarium Foraneũ eius Plebis, in quam primò deuenerint

rint

Digitized by Google

rint adeant, quæſtuandi facultatem oſtenſuri ab Archiep. impetratã, vel in eius Trib. recognitam, & approbatam,cui propria manu ſubſcribat; nec aliter, ſub pœna carceris contumacibus, quæritare permittantur. *Syn.Diac.* 35. *Dec.* 52.

33 Inuigilent Vicarij Foranei, & Parochi, ne puellæ in publicis vijs deſtinẽtur ad eleemoſinas conquirendas. *Ib. Dec.* 53.

EMPHYTEOSIS.

1 Non permittatur, vt adminiſtratores fabricę Eccleſiæ,aut piorum locorum, vel eorum procuratores, aut eorum filij, aut propinqui, vel alius, qui ex illis pendeat emphyteoſis nomine conducat prædia,aut aliud, quod attineat ad ſuam adminiſtrationẽ. *Viſit. Ap.tit. quę pert.ad pia loca* §. *nullo modo.*

2 Alias amoueatur adminiſtrator, vel procurator. *ibid.*

3 Nemini, beneficiorum bona propinquis ſuis intra tertium gradũ, in emphyteoſim, aut ad cuiuſuis temporis ſpatiũ, etiam per ſuppoſitas perſonas, locare liceat, niſi magna, & euidens ſit Eccleſiæ vtilitas iudicio Epiſcopi; aliter nulla ſit locatio. *Pro.* 1.*tit. quæ pert. ad bon. & iur. Eccleſ. adm.* §. *nemini.*

4 Cum primũ quiſq;cui aliquid in ſingulos annos emphyteoſis nomine ſoluitur, id exiget, notarium adhibeat, quo teſtatum ſit de dominio directo Eccleſiæ, de fundo rei, de canone annuo, diligenti deſcriptione facta. *Pr.* 2.*tit.* 3.*dec.* 10. §. *vt bonorum.*

5 Qui negligens erit in hac re, dimidia parte fructuum vnius anni mulctetur. *ib.* §. *quòd ſi.*

6 Exemplum inſtrumenti prædicti, ſpatio menſis, Epiſcopo tradat Clericus in Archiuio aſſeruandum. *ibid.* §.*quę autẽ.*

7 Caducitatis pæna non remittatur, niſi ſeruatis à iure ſeruandis, alioquin Epiſcopi in ſynodo Prou. pænas dabunt. *Prou.* 1. *tit. vt ſup.*§. *ſi quę.*

8 De pacto meliora reddendi prædia, & expenſis vtilibus, & neceſſarijs fuſè in Decr. 11. *Prou.* 2. *tit.* 3.

9 Pro hac melioratione curent Viſitatores ſequeſtris etiam, & impenſis eorum, qui beneficia poſſident. *Diac.* 11. *tit. Mon. ex decr. quæ ad bon. Eccl.per.* §. *in qua re.* V. *Cap.*3. *Concord.Iuriſd.*V. *Fori Eccl.& ſecul. Conc.*

EPISCOPVS.

1 Quę ad propriã Epiſcopi perſonam attinent, hęc ſunt.

2 Dominicis, & feſtis diebus Miſſam celebret. *Prou.* 1.*tit.*

de frequen. diu. ſacr. oblat. §. *cũ Pontifices.*

3 Nè Principibus accumbentibus ſtent ipſi; nec eo quidẽ nomine, quòd ſumpto ab eis cibo, Deo gratias agere debeant. *ibid.*

4 Nequè inter Miſſam, pacem, aut Miſſale illis oſculandum præbeant. *ibid. tit. de dignit. Epiſc.*

5 In veſtitu ſericum non adhibeant, neq; pretioſis pellibus vtantur. *ibid.*

6 Vnguenta nè ſumant, nevè alias odorum ſuauitates conſectentur. *ibid.*

7 Nè mulæ, aut equo Epiſcopali ſtragulum, & ornamentũ ex villuto, aut ſerico, ſed ex corio factum, aut lana adhibeant. *ibid.*

8 Ephippijs, aut calcaribus, aut frenis inauratis non vtantur. *ibid.*

9 Rochettum in Eccleſia, & in publico habeant. *ibid.*

10 Sinè talari tunica ad collum adſtricta, ac mozeta nequè è cubiculo exeãt; nequè quemquã, niſi ex familia, admittãt; neque cum veſtitum antè noctem, vel niſi dimiſſis omnibus deponant. *ibid.*

11 Veſtes priuatæ tales ſint omnino, vt Modeſtiæ, & grauitati conſulatur. *ibid.*

12 In itinere, tàm in Diœceſi, quam extra, eum veſtitum habeat Epiſcopus, ex quo illũ eſſe Epiſcopum appareat. *ib. tit. de Epiſc. veſtitu.*

13 In ſupellectili nihil aureum, aut argenteum ſit, præter leuiſſima inſtrumenta, ad cibũ ori admouendum cõparata.

14 Nihil auro, argento ve ornatum.

15 Nihil ſericum, aut ſerico diſtinctum.

16 Non colorum varietas; non aulæa, aut tapetia; nihil acupictum, variè vè textum, aut ſtudioſius elaboratum.

17 Simplici corio tantùm, aut panno menſas, aliauè ſternere liceat.

18 Signa, & tabulas profanarũ rerum reijciat.

19 In ædibus duo tantùm loca veſtiri poſſint, quæ attributa ſunt Epiſcopo, alter eius valetudinis gratia, alter eorum gratia, qui ad Epiſcopum cõueniunt.

20 Liceat, & hoſpitum gratia habere neceſſarios apparat⁹, non tamẽ diuerſi generis, nec maioris pretij, quam eos, qui ad ipſius vſum conceduntur.

21 Equos nè alat, niſi neceſſarios.

22 Domeſticam omnem luxuriem, in ædificijs magnificentiam, picturas, & inania ornamenta excludat.

23 Ca-

Digitized by Google

23 Caueat, nè quid in eius domo appareat, quod non ſit ſimplex, ac purum.

24 Sordes,& ſuperuacaneũ ſumptum fugiat, & omnem operam ad templorum cultum conferat.

Hæc habes *titul. de Epiſcopi ſuppellect. Pro.* 1.

25 Menſæ accumbens benedicat, & quam decet frugalitatem, & temperantiam adhibeat.

26 In ea, præter primam eſcam, & vnum iurulentum cibum, alterum lacticinium, & duo fructuum genera, vnum, aut alterum, vel, vt aliquid conſuetudini,& hoſpitum ſtomacho indulgeatur, tertium ad ſummũ ſimplicis obſonij ferculum tantùm, ei apponi liceat, etiam quorumuis hoſpitum gratia.

27 Bellaria, placentæ, omniaq; ſaccaro artificioſè condita, exquiſita item vinorum genera prohibentur.

28 Menſa lectione ſacrorum librorum condiatur.

29 Paraſiti, ſanniones, ſcurriles ioci non admittantur.

30 Actio gratiarum clauſula ſit. *Hæc ib. tit. de Epiſc. menſa.*

31 Certam ſibi horam quotidiè ſumat Epiſcopus pro oratione, ſanctiſq; meditationibus. *Prou. 4. tit. de Epiſc.* §. *in oratione.*

32 Miſſę ſacrificiũ frequentiùs celebrare ſtudeat. *ib.* §. *Miſſæ.*

33 Et in Eccleſia crebriùs, quam in Oratorio. *ibid.* §. *hoc verò.*

34 Et omninò quãdo Eccleſias, cæmiteria, altaria conſecrabit, & alia id generis Epiſcopalia munera obibit. *ib.* §. *tum præterea.*

35 Et priùs Miſſam faciat, ſeù audiat, quàm alia negotia gerat. *ibid* §. *priùs autem.*

36 Dominicis, & feſtis diebus, nè Eccleſiæ deſit. *ibid.* §. *Dominicis.*

37 Solemni Miſſæ quam ſæpiſſimè poteſt interſit, & præſertim in Aduẽtu, & Quadrageſima. *Prou.* 1. *tit. de Miſſa ſolem.* §. *Epiſcopi.*

38 Confeſſarium ſibi eligat, qui ſit vir ſacra ſciẽtia, prudentia, ſpectatis moribus, & vitæ ſanctitate inſignis. *Prou.* 4. *ibid.* §. *Confeſſarium.*

39 Quotidiè ſtatis horis det operam Sacræ Theologiæ, ſacrorumq; Canonum ſtudijs, præſertim ſacris Biblijs legendis. *ibid.* §. *nè omittant.*

40 In auditorio omnibus ſatisfacere ſtudeat, & infimos homines nè audire negligat. *ibid.* §. *in auditorio.*

41 A nimia laicorum familiaritate abſtineat. *ib.* §. *A nimia.*

42 Laicalia conuiuia fugiat. *ib.* §. *laicali.*

Digitized by Google

43 Die ſuæ conſecrationis, formulam ſuæ promiſſionis de pontificali libro prolatã annis ſingulis in menſa legi curet; tum ſæpè Decr. Concil. Triden. ſeſs.25. c.1. & Conc. Prou. 1. & 4. ſibi recitari de vita Epiſcoporum. *ibid. Prou. 4. §. Die autem, & §. Tridentini*.

44 Sexta quaquè feria, in Vigilijs, Aduentu, Quadrageſima veſtitum induat nigro colore, ijs diebus exceptis, quibus ex ritu Eccleſiæ nullum mœſtitiæ ſignum veſtibus oſtendere debet. *ibid. §. ſexta quaq;*

45 Si cappam Epiſcopalem omninò induat, cum in Eccleſiã, vel ad diuina officia, vel ad conciones, vel ad ſacras lectiones, vel alias eiuſdem generis actiones accedit. *ibid. §. cappam*.

46 In atrio palatij Epiſcopos ordine pingi curet, qui præceſſerunt, ſi minus omnes, eos ſaltem, qui ſanctitatis, aut doctrinæ, aut rerum Epiſcopalium geſtarũ laude clari ſunt. *ibid. §. in atrio*.

47 Hoſpitio, menſavè recipiendis, etiam illuſtribus, & locupletibus viris, nè præſcriptam frugalitati normam deſerat. *ibid. §. hoſpitio*.

48 Eleemoſynis dãdis ita promptus ſit, vt pręter illas, quas per eleemoſynarium, etiam manu ſua in pauperes conferat. *ibid. §. eleemoſynas*.

49 Maxima ſit cura Epiſcopo in annonæ caritate populũ ſubleuando maximè prouidẽdo, nè Eccleſiaſtici frumentum, aut quid ad annonam ſubleuandã pertinens ſupprimant; quin etiam pœnis, & iuris remedio cogat eos rem omnẽ huiuſmodi apud Eccleſiaſticum hominem ſinè fraude ſcripto profiteri, & verum numerum ſincerè enunciare; & ſi rei frumentariæ grauitas ità tulerit, id omne frumentum venditioni exponat, ac vendi pretio, quo eo tempore in foro vendi ſolet. *ibid. §. Epiſcopus, qui §. ac præterea*.

50 In conſecrationibus, & benedictionib⁹ ſolemnioribus, concurrẽte populo, illius myſterij vim explicet, & rationẽ *Prou. 2. tit. 1. decret. 7.*

51 Quotannis per ſacra quatuor anni tẽpora ſuæ Ciuitatis Parochos aduocet, quos interrogabit de animarũ ſtatu, vt prouideat, prout cuiq; opus erit. *Prouin. 1. tit. de dilig. ab Epiſc. adhib. in ſtat. vni vſurius. paroch. cogn. §. quamobrem etiam*.

52 Oeconomum conſtituat, qui Eccleſiæ cathedralis prædia, bona, reſquè de illius ſententia, & arbitrio adminiſtret, nõ laicum, nequè ſibi cognatione,

Digitized by Google

nc, affinateuè coniunctum; ſed Eccleſiaſticũ, qui ſit Diaconatus ordine initiatus, & in certũ librum rationes adminiſtrationis referat. *Pro.5. tit. de Epiſc. Epiſcop. iuriſd. §.Sacroſancti, & §. eum verò. §. cuius adminiſtrationis.*

53 Epiſcopum hoſpitem, ſi die feſto permanſerit, vt populo ſermonem habeat, procuret, vel ſaltem cogat, vt populo benedicat. *ibid. §.quod de Epiſc. & §. hoc prætereà.*

54 Si coram Legato Pontificio, vel Cardinali S. R.E. vel Metropolitano huius Prouinciæ, nè Rochettum detectum ferat, ſed ſuperiori veſte tegat. *ibid. §. ſi quando.*

55 Idem faciat coram Viſitatore Apoſtolico, & in ea regione internuncio item Apoſtolico. *ibid. §. eundem.*

56 Duos ſibi eligat Sacerdotes pietatis zelo flagrantes, qui Epiſcopum admoneant ſincerè, & priuatim, prout opus erit. *Pro. 6. tit. de Epiſc. Epiſ. iuriſd. §. quamobrem.*

57 Item & eligat Epiſcopum Prouinciæ, quo cum negotia Epiſcopalia communicet. *ibid.*

58 Viſitet limina Apoſtolorum Romæ, ſaltem per certũ nuncium, inſtructum cognitione rerum ad Eccleſiam pertinentium. *ibid. §. quod Epiſcopus.*

59 Laborans febri, aliouè morbo, ægrotationis initio, ac deinceps aliquando, cathedralis Eccleſiæ ſuę capitulum ad ſe conuocet, cum quo de ſpiritualibus, ſanctæquè vitæ officijs colloquia ineat. *ibid. §. ſi quando febri.*

60 Ægrotans, cum in lecto iacet, frequentiſſimè Sacræ Euchariſtiæ pabulo ſe reficiat, cui miniſtret Archipresbyter, vel alius, qui poſt Epiſcopum primariam dignitatē Sacerdotalem obtineat, vniuerſo clero, & capitulo Cathedralis Eccleſiæ proſequēte; & hoc ſaltem, cum viaticum illi erit miniſtrandum. *ibid. §. Epiſcopus, cum ægrotans.*

61 Et tunc cõuocatis canonicis, pacem, charitatē, & alias virtutes ſuadeat. *ibid. §. quod verò ſanctiſſimis.*

62 Ægrotante Epiſcopo, eius Vicarius certis diebus orationem indicat in vrbe, & ſi diuturnior eſt ęgritudo, etiam in Diœceſi, tam in Collegiatis, quàm in Parochialibus, & ſtata oratio à Sacerdotibus in Miſſa dicatur pro eius incolumitate. *Pro. 6. tit. quæ ad diu. off. §. pro Epiſcopo.*

63 Periculosè ægrotante Metropolitano, Decanus Epiſcopus, & alij duo propinquiores

res à Vicario admoniti ſtatim eum inuiſant, fraternæ charitatis officia præſtent, & vbi obierit eius exequias ritè celebrent. *Prou. 6. tit. de Epiſc. & Epiſ. iuriſd. §. Metropolitanum.*

64 Eccleſiaſticos verò ægrotantes, maximè eos, quos adiutores habet in animarum ſalute procuranda, per ſe, vel per alios inuiſat; certos etiam Sacerdotes charitate flagrantes conſtituat in vrbe, & diœceſis regionibus, qui Eccleſiaſticis ægrotantibus, maximè ope deſtitutis præcipuam operam maximè in procurãda ſalute animæ impendant. *Pro. 6. tit. de Epiſc. & Epiſ. iuriſd. §. Epiſcopus, ad quem.*

65 Accedente Epiſcopo ad aliã ciuitatem ei occurrat Epiſcopus eiuſdem Ciuitatis, & excipiatur, vt excipitur veniens ad Concil. Prouin. *ibid. §. ſi quandò.*

EPISCOPI familia.

1 In Aduentu curetur, vt familia ieiunet feria quarta, & ſexta. *ibid. §. in Aduentu.*

2 Ieiunet pridiè diei conſecrationis Epiſcopi, in Vigilijs itẽ Sancti Cathedralis Eccleſiæ, ac patroni Ciuitatis. *ibid. §. ieiunet.*

3 Vnuſquiſquè ſingulis menſibus confeſſus ſacram Euchariſtiam ſumat, vna cum alijs de familia. *ib. §. vnuſquiſq;*

4 In Aduẽtu, & Quadrageſima ſingulis diebus Dominicis idem præſtent, clerici præſertim, & vitæ ſpiritualis ſtudioſiores. *ibid. §. in Aduentu, vt ſyluerij.*

5 Duobus antè diebus, quàm ſacra communio fiat, paterna cohortatione familia ab Epiſcopo commoneatur. *ibid. §. duobus ante.*

6 Singulis hebdomadis, bis minimùm, rudiores de familia Chriſtianæ fidei doctrina ab aliquo inſtruantur. *ibid. §. ſingulis hebdomadis.*

7 Ante cubiculum Epiſcopi liber de vitis Sãctorum, aut de vita ſpirituali in mẽſa ſit, pro domeſticis, & cæteris, qui ibi conueniunt. *ibid. §. quo loco.*

8 Dum familia cibum capit, lectio adhibeatur. *ibid. §. dum familia.*

9 Sit occupata ſemper tota familia. *ibid. §. nè familia.*

10 Nè quis foris pernoctet. *ib. §. nè quis.*

11 Conuiuia publica, comeſſationes laicales, ridicula, curioſitates rerum nouarum fugiat. *ibid. §. Conuiuia.*

12 Libros nè habeat de rebus iocoſis, ridiculis, obſcenis, conſcriptos. *ibid. §. libros.*

13 Eam

13 Eam bis quotannis Epiſcopus viſitet, ſemel ineunte Quadrageſima, iterum initio Aduentus. *ibid.* §. *ſuper cuſtodia*.

14 Confeſſarios proprios illi cõſtituat. *ibid.* §. *rurſus*.

15 Spiritualem virum deligat, qui referat animo ſimplici ad Epiſcopũ ea, quæ correctione indigent in ſua familia, cui familiæ præſcribat Epiſcopus diſciplinæ regulas ſeruandas, & certo loco conſpicuo eas affixas habeat, quas etiam proponat ſeruãdas antequam quis in familiam ſuã adſcribat. *Prou.6.tit. de Epiſc. & Epiſ. iuriſd.* §. *vt autem*.

16 Celebrãti Epiſcopo miſſam, vel audienti, frequens familia adſit. *ibid.* §. *Epiſcopo celebranti*.

17 Adſit etiam, cum in Eccleſia ad diuina officia Epiſcopus accedit. *ib.* §. *cum in Eccleſia*.

18 Cum ægrotant, magnã Epiſcopus eorum curam habeat, inuiſat aliquando, & animæ, & corpori conſulat. *ibid.* §. *familiarium*.

19 In conſtituenda mercede, rationem habeat virtutum, & meritorum. *ibidem* §. *vniuſcuiuſque*.

20 Ab Epiſcopali domo abſit omnis pictura profana. *ibid.* §. *ab Epiſcopali*.

21 In cubiculis omnibus, reliquiſquè domus locis frequẽtioribus, nè deſit imago ſacra *ibid.* §. *in cubiculis*.

22 Familiæ numerus, is tantummodo ſit, quo ſimul Eccleſiæ vtilitati, & Epiſcopi neceſſitati conſulatur. *Prou. 7. tit. de Epiſc. famil.*

23 Quamplurimos habeat Clericos, & ſi fieri poteſt minimum duos ſacris initiatos, qui teſtes ſint actionum omnium. *Epiſcopi ibid.*

24 Habeat Eccleſiaſticam perſonam, quæ præfecta ſit moribus familiæ, ſpiritualem curam gerat, & pijs artibus, litteris ſacris erudiendam curet. *ibid.*

25 Familiares eius, ne arma ferant, niſi in itinere, vel neceſſitatis cauſa, idq; Epiſcopi arbitratu. *ibid.*

26 Sericum, aurum, & argentum, colorumq; varietatem omninò excludant; nigrum, vel fuſcum colorem in veſtibus adhibeant, quibus viſſis, aut prætextis ad elegantiam non vtantur. *ib.*

27 Calcei inaniter non incidantur: non ſint turgidæ caligæ, non virgatæ, non ſectæ, nón acu pictæ, ſed ſimplices, & vnius coloris, ac generis. *ib. tit. de Epiſc. famil. per totum*.

28 In hac familia, nè ſint rixoſi, impudici, blaſphemi, factioſi, ſcurræ. *Prou.* 4. *tit. de Epiſc.* §. *in ea.*

29 Nè Epiſcopi conſanguinei, niſi eadem cum alijs viuendi diſciplina vtantur. *ib.* §. *Epiſc.*

30 Neq; item qui parochialem curam gerunt. *ib.* §. *neq; item.*

31 Neq; rurſus, qui alio reſidentiæ munere adſtricti, ijs exceptis, qui poſſunt tamen debitas miniſterij ſui functiones in Eccleſia præſtare. *ib.* §. *neq; rurſus.*

32 Poteſt duos Canonicos habere ſecum Epiſcopus. *ibid.* §. *verumtamen.*

33 Cubicularij præcæteris ętate ſint, moribuſq; graues, & boni teſtimonij. *ib.* §. *cubicularij.*

34 Qui Clerici ſunt, vel ſacris initiati, vel Sacerdotes, eorum opera non vtatur Epiſcopus ad officij alicui' actiones minus ordini conuenientes. *ib.* §. *qui Clerici.*

35 Certus ieiunij dies in ſingulas hebdomadas inſtituatur. *ibid.* §. *ijs qui.*

EVCHARISTIA.

1 Ad hoſtias conficiendas homo clericalis ordinis eligatur; & ſi commodè fieri poteſt, in omni parochiali, aut ſaltem in vnaquaquè plebana Eccleſia, & Collegiata. *Diœc.* 11. *tit. Mon. exec. Decręt. quæ ad ſacr. pert.* §. *Vicarius igitur.*

2 Non à fœmina fiant. *Prou.* 4. *tit. quæ pert. ad S. Miſſ. ſacr.* §. *hoſtias.*

3 Ferrea inſtrumenta ad eum vſum comparentur, etiam pecunia mulctarum, ſi alia ratione non poſſint. *Diœc.* 11. *ibid.*

4 Imago Crucifixi, & non alia in hoſtijs maioribus, & imago pietatis in particulis imprimatur; nec hoſtijs, & particulis incongruè inciſis non ſeruata delineatione prædictarum imaginum cuiquam Sacerdoti vti liceat. *Diœc.* 11. *ibid.* §. *imago ſacra,*

5 Hoſtiæ vigeſimo quoquè die renouentur. *Prou.* 4. *tit. quæ ad S. Euch. ſacr. pert.* §. *quinquè ſaltem.*

6 Vel nouæ comparentur; & quæ ſunt antiquiores vſui eſſe non poſſint. *Diœc.* 11. *ibid.* §. *Hoſtiæ.*

7 Corylæ, & vaſa ad aſſeruandas hoſtias argentea, eburnea, ſtannea, oſſea deſiderantur: ſi lignea, panno ſerico, lineovè dęcore intus veſtiantur. *ibid.* §. *Corylæ.*

8 Integumentum plumbeum panno ſerico, vel lineo obuolutum ad hoſtias comprimendas adhibeantur. *ibid.* §. *integumentum.*

9 In-

Digitized by Google

9 Inſtrumentum ferreum formam rotundam exprimens ad excidendas hoſtias, & particulas comparetur. *ibid.* §. *inſtrumentum.*

10 Cribrum è retibus confectũ ad expurgandas particulas à fragmentis, antequam conſecrentur, adſit. *ib.* §. *cribrum.*

11 Nè hoſtiæ magnæ, ſiuè conſecratæ, ſiue non conſecratæ ad vſum communionis populi frangantur, niſi ob vrgẽtem neceſſitatem. *ibid.* §. *nè hoſtiæ.*

12 Cum Euchariſtia renouanda eſt in hoſtia maiori, duæ maiores in Miſſa conſecrentur, quarum altera ſeruetur. *ibid.* §. *cum Sanctiſs.*

13 Si hoſtia conſecrata vlterius conſeruanda non erit, Sacerdos eam ſumat in Miſſa, nec eam populo vnquam tradat ſumendam. *ibid.* §. *quòd ſi.*

14 Fragmenta particularum ſumantur item à Sacerdore, qui miniſtrarit, antè purificationem. *ibid.*

15 Octauo quoquè die renouẽtur particulæ conſecratæ. *Pr.* 4. *tit. vtſup.* §. *quinq; ſaltem.*

16 Miniſtretur Diaconis, & Clericis ad altare, aut in choro præbeatur: populo, in loco remotiori. *ibid.* §. *quod, & Toletano.*

17 Maribus ſeorſim à fœminis vt fieri poteſt. *Pro.* 5. *tit. quę pert. ad ſacr. S. Euch.* §. *Euchariſtiæ Sacramentum.*

18 Vinum nè præbeatur poſt communionem in calice, neque in vaſe habente formam calicis. *Prou.* 1. *ibid.* §. *populo.*

19 Nè vaſculo expoſito aliquid quæritet. *Prou.* 4. *vtſup.* §. *nè ouas.*

20 Nihil omnino recipiatur, neq; à ſpontè dantibus, ſub pæna ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto. *Prou.* 7. *tit. de ſacr. pænit.* §. *quoniam.*

21 Miniſtretur intra Miſſam, niſi neceſſitas aliud ſuadeat. *Pro.* 5. *tit. vtſup.* §. *nec verò.*

22 Si poſt Miſſam, deponat caſulam, & Manipulum. *ibid.* §. *cum autem.*

23 Extra Miſſæ ſacrificium miniſtrans, ſuperpelliceo, & ſtola alba; & vbi ritus Ambroſianus, ſtola rubra vtatur, & primo miniſtret Eccleſiaſticis, deinde maribus, poſtremò fæminis loco diſtincto. *Prou.* 5. *tit. quæ ad SS. Euch. ſac. per.* §. *ſi verò.* §. *ſi ordo.*

24 Epiſcopus miniſtret pluuiale indutus. *ibid.* §. *ſi vero.*

25 Sacerdos communicaturus ſtolam adhibeat cum forma Crucis in pectore. *ibid.* §. *Sacerdos.*

26 Communicaturus reſpondeat; *Amen*; antequã ſumat cor-

corpus Chriſti. *ibid.* §. *Sacerd.*

27 In oratorio confratrum, ſi quando cõmunio miniſtratur, is ritus ſeruetur, vt intra Miſſam miniſtretur. *Diac.* 11. *tit. vtſup.* §. *in Eccleſia.*

28 Si particulæ ſuperſint, confratribus comitantibus, ordine proceſſionis, ad Eccleſiã parochialem deferantur. *ib.* §. *quòd ſi.*

29 Parochus hortetur ad frequentiſſimum huius Sacramenti vſum, ſaltem in Dominicis Aduentus, & Quadrag. *Diac.* 4. *Decret.* 10.

30 Cum grãdines, nimbi, & aliæ procellæ imminent, ad eas ſedandas, nè Sanctiſſima Euchariſtia adhibeatur, ſed tabernaculum accenſis luminibus aperiatur, vt preces fiant. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ ad ſacr. Euch. pert.* §. *cum nimbi.*

EVCHARISTIA ad Ægrotos.

1 Pro communicando ægroto, pridiè veſperi detur ſignum cum campana, ſi Parochus eo tempore certior eſt factus, & paulò ante, quàm deferatur. *Prou.* 5. *tit. quæ ad SS. Euch. ſacr. pert.* §. *deindè idem Parochus, & Pro.* 1. *tit. quæ pert. ad SS. Euch. ſacr.* §. *vt ſanctiſſimo.*

2 Neque noctu ſinè neceſſitate deferatur. *ibid.* §. *cum verò.*

3 Parocho impedito, deferat ille, qui audire poteſt confeſſiones. *Prou.* 4. *tit. quæ ad SS. Euch. ſac.* §. *ad ægrum.*

4 Curet Parochus, cum deferenda eſt Euchariſtia ad infirmum, hortari populum, vt vnuſquiſquè pater familias, aut eo impedito ſaltem filius natu maior cõueniat ad Eccleſiam, dato campanæ ſigno ad proſequendam illam, cerea candela. *Pro.* 6. *tit. quæ ad Sanct. Euch.* §. *Parochus &c.*

5 Ægroti cubiculum purgetur, ſacris imaginibus exornetur, menſa mappa nitida conſtrata, cruce, candelabris, cereiſquè ſaltem binis inſtructa, in qua corporale cũ vaſe vitreo ad ablutionis vſum. *Prou.* 5. *tit. vtſup.* §. *cum verò.*

6 Hæc cura ſit in primis cõfratrum Sanctiſſimę Euchariſtię *ibid.* §. *quæ omnia.*

7 Pluuiale, ſi poteſt, Parochus induat. *ibid.* §. *Poſt ipſe.*

8 Si clerus adeſt, ſinguli cum proprio ſuperpelliceo, & habitu chorali, ſi collegialiter procedunt; deindè mares, poſtremò fęminę procedant. *ibid.*

9 Lumina, tintinabulum, & decorum vaſculũ, velo etiã decenter contectum, & vbi fieri poteſt, vmbella adhibeatur. *Pro.* 1. *tit. quæ pert. ad SS. Euch. ſac,* §. *lumina.*

10 Duæ

10 Duæ particulæ deferantur, nè in reditu populus inane vaſculum adoret. *ibid.* §. *duas autem.*

11 Niſi Epiſcopi iudicio, vel loci diſtantia, vel itineris, temporiſvè difficultas aliud ſuadeat; ſed eo caſu redeat Parochus ſinè ſuperpelliceo, ſtola, vmbella, luminibus. *Prou.* 2. *tit.* 1. *Decr.* 11.

12 In reditu ad Eccleſiam, Parochus hortetur fideles, vt in hoc officio perſeuerent, denunciet Indulgentias, & recitata oratione de Sacramēto, dimittat eos cum benedictione. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ ad ſac. Euch. pert.* §. *Perfunctus.*

13 Sæpè promulgetur Indulgētia à Paulo 3. conceſſa ſodalitatibus Corporis Domini. *ib.* §. *Indulgentia autem.*

14 Patres familias adhibeāt domi funale cereum, aut candelam, qua vel ipſe, vel alius de familia ſua proſequatur Sanctiſſimam Euchariſtiam, cum ad ægrotos defertur. *Prou.* 6. *tit. quæ ad SS. Euch. ſacr. pert.* §. *Atquè eam.*

15 Familiares ægroti ſaltem extra ianuas domus obuiam procedant cum cereis accēſis, depoſitis armis. *Prou.* 5. *tit. quæ pert. ad SS. Euch. ſac.* §. *familia verò.*

16 Qui equo, vel curru vehuntur, vbi primùm ſacram Euchariſtiam viderint, deſcendant, & genuflectant donec tranſierit. *ibid.* §. *cum quis Sacerdoti.*

17 Immò quilibet eo caſu proſequatur ad ægroti domum, & ad Eccleſiam, niſi vrgenti cauſa impediatur. *ibid.*

18 Non deferatur ad ægrotum, niſi verè ſit illam ſumpturus. *ibid.* §. *ſacra communio.*

19 Si accidat, vt morbi vis impediat ſumptionem delatæ Euchariſtiæ, depoſita ea ſuper corporale, preces fundātur, & receſſurus Sacerdos ægroto cum ea benedicat. *ibid.* §. *ſacra communio.*

20 Si ægrotus vehementer exoptet eam cernere, vt adoret, aperta pixide fiat illi ſatis. *ib.* §. *quòd ſi.*

21 Si poſt aliquot dies ægrotus petat ſibi miniſtrari Euchariſtiam, eius deſiderio nè deſit Parochus, modo nè pro viatico iterum in eodē morbo præbeat. *ibid.* §. *cum quis periculosè.*

22 Si æger non poſſit, Clericus pro eo dicat Confiteor. *Diac.* 11. *tit. Mon. exec. Decr. quæ ad Sacram. pert.* §. *Clericus.*

EVCHARISTIA in Paſchate.

1 Parochi per aliquot dies antè examinent adoleſcentes,

tes, qui primùm ſumere voluerint Euchariſtiam. *Pro. 1. tit. quæ per. ad ſacr. Euch.* §. *Adoleſcentibus.*

2 Initio ſeptuageſimę, certa ſtata die, pueros, qui decennium attigerint, accerſant, & doceant pro ſumenda ritè Euchariſtia prima vice. *Diæc. 11. tit. Mon. exec. decr. quæ ad ſac. pert.* §. *Parochi præter. Pro. 7. de ſac. Euch.* §. *Concilio Prou.*

3 Perquirant etiam à parentib⁹ de illorum pietate, ingenio. & vſu rationis. *ibid.* §. *cum de pueris. Prou. 7. ibid.*

4 Eorum, qui primo ſument, nomina, parochi, in vrbe, Archiepiſcopi; in Diæceſi, Vicarijs Foraneis mittant antè quadrageſimam. *ibid.* §. *eorum qui primò.*

5 Qui primò ſumunt, de Parochi ſui manu ſumere ſtudeant. *ibid.* §. *qui primò.*

6 Si de manu Archiep. (in Viſitatione) teſtificationem ſcriptam ab eodem Parocho habeant, quam miniſtro Archiep. antè tradant. *ibid.*

7 Moneantur populi die Dominico Paſchatis, & duobus ſequentibus diebus, vt communicent, ſub pœna interdicti, per totam octauã Paſchę. *ibid.* §. *qua in re.*

8 Si quem infirmum habet Parochus, qui ad Eccleſiam pro communione cum alijs conuenire nequeat, etiamſi paucis is antè diebus communicarit, ad illum deferat ſacrã Euchariſtiam. *Prou. 6. tit. quæ ad Sanct. Euch. ſac.* §. *Paſchæ tẽpore.*

9 Nemini liceat in Paſchate extra Paroch. Euchariſtiam ſumere, etiam de conſenſu Parochi, ſinè licẽtia ſcripta Archiepiſc. *ibid.* §. *cui decreto. Prouin. 7. tit. vt ſup.* §. *vt diligentiùs.*

10 Aduenæ, & peregrini in vrbe ſumant in Metrop. aut cathedrali Eccleſia. *Prou. 2. tit. 1. decr. 17. Prou. 4. tit. quæ ad Sanctiſs. Euchar. ſacr.* §. *vt & quod.*

11 Singulis diebus cum in Paſchate adminiſtratur, conuerſus Parochus populum moneat, vt quiſquè ſumat in ſua Parochiali. *ibid. decr. 12.*

12 Ipſemet Parochus miniſtret, niſi ob multitudinem egeat altero Sacerdote. *Prou. 4.*

13 Laici famuli Regularium communicent in Parochiali. *Pro. 5. tit. quæ ad SS. Euch. ſac. per.* §. *laici famuli.*

14 Qui abfuerit in Paſchate, reuerſus doceat in ſcriptis ſigillo ordinarij, aut deputati muneris, ſe communicaſſe. *Prou. 4.*

15 Qui de licentia Ordinarij, aut

Digitized by Google

aut Parochi proprij communicant extra Parochialem, Parocho ſuo de eo fidem faciat, alioquin cum alijs puniatur. *Prou.* 1. *tit. vtſup.* §. *Huic decr.*

16 Publici concubinarij, fœneratores, & blaſphemi, & alij facinoroſi homines ſemel ad communionem admiſſi, ſi poſtea in eodẽ luto hæreant, nè amplius recipiantur. *ibid. tit. quæ pert. ad SS. Euch.* §. *Publici.*

17 Qui præſtituto tempore nõ communicarint, eorum nomina ad Ordinarium Parochus deferat, ad ſex dies poſt octauam Paſchæ, ſcripto expoſitis cauſis, quas Epiſcopus extra confeſſionẽ nouit, ſub pæna arbitraria. *ibid.* §. *qui præſtituto.*

18 Cenſuris, & pænis in eos animaduertatur, niſi iuſta cauſa dilationis interſit. *ibid.* §. *in eos.*

19 Poſt trinam monitionem, ſeù vnicam pro trina, contumaces, interdicti enuncientur in Parochiali, & eorum nomina ad cathedralis, & Parochialis valuas affigantur. *Prou.* 2. *tit.* 1. *Decr.* 13.

20 Qui familiam habet in vno loco, ipſe verò alibi maiorẽ anni partẽ moratur, ſacram Euchariſtiam ſumat in Parochiali, intra cuius limites familia domicilium habet. *Diœc.* 11. *tit. vtſup.* §. *quicunq; verò Diœc.* 3. *decrer.* 15.

21 Qui ſex menſibus in vno, ſex in alio moratur loco, ad quẽ poſt Paſcha ſe confert, & non cõmunicat, tridui ſpatio fidem ferat communionis, alioquin pro non communicato habeatur. *ibid.* §. *ſi quis.*

22 De vagis, & mendicis hominibus perquirat Parochus ab hoſpitibus, alijſvè hoſpitium exercentibus, & eorum nomina antè hebdomadã maiorem Archiepiſcopo afferat. *ibid.* §. *ad huius Decr.*

23 Dominica poſt octauas Paſchatis denunciet interdictos ob hanc cauſam. *ibid.* §. *quæ in re.*

24 Attento tamen mandato Archiep. vel Vicarij Generalis. *Prou.* 7. *tit. vtſup.* §. *Parochus deniquè.*

25 Liceat Parocho in alios dies octo, vel ex facultate Vicarij Foranei in Diœceſi, vel Viſitatoris in vrbe in alios quindecim dies poſt eaſdem octauas differre: ſi verò longius tempus conſtituendum cenſeat, ſcribat Archiepiſcopo, *Diæc.* 11. *ibid.* §. *liceat. Pro.* 7. *tit. vtſup.* §. *verum tamen.*

26 Indicem interdictorum, & eorum,

eorum, quibus dilationem conceſſit, mittat Archiepiſcopo poſt octauas, octo dierum ſpatio, ſi in vrbe: quindecim ſi in Diœceſi, ſub pęna aureorum quatuor. *Diœc. 11. ibid. §. Parochus autem.*

27 Nullo modo differat vltra diem Aſcenſionis huiuſmodi ſignificationem, ſub pęna ſuſpenſionis ipſo facto. *Pro. 7. tit. vtſup. §. fas ſit.*

28 Demum, qui contumaces fuerint, de mandato tamen vt ſupra, Epiſcopi, vel Vicarij Generalis, Dominica ſecunda poſt Pentecoſtem intra Miſſarum ſolemnia, interdicti denuntientur. *Pro. 7. ibid. §. Parochus deniq;*

29 Eorumq; nomina, Eccleſiæ valuis affigantur, tum etiam intra quindecim dies ad Epiſcopum deferantur, vt valuis etiam cathedralis Eccleſiæ affigantur; & Vicariorũ opera ad Regularium Superiores tranſmittantur. *Prou. 7. ibid.*

EVCHARISTIÆ Cuſtodia.

1 Collocetur in Altari maiori, niſi neceſſitas aliud ſuadeat. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad ſacr. S. Euch. Epiſcopus.*

2 Non in inferiori parte ſanctuarij, ſed in ſuperiori. *Diœc. 32. cap. 23. §. quæ de Sanctiſſimo.*

3 Feneſtella inferior vſui eſſe poteſt in cõmunione aliqua frequenti, aut generali. *ibid.*

4 Tabernaculum autem pãno ſerico intus ornatum ſit. *Viſit. Apoſt. tit. tabernac. ligneum. §. panno.*

5 Benè ſeptum, & munitum. *Pr. 1. vtſup. §. Tabernaculum.*

6 Sit ſtata prece benedictum. *Prou. 6. tit. de ſacram. §. ſacra prece.*

7 Conopæo decenti contectũ, benè, ac tutò clauſum, cuius clauis à Rectore tantùm aſſeruetur. *Viſit. Apoſt. ibid. §. Conopæo. Prou. 4. tit. quæ ad SS. Euch. ſacr. §. Tabernaculum.*

8 Ita ſit aptatum, vt ab eo poſſit extrahi Sanctiſſima Euchaſtia, neque ſuper altare ſit aſcendendum. *Viſit. Apoſt. ib. §. ità aptatum.*

9 Vacuum à Reliquijs, vaſculo olei Sancti, & omninò nihil aliud ibi ſit. *ibid. §. vacuum. & Prou. 4. vtſup.*

10 Lampas è regione, non à latere ardeat. *ib. §. decebit.*

11 Tabernaculum geſtatorium pro proceſſionibus ſit claro vitro circumdatum. *ibid. & Prou. 4. §. Tabernaculum.*

12 Lunulam habeat, itaut poſſit aperiri, & fragmenta colligi: quę cum baſi, & ſcutulo conſtet ex argento. *ib. §. lunulam. Prou. 4. ibid §. Tabernaculum.*

13 Du-

Digitized by Google

13 Duas pixides vnaquæquè Parochia ſaltem habeat, alteram pro deferendo Sacramento ad ægrotos minoris formæ. *ibid. tit. Pixis. Prouin. 4. ibid. §. duas pixides.*

14 Pro qua habeatur item burſa ornatiſſima cum cordulis, vt de collo pendeat. *Prou. 4. ib. §. pro hac. Viſ. Apoſt. tit. pixis. §. pro qua.*

15 Vſus pannuli Conopæi, quo pixis tegitur, planè tollatur, cuius loco velum adhibeatur. *Diac. 11. tit. Mon. exec. decr. quæ ad ſacr. pert. §. vnus. paruuli.*

16 Antiquæ cuſtodię in pariete Sanctiſſimi Sacramenti pænitùs amoueantur, vel ſigno omninò deleto, in alios ſacros vſus, vt reliquiarum, vel olei Sancti, adhibeantur. *Viſ. Ap. ibid. §. antiquæ.*

EXAMINATORES.

1 Meminerint iuramenti in Synodo Diœceſana præſtiti. *Prou. 5. tit. de exam. ration. §. porrò.*

2 Examinis cauſa nihil nè minimum quidem, nequè antè, nequè poſt accipiant: alioqui ſciant, qui dant, ſe ſimoniæ crimen ex *Concil. Trid.* ſubijſſe. *ib. §. examinis.*

3 Nequè verò alij examinatores pro arbitratu Epiſcopi ad examen vocati, quicquam occaſione examinis, nè eſculenta quidem, poculenta vè capiant: aliàs indigni cenſeantur hoc munere. *ibid. §. nec verò.*

4 Grauiter, maturè, prudenter, & rectè, tum de probando, tum de reijciēdo deliberent. *ibid. §. propoſito.*

5 Nè quempiam, de quo examen fiat, examinator alij collegæ vlla ratione commendet. *ibid. §. nè qnem piam.*

6 Nè ad alicuius examen accedat, neq; ſuffragij ius habeat, niſi vocatus ab Epiſcopo, ſeù Vicario. *ib. §. nè ad alicuius.*

7 Nequè præſens ille ſit, qui examinandum priuatim docuerit. *ibid. §. ſi quis.*

8 Cautio diligens ſit, nè alterius nomine quis examen experiatur. *ibid. §. cautio.*

9 Examinis initium fiat à ſtata prece, quam de libro pronūciet, qui examini præſidet. *ib. §. cum in locum.*

10 Nequè fiat initium, niſi præſentes adſint, tùm Epiſcopus, vel Vicarius, tùm examinatores ad minimum tres, cum de Curato beneficio agitur. *ib. §. nè examinis.*

11 Quod & locum habeat, cum de aliquo maioribus ordinibus initiando, vel de cōcionatore, Confeſſariovè approbando. *ibid. §. id quod.*

12 Si-

12 Silentio vtantur, nec inter ſe colloquia habeant, nec mutuas quæſtiones ſibi proponant, neq; alter alterum examinantem interturbet. *ibid.* §. *ſilentio*.

13 Non verbis, nec aſpectu, nec vllo modo ſeueros ſe præbeant, ſed benignos. *ib.* §. *in quæſtionibus*.

14 Si quid in reſpondendo offendere animaduerterint, nè tunc illos doceāt, obiurgentvè, ac nè moneant quidem, niſi quæ ad examen rectè inſtituendum pertineant. *ibid.* §. *ſi quid autem*.

15 Examen in eo ſit, vt nō ſolū ſpectetur ſcientia, ſed etiam vſus, iudicium, ingenij vis, ac ſolertia. *ibid.* §. *in omnibus*.

16 Rudis, & ignarus facilium, & minimarum rerum, nè interrogetur de difficilioribus, ne tempus conteratur, cum litterato quoque de diuinis agatur. *ib.* §. *cautio autem*.

17 In omni examine hauriant interrogationes ex Biblijs, Cathech. Rom., Conc. Trid., Canonum Decretis, & alijs Pontificijs Conſtit., Synodis Prouin., & Synod. *ibid.* §. *his perquiſitis*.

18 De quo examen faciendum eſt, videant, an rectè, & explicatè legat, deinde conſtructionem Grammaticalem proponant, & in hoc ſi erret, ne eum perturbent, aut interpellant, quo minus ad propoſitum Grammaticæ Inſtructionis modum deueniat, & demum ad lectorum ſenſum explicandum, itaut, quod legendum defertur, tota ſententia, & ſenſu concludatur. *ibid.* §. *ac primò*.

EXAMINIS FORMA.

1 Vultus, habitus, corporis veſtitus, inceſſus, & ſermo inſpiciantur diligenter. *Prou.* 5. *tit. de exam. ration.* §. *cum quis*.

2 Qui ſinè decenti habitu clericali, & tonſura acceſſerit, reijciatur, niſi redierit cum ijſdem. *ibid.* §. *ſi quis*.

3 Ætas, natalia, beneficium, penſio, patrimonium recognoſcantur, niſi poſt examen ea recognoſci velit Epiſcopus. *ibid.* §. *nè de vllo*.

4 In examine pro Eccleſiā Parochiali, videatur qui, qualis, & quam numeroſus ſit populus. *ibid.* §. *cum examen*.

5 De toto vitæ ſtatu, genere, patria, domiciliouè quæratur, examinandorum. *ibid.* §. *examinis*.

6 De impedimentis, adiumentis, præſertim orationis ſtudio, pro ratione perſonæ, aut cauſæ, ob quam ſit examen, iudicio examinatorum. *ibid.* §. *et primò*.

7 Ad ſcientiæ experimentum deſcendatur. *ibid.* §. *his perquiſitis*.

8 Pro ordinum ſuſceptione vide infra Verbum, *Ordines*.

9 Pro promouendis ad curam animarum hæc videantur.

An apti ſint non ſolùm ad ſenſus, qui ſumuntur ad Grāmaticæ intelligentiā; verùm etiam ad illos, qui ad Chriſti, Eccleſiæq; myſteria, & ſpiritualem vitæ modum pertinent.

An in eo genere aliquid ex tempore poſſint.

An alias curam animarum geſſerint, & vbi.

An norint impedimenta in ſuſcepturo Sacramenta.

De materia, forma, efficiente, fine, differentia, effectibus, ritibus Sacramentorum.

An periti ſint in audiendis confeſſionibus, & quos libros huius generis habeāt.

An norint caſus reſeruatos Papæ, & Epiſcopo.

An Sacrorum Canonum notitiam aliquam habeant, & Prouinc. & Diæceſ. Decretorum.

Præſertim de præcipuis fidei articulis, de Reſidentia, de Parochorum officio, cultu diuino.

Ex Prouincialibus Decretis, de vita Clericali, de Adminiſtratione Sacramentorum, Miſſæ ſacrificio, diuinis officijs.

De Sacramentalibus, feſtis diebus, ſcholis Doctrinæ Chriſtianæ, morum diſciplina.

Hæc ibid. à §. *de ijs verò Sacerdotib. ad.* §. *qui cauſa*.

10 Pro examinandis ad beneficia non curata.

An horas canonicas recitare ſciant.

An inſtructi ſint doctrina, quam ordo depoſcit, quo initiari debet pro beneficij, officijvè ratione.

An peritiam teneant functionum, quas illius beneficij ratio poſtulat.

An cantum, ſi opus eſt, eiuſq; rationem ſciant.

Hæc ibid. à §. *qui cauſa ad* §. *Atquè hæc*.

11 Pro examine confeſſariorum.

De ſacramenti pænitentiæ neceſſitate.

Quare inſtitutum, & à quo.

Quæ illius materia, forma, effectus, miniſter.

Quæ differentia inter mortale, & veniale.

Quæ pænitentiæ partes, & partium ratio.

Quæ ad contritionem neceſſaria.

Quæ ſigna veræ contritionis.
Quæ confeſſionis natura, & ſubſtantia.
Quæ circumſtantiæ peccatorum.
Quæ mutent ſpeciem peccati.
Quæ reſtitutionẽ poſtulent, & radices reſtitutionis.
An dubios, ſuſpectoſvè contractus norint, aut ſaltem de ijs quæſtiones inire ſciant.
Quibus criminibus annexæ ſint cenſuræ.
An caſus irregularitatis teneant.
An ſaltem in ijs omnibus, & alijs ſciant dubitare, & cõſulere peritos.
Qui item ritus, & ceremoniæ Confeſſionis.
Quæ conditiones ad Confeſſionem neceſſariæ.
Qui ordo confitendi, quando quis ſtatim confiteri debeat, quam confeſſionem iterare.
De ſatisfactione, quæ ſint partes.
Quis finis, fructus, vtilitas.
Quæ in ea requirantur.
Qualis, & quanta pœnitentia imponenda.
An ſalutares ſatisfactiones pro grauitate criminum iniungere ſciant.
An canones pœnitentiales.
De abſolutione; quæ formula verborum requiratur.
Quæ preces adhibeantur.
Quis ordo in abſolutione à peccatis, & cenſuris.
De ſigillo confeſſionis, quæ vis, & quanta.
Quæ ſub ſigillo cadunt. *Hæc ibid. à §. atq; hæc ad §. iam eſt locus.*

12 Pro examinandis concionatoribus.
De Doctrinæ articulis, dogmatibuſvè Conc. Trid.
De canone ſcripturæ, peccato originali, Iuſtificatione, Sacramẽtis, ſacrificio Miſſæ, Purgatorio, Inuocatione Sanctorum, ſacris reliquijs, imaginibus Sanctorum, Indulgentijs, poteſtate Papæ, ieiunijs, diebus feſtis &c.
An habeant reliquos Theologiæ notos locos.
Quem in ſcolaſticis auctorẽ familiarem.
An ſæpius Biblia ſacra euoluerint.
An interpretationum vſu litteratè periti.
An temere ſacram ſcripturã detorqueant.
An tropoligicos ſenſus cum litterali non cohærentes commententur.
An traditionum Apoſtolicarum notitiam teneant.

An

Digitized by Google

An in Sanctorum PP. ſcriptis verſati ſint.
Quem ex ijs ſequantur in cõcionando.
An ſacrorum temporum myſteria norint, & rituum.
An ſanctorum vitam, & hiſtorias veras.
An congruam canonum ſciẽtiam habeant.
An Summorum Pontificum iura, & Inſtituta.
An Conciliorum, Prouinc. præſertim, & Diœceſ. Decreta in promptu habeant.
An caſuum conſcientiæ Doctrina inſtructi.
An Theologiæ myſticæ præcepta, & exercitationes norint.
An Sanctarum Meditationum, orationiſq; mentalis vſum habeant.
An morum doctrinæ locos collectos, & benè notos; quoſvè ad Auditores excitandos.
An apti ad concionem concipiendam, & explicandam.
An rectè exponant, dilucidè enarrent, benè pronuncient, animos penetrent.
An in tota concione rectè. decorè, & congruenter agant.

Hæc ibid. à §. iam eſt locus, ad §. cum non certa.

13 Quatuor claſſes poſſunt conſtitui Concionatorum.

Primæ claſſis ij, qui, & perfectè concionandi peritia, & conſcientiæ caſuum ſcientia ità pollent, vt etiam Præpoſiti, Vicarij Foranei, Viſitatoris, & Pęnitentiarij, & Theologi munera obire poſſint.

Secundæ, ij, qui de ſuggeſtu poſſunt, & in caſuum conſcientiæ ſummis verſati ſunt, & cathechiſmi Romani doctrinam tenent.

Tertiæ, qui ſermonem de Altari ſaltem, & Euangelium explanare poſſunt, & adminiſtrationis Sacramentorum, & caſuũ conſcientię vſu ità periti ſunt, vt qui frequentius accidere ſolent, eos enodare aptè queant.

Quartæ, ij, qui aliquo vſu apti ſunt ad breuem Euangelij explicationem, notitiamq; habeant rerum ad docendum populum, quæ ſaluti neceſſariæ ſunt, & ad Sacramentorum adminiſtrationem, caſuumquè conſcientiæ explicationẽ pertinent.

Hæc Prouinc. 5. à §. iam eſt locus ad §. in omni hoc.

14 In facultate autem, quæ concionatori datur, ea ſemper

conditio adſcribatur, vt librum inſtructionum habeat, & antea ſtudioſè legat, quam concionetur. Alioqui facultas nulla ſit. *Diœc.* 11. *Mon. exec. decr. de ijs, quæ ad fid. tuen. ſtud.* §. *in facultate*.

EXCOMMVNICATIO.

1 Quæcunque excommunicationes ſententiæ latæ ſunt, vel à Summis Pontificibus, vel Tridentini, aliorumquè Generalium, vel Prouincialium Mediolanenſium Conciliorum Decretis, vel Diæceſanorum Synodorum, hæ omnes ſummatim vulgari ſermone expreſſę, & in tabellam relatæ die primo Dominico Quadrageſimę in cathedralibus Eccleſijs de ſcripto legantur. *Prou.* 1. *tit. de ijs, quæ ad ſacr. pænit. pert.* §. *quæcunq;*

2 Id etiam fiat in Parochialibus illis, vbi Epiſcopus id fieri cenſuerit. *ibid.* §. *idquè*.

3 Pro deperditis rebus non cōcedantur litteræ excommunicationum.

Pro re criminoſa, quævè infamiæ notam inurat.

Pro re non occulta omnino.

Pro re tandiù amiſſa, vt eius memoriam amplius non haberi verſimile ſit.

Nequè rurſus cuiquam excōmunicato, aut notoriè criminoſo.

Nequè cōtra aliquem, quem pro rebus, de quibus in monitorio, ſatisfacere non poſſe conſtet.

Neq; in loco, vbi eas negligi ſit verſimile, vel contēni.

4 Cum autem conceduntur, nè tamen promulgentur in Natali Domini, Paſchate, Aſcēſione, Pentecoſte, feſto Corporis Chriſti, alijſquè ſolemnioribus diebus.

5 Nè ferat ſententiam Epiſcopus, niſi de earum promulgatione, locis, & temporibus congruis facta, relationem acceperit; & iterum de ipſa re diligentiùs deliberarit.

Hæc, *Pro.* 4. *tit. de for. Epiſc. à* §. *excommunicationum ad* §. *formulæ*.

6 Excommunicati nomen, & cognomen ad Cathedralis, & Parochialis Eccleſiæ valuas affigantur: tum mittantur Parochis vrbanis, & Diœceſanis, qui primo ſaltem die Dominico menſis cuiuſquè illum denuncient, nequè deſiſtant, quoaduſquè reconciliatum eſſe nouerint. *Prouin.* 2. *tit.* 1. *decret.* 21.

7 Si tres menſes permanſerit, mittatur nomen eius ad Epiſcopos Prouinciæ, quorum Diæceſes ſunt finitimæ. *ibid. Decr.* 21. *et Diœc.* 2. *decr.* 19. §. *qui, &* §. *nequè*.

Digitized by Google

8 Qui per annum inſorduerit, deferatur ad Archiepiſcopũ. *Diæc. 2. ibid. §. hanc præterea.*

9 In omni ſacriſtia affigantur nomina, & cognomina excommunicatorum, vt eijciantur ab Eccleſijs. *Prou. 6. tit. quæ ad pænit. ſac. pert. §. iubeat Epiſcopus.*

10 Et ad Regulares quoq; mittantur. *ibid. §. illorum.*

11 Qui à Sacerdote celebrante nominatim moniti, vt exeãt, permanere auſerint, nouo excommunicationis vinculo irretiti ſunt, abſolutione Papæ reſeruata à Clem V. *Prou. 5. tit. de Epiſc. & Epiſc. iuriſd. §. et verò.*

12 Parochi menſis ſpatio à die denunciationis nomina deferant ad Archiep. Cancellarium ſub pæna duorum aureorum. *Diæc. 11. tit. Mon. ex. decret. quæ ad ſac. pert. §. id ità præſtetur.*

13 Viſitator in vrbe, & Vicarius Foraneus in Diœceſi idem præſtent eorum, qui in ſua ſunt regione, & ſæpiùs, prout opus erit. *ibid. §. Viſitator.*

14 Pænam excommunicationis ipſo facto incurrant, qui proprios filios cingaris venales habent. *Prou. 7. tit. de vend. fil. cing.*

EXECVTIO
Realis, vel Perſonalis.

1 Fieri poteſt executio ſine inuocatione brachij ſecularis, cum familia armata ſolita Archiep. quoad ſententias per Iudices Eccleſiaſticos in ſtatu, & Prou. Mediol. latas, in bonis Eccleſiaſticis, ſeu ad Eccleſiam, Clericos, perſonaſue Eccleſiaſticas, vti tales pertinentibus, vel alijs, Eccleſiæ, vel vtſupra adiudicatis, mobilibus, immobilibus, & alijs, de quibus in primo cap. Quæ tamen executio reſtringitur ad Iudices Eccleſiaſticos Mediolani, ſed ita, vt, ſi cauſæ ad forum eiuſdẽ Eccleſiæ Mediol. quomodolibet ſpectantes, per appellationem, aut per auocationẽ, vel alijs modis fuerint deuolutæ, aut introductæ coram Iudicibus Eccleſiaſticis aliarum Ciuitatum ſtatus, aut Prou. Mediol., executio nihilominus fieri poſſit ſinè inuocatione brachij ſecularis iuxta formam huius capit. 10. *Concord.*

2 In actionibus perſonalibus contra Laicos debitores Eccleſiæ, Clerici, ſeu perſonarum Eccleſiaſticarum, vti talium, prout in 5. cap. *Concord.* poſſit fieri quæuis executio in bonis mobilibus laicorũ, ſinè

ſinè inuocatione brachij ſecularis; at in immobilibus laicalibus, non fiat ſinè inuocatione brachij ſecularis, quod concedi debeat, ſeruata diſpoſitione iuris communis. *Cap. 11. Concord.*

3 In actionibus verò perſonalibus ex cauſa patrimoniali, de quibus in 6. cap. Concord. poſſit fieri executio in bonis mobilibus laicalibus, ſinè inuocatione brachij vſque ad ſummam aureorum ducentum, & non vltra. In immobilibus autem non fiat ſinè inuocatione, vt ſupra. *ibid.*

4 In executione autẽ per capturam perſonæ debitorum, brachium ſeculare non inuocetur contra debitores Eccleſiæ, Clerici, ſeu perſonarũ Eccleſiaſticarum, vti talium, de quibus cap. 5. Omninò verò inuocetur reſpectu debitorum ex cauſa patrimonialium, de quibus in c. 6. & amplius reſtringatur executio ad Iudices Eccleſiaſticos Mediol. cum declaratione in omnibus, & per omnia, prout in cap. 10. *ibid.*

5 In cauſis criminalibus mixti fori, poſſit Iudex Eccleſiaſticus procedere cõtra Laicos, eos reſtringere, & condemnare, &c. iuxta iam dicta cap. 12. & relata. *V. Cauſa Criminalis, ſup. V. Fori Eccl. & Secul. Concord.* 10. 11. 12.

EXEQVIÆ.

1 Antè ſolis ortum, & poſt ſolis occaſum nè efferantur mortui ſinè licentia Epiſcopi. *Pro. 1. tit. de funer. & exeq. §. vt vetus.*

2 Neque niſi poſt 12. horas ab obitu: qui verò repentina morte obeunt, nõ antè horas 24. *Prou. 6. tit. quæ ad funer. §. delatum.*

3 Vocetur ad exequias primò Parochus antè alios, quando in Eccleſiam non Parochialem conuenire debent alij, qui non ſunt de gremio illius Eccleſiæ: non tamen detur tali Parocho maior, quam alijs in hoc caſu eleemoſyna. *Diac. 3. decret. 50.*

4 Hoc ordine vocentur alij, niſi hæres aliud velit, primò ſocij Parochi, ſeù coadiutores; tũ Eccleſiæ illius titulares, vel Canonici, vel chori miniſtri, tum capellani, demum Clerici alij adſcripti eidem Eccleſiæ. *Prou. 4. tit. de funer. & exeq. §. funeribus defunct.*

5 Regularis non vocetur, niſi quando collegiatim cũ ſuis Regularibus. *Diac. 4. decr. 33. §. ad funerale.*

6 Si verò Regularis pro curæ Parochialis munere funus obi-

obibit, in eo, decenti ſuperpelliceo ſit indutus. *ibid.* §. *ſi verò.*

7 Non vocati, portionem nullam eleemoſynæ, ſeu prandij in Diæceſi habeant. *Prou.* 4. *tit. vtſup.* §. *nec verò.*

8 Nemo ſubſtituat ſibi alium percepturus partem eleemoſynæ, nequè clericum ſecum ducat ea ſpe, vt eleemoſynæ partem accipiat. *ib.* §. *illud Præpoſiti.*

9 Vocati adſint ipſi, nequè habeatur ratio non vocatorum, & ſi adſint, nequè præſentiũ, nomine aliorum. *ibid.*

10 Si contingat, defunctum eſſe Parochianum alicuius Eccleſiæ, curatæ ſimul, & collegiatæ, tunc ſi hæres capitulum Regularium vocare voluerit, teneatur etiam Collegium Canonicorum capitulariter adhibere. *Diæc.* 22. *tit. quæ ſpect. ad ciuit.* §. *ſi quando.*

11 Canonicique in numero eorum Sacerdotum recenſendi erunt, qui numerum Regularium æquare debet. *ibid.*

12 Quoties euocantur ſex Sacerdotes, in ijs ſit punctator, cuius munus eſt in plebe errata notare. *ibid. tit. obſeru. in Diæc.* §. *quoties.*

13 Vno, eodemquè die in Diæceſi, ne liceat vni Sacerdoti pluribus mortuorum officijs intereſſe, & pro ſingulis eleemoſynam accipere. *ibid.* §. *vno eodemquè.*

14 Electio Sacerdotum ad Curatos tantùm ſpectat. *ibid. tit. Commun. ciuit. & Diæc.* §. *in ſacriſtia.*

15 Inter maioris Miſſæ celebrationem, nè in Eccleſiam deferantur mortui. *Prou.* 1. *tit. de funer. & exeq.* §. *inter maioris.*

16 Adſint omnes cum veſte talari, & ſuperpelliceo. *Diæc.* 3. *decret.* 49.

17 Certaquè hora conſtituatur, qua conueniant omnes. *Pro.* 4. *tit. vtſup.* §. *funeris ducendi.*

18 Non in die feſto, niſi vrgente de cauſa, & cum licentia Vicarij Foranei in ſcriptis, ità tamen, vt nonniſi poſt Veſperas. *Diæc.* 11. *tit. Mon. exec. decr. quæ ad diu. off. pert.* §. *funus die feſto.*

19 Sub pæna aurei nummi Parocho, & alijs amittẽdi emolumenta. *ibid.* §. *quicunquè.*

20 Cruces tot adhibeantur, quot Colleg. vocantur, & ſub Cruce Rectoriæ procedant alij Clerici vocati. *Pro.* 1. *tit. de funer. & exeq;* §. *ſingularum.*

21 Quod de veris Collegiatis intelligendum eſt, non de alijs, vbi multi ſunt Sacerdotes. *Diæc.* 2. *decret* 33.

22 Totus clerus conueniat in Ec-

Eccleſiam ſaltem proximam ædibus defuncti. *Prou.* 1. *ibid.* §. *cum mortuus.*

23 Regulares teneant locum ſolitum in proceſſionibus. *ibid.* §. *ad tollendos.*

24 Duo Parochi, à quo, & ad quem funus effertur, etiamſi alter ſit Regularis, cotta, & ſtola induti pares incedant. *ibid.*

25 At ſecus, ſi alter ſit in dignitate conſtitutus, & cum ſuo Capitulo interſit; quo caſu alter Parochus præire capitulo debet. *Prou.7.tit. de taxa. funer.* §. *quod decreto.*

26 Accenſæ candelæ, ſi dentur, deferantur à Clero, nec extinguantur, niſi officio abſoluto. *Prou.*6. *tit. quæ ad funus* §. *lumina.*

27 Non portent laicum quouis etiam nomine illuſtrē Eccleſiaſtici: nec inferioris ordinis clericum, qui in ſuperiori ſunt. *Prouin.* 6. *tit. quæ ad funer.* §. *mortuum.*

28 Cum ad Eccleſiam venerint, omnes ſuo ordine cadauer circumſtent, inſtituta officia celebrantes, donec illud ſepultum fuerit. *Prou.* 1. *tit. vt ſup.* §. *cum ad Eccleſiam.*

29 Miſſa ſolemnis dici poteſt in die feſto, ſi contingat eo die ſepeliri defunctum. *Pro.* 6. *tit. vt ſup.* §. *ſi quando.*

30 Via procedatur, quæ à domo ad Eccleſiam recta ſit, & breuis, niſi paulò longior fiat de conſenſu eius Sacerdotis, qui funeri præeſt ob numerum maiorem cleri *Prou.* 4. *tit. de funer. et exeq.* §. *cadauer.*

31 Redeant tādem omnes cum Crucibus ad Eccleſiam ſuā, niſi aliquādo Epiſcopo aliud iuſta de cauſa videatur. *Pro.* 1. *tit. vt ſup.* §. *deinde ſingularum.*

EXEQVIÆ Eccleſiaſticorum.

1 Mortuo Papa in omni Eccleſia Campanæ pulſentur; tum in Cathedrali, & in Collegiatis Miſſa cantetur pro eo. *Pr.* 6. *tit. quæ ad diu. off.* §. *ſi quando.*

2 Sacerdotes ſinguli Miſſam dicant, aut ſaltem collectam in ea. *ib.* Mortuum verò Epiſcopum, ſæcularis, & Regularis Clerus ſolemni more ad ſepulchrum proſequantur. *Prou.* 1. *tit. de funer. Epiſc.* §. *mortuum verò.*

3 Vicinus Epiſcopus inuitetur à tribus primis de Capitulo præſentibus, qui pij huius officij gratia, impenſę, vel quouis alio nomine à quoquam nihil exigat, vel ſponte oblatum accipiat. *ibid.* §. *vt Epiſcopo.*

4 Capitulum certiores faciat

Pro-

Prouinciales Epiſcopos de morte Epiſcopi, qui in Eccleſijs cathedralibus Miſſā ſolemnem celebrari curabunt. *ibidem* §. *eidem capitulo*.

5 In exequijs eius, plures 24. cereis non accendantur, idq; impenſa vacantis Eccleſiæ; niſi extent bona defuncti, vel alius ſit, qui de iure, vel conſuetudine ſumptum facere debeat. *ibid.* §. *in exequijs*.

6 Per nouem dies Sacerdotes omnes celebrent pro anima Epiſcopi, cum Miſſa de Requiem, ſi liceat per ſacros ritus. *Prouinc. 4. tit. de funer. & exeq.* §. *quamobrem*.

7 Et capitulum moneat eos, qui in Diæceſi ſunt. *ibid.*

8 Efferant Epiſcopum qui in cathedrali dignitates obtinent, & Canonici digniores. *Prouinc. 6. tit. quæ ad funer.* §. *Epiſcopum verò*.

9 Canonico mortuo funus fiat ſumptibus Capituli, & Miſſa conuentualis pro eo celebretur; tum verò vnuſquiſq; Canonicus, miniſtervè eius Eccleſiæ, miſsā pro eo celebret *Pr. 2. tit. 2. decr.* 14.

10 Sacerdotes, Sacerdotē; Diaconi, efferant Diaconum, niſi aliud neceſſitas ſuadeat, vt ſuperior ab inferiori deferatur. *Prouin. 6. tit. vtſup.* §. *At verò*.

11 Parocho defuncto, vniuerſi illius regionis, in qua ille habitabat, eius funus obeant; niſi Vicarius Foraneus minorem numerum ſtatuendum cenſuerit. *Prou. 2. tit. 2. decr.* 15. §. *Parochum*.

12 Primo poſt obitum die, eorū vnuſquiſquè Miſſam pro eo faciat, vel proximo die non impedito. *ibid.* §. *tandem Parochus*.

13 Poſt decimum diem, conueniant omnes in eius mortui Eccleſiam ad Miſſam pro eo conuentualem. *ib.* §. *decem*.

14 Et hæc fiant gratis. *ibid.* §. *quicunquè*.

15 Clericus mortuus veſtitu clericali pro ſui ordinis ratione indutus efferatur: diaconali veſte diaconus; Sacerdotali, Sacerdos, clericus ſuperpelliceo, & alij pro ſuo quiſquè gradu. *Pr. 6. tit. quæ ad funer.* §. *Clericus*.

16 Non eum deferant, qui in ſuperiori ordine ſunt conſtituti, niſi neceſſitas aliud ſuadeat. *ibidem* §. *mortuum*.

EXEQVIARVM Taxa.

1 Fiat ab Epiſcopo de ſingulis, quæ in hoc genere accidunt. *Prou. 1. tit. de funer. & exeq.* §. *ſtatuat Epiſc. Prou. 7. tit. de taxa funer.* §. *ad Clericor.*

2 Fiat tabella, in qua præſcribatur cereorum numerus, &

S pon-

pondus, tū eleemoſyna, propoſitis pænis, vt obſeruetur. *Trou. 7. ibid. §. ad clericor.*

3 Quando vocantur Eccleſiarū Collegiatarum ciuitatis Capitula, dentur ſingulis de capitulo cerei ponderis librarū duarū: Præpoſito, aut eo abſente, primo canonico, librarum trium. *Diac. 22. tit. quæ ſpect. ad ciuit. §. quoties.*

4 In funeralibus, quæ intra fines Parochiæ tantùm ſunt, ſingulis Sacerdotibus octo ſolidi dentur: Parocho ſexdecim. *ibid. §. in funeralibus.*

5 Si extra Parochiam ducatur funus, & intra vrbem, ſtatuat Præfectus, non vltra quindecim ſolidos. *ibid. §. ſi extra.*

6 Si extra mænia, eiuſdem Præfecti iudicio ſtatuatur, non vltra 20. ſolidos. *ibidem §. ſi extra.*

7 Quādo domus defuncti panno veſtitur, circa cadauer in domo ſint quatuor intortitia ſingula minimum vnciarum 24. *ibid. §. in funeribus nobilium.*

8 Item 12. ſaltem vocentur Sacerdotes cum cereis vnciarū 18. Curato detur vnciarum 24. duo cerei vnciarum 9. pro candelabris circa Crucem, & poſt feretrum intortitia ſex, vnciarum 24. *ib. §. in funeribus nobilium.*

9 Si Regularibus vocatis dentur cerei manibus geſtandi, tum totidem Sacerdotes ſæculares cum cereis adhibeantur, quot fuerint Regulares ipſi: ſed cerei pro ſæcularib. erunt ponderis maioris. *ib. §. item ordo.*

10 Item & maioris erunt, qui dignitatibus, Canonicis, & curato, quam quę alijs Sacerdotibus. *ibid.*

11 Intortitia poſt feretrum lata, & quæ ſunt in Eccleſia circa feretrum, ſint Eccleſiæ curatæ, ſi ibi ſepilitur, vel diuidantur inter Eccleſias, Parochialem, & ſepulturæ. *ibid. §. poſt feretrum.*

12 Qui cerā huiuſmodi aſportare, vel retinere auſus fuerit, vti ſacrilegus puniatur. *ibid.*

13 Cum domus nobilis non veſtitur panno, ſaltem ſex Sacerdotes vocentur, cum intortitijs vnciarum 18. ſeruatis reliquis circa Crucem, Cadauer, & feretrum, vt ſupra. *ibid. §. cum domus.*

14 In funeribus ciuium, ſi ædes ſimplici ordine panni tegantur, ſaltem ſex Sacerdotes interſint cum intortitijs vnciarum 12., circa cadauer cerei quatuor, & poſt feretrum totidem eiuſdem ponderis. *ib. §. in funeribus mercator.*

15 Si non veſtiantur, duo cerei circa cadauer, duo poſt feretrum

trum vnciarum 12., duo circa Crucem vnciarum 6., cum ſex Sacerdotibus. *ibid.*

16 Si mercator morem nobiliũ ſequatur, eadem fiant, quæ pro nobilibus. *ibid.* §. *non prohibendus.*

17 Præfectus Portæ recognoſcat, corrigat, & approbet notulas funerum. *ibid.* §. *quod iam.*

18 In Diœceſi in funeribus eorũ, quibus honeſtæ ſuppetunt facultates, circa cadauer cerei 4. vnciarum ſex, circa Crucẽ duo totidem vnciarum, niſi aliud defunctus, aut hæres velit. *ibid. tit. obſeruanda in Diæceſ.* §. *in funeribus nobil.*

19 Parochus, qui ad maiorem impenſam hæredes cogere attentarit; præter pænam 10. aureorum, ceram amittat, & ſcholę Sanctiſſimi Sacramenti adiudicata cenſeatur. *ibid.*

20 In funeribus puerorum ſeptennio minorum, dentur Curato, præter propriam, & Clerici eleemoſynam, duo cerei vnciarum ſex ad cadauer comitandum. *ibid.* §. *quoties.*

21 In funeribus, & officijs defunctorum ſingulis Sacerdotibus ſolidi decem dumtaxat dari debent: Curato, & Præpoſito, ſeu Vicario Foraneo viginti, ſi aderit. *ibid.* §. *in funeralibus.*

Conſuetudo maioris eleemoſynę, vel minoris, niſi nimis tenuis illa ſit, nõ improbatur: ſed de ea doceatur Vicarius Generalis. *ibid.* §. *in funer. et offic.*

Si cadauer longius milliari diſtet ab Eccleſia, pro dimidia parte augeri eleemoſynã licet: vbi duobus milliaribus, duplicari, & vltra non, niſi de licentia Vicarij Foranei. *ibid.* §. *ſi cadauer.*

22 Vbi ſex Sacerdotes adhibentur, pro eleemoſyna, & cera, non excedat impenſa octo librarum Imperialium, niſi hęredes excedere voluerint. *ib.* §. *in officijs.*

23 Si maior ſit numerus Sacerdotum, ſolidi decem vltra præfinitam ſummam ſingulis dentur. *ibid.*

24 Quod Decretum locum habet, tantum in ſeptimis, & trigeſimis, non in annualibus legatorum cauſa. *ibid.*

25 Quod in omni genere perſonarũ de funere ducendo præſcriptum eſt, declaratur id habere locum in officijs eorum ſeptimis, trigeſimis, annualibus. *ibid.* §. *quod in omni.*

26 In exequijs alicuius momenti, Curati notulam tradant Vicario Foraneo Sacerdotum, eleemoſynæ, & totius impenſæ ſubſcribendam. *ibid.*

ibid. §. *in exequijs.*

27 Canonici capitulariter incedētes, ceram, quam manibus geſtant, ſibi ipſi acquirunt, niſi ſacriſtiæ, vel pio vſui ex conſuetudine cedat. *ib. tit. Commun. ciuit. & Diac.* §. *quoties.*

28 Secùs eſt, ſi non incedunt capitulariter. *ibid.*

29 Nulla pactio de funere cum defuncti hærede, aut de officijs, à Parocho fiat: & præſertim, vt certa pars ceræ, quæ ſuperſit, hæredi reſtituatur. *ib.* §. *nè pactiones.*

30 Pro funeribus pauperum, qui miſerabiles non ſunt; eam ceram tantū Curatus accipiat: quæ ſpontè oblata erit, & quo ad numerum Sacerdotū ſe remittat defuncti conſanguineis. *ibidem* §. *pro funeribus.*

31 Miſerabilium perſonarum exequiæ fiant gratis. *ibid.* §. *miſerabilium.*

32 Sed de ſtatu miſerabili teſtimonium fiat à Priore Doctrinæ Chriſtianæ cum alijs duobus viris probis: quorum teſtimonio credere teneatur Parochus, ſub pæna duorum aureorum fabricæ Eccleſiæ applicandorum, niſi aliud sēſerit Præfectus portæ, aut Vicarius Foraneus. *ibid.* §. *miſerabilium.*

33 Nè liceat Curatis hæredes cogere, vt alijs in locis, præter conſuetos, lumina accendantur. *ibid.* §. *nè liceat.*

34 Si maior numerus Clericorum, quam neceſſarij ſint, ab hærede vocetur, ijs dimidia tantum eleemoſynę pars, quę Sacerdotibus dari ſolet, tribuatur. *ibid.* §. *nè maior.*

35 Si duo ſint Curati, ei tantum duplicita detur eleemoſyna, qui, vel hebdomadarius eſt, vel de cuius cura mortuum efferri contigerit. *ibid.* §. *ſi in eodem.*

36 Curatus, qui contra prædicta hæredes coegerit, decem aureorum pænam ſubeat, quorum dimidia pars accuſatori, altera dimidia ſcholæ Sacramenti, vel fabricæ Eccleſiæ perſoluatur. *ibid.* §. *Curatus.*

37 Cuſtodes, vel Cruciferi, vel Campanarij, tantum accipiant, quantum eo nomine iudicio Præfecti Portæ, ſeu Vicarij Foranei dari ſolet. *ib.* §. *Cuſtodes.*

38 Decretum Prouin. 4. vt pro Crucibus, & quod circa cadauer, aut Cænotaphium, nihil exigat, accipiatvè Curatus, omnino obſeruetur: miniſtris tamen liceat ob laborem accipere aliquid arbitrio Curati. *ibid.* §. *quod Concil.*

39 Priores ſcholarum, nè manibus geſtent cereos æqualis,

aut

aut maioris ponderis, quam ſint Sacerdotum, ſub quouis prætextu ij tradantur. *ibid.* §. *Priores.*

40 Qui ſe in funus ingerunt, nec quicquam operæ ponunt, nihil omninò conſequantur. *ibid.*

41 Pallia altarium nè adhibeãtur ad ornatum feretri, aut tumbæ, & qui dederit, aliud ſuis ſumptibus illi ſimile cõparet pro Altaris vſu: illud autem, nè amplius ad altaris ornatum adhibeatur ſinè licentia Archiep. *Diac.* 3. *decr.* 51. *& Diac.* 4. *decret.* 24. §. *quibus pallijs.*

42 Pallium pro feretro fiat ſumptibus Parochianorum, non Parochi, alioquin efferantur mortui ſinè pallio. *Prou.* 1. *tit. de funer.* §. *dent operam*, *& Prouin.* 4. *tit. de funer.* §. *Vbi ex noſtra.*

43 Quocunquè modo ſit comparatum, detur omnibus gratis. *ibid.*

44 Si hæredes alio pallio proprijs expenſis comparato vti voluerint, Eccleſiæ, in qua corpus ſepultum fuerit, illicò ſit acquiſitum. *Diac.* 22. *tit. de funer. ducen.* §. *ſi verò.*

45 Si pretioſum fuerit, in Eccleſiæ ornamentum conuertatur, *ibid.*

46 Eleemoſyna, quæ officium mortuorum obeuntibus eſt diſtribuenda, ne detur in Eccleſia. *Diac.* 3. *decret.* 46. §. *eleemoſyna.*

47 Cenſeatur is interfuiſſe, qui in officio affuerit, antequam prima lectio legatur, & vſquè ad finem Miſſæ præſens perſeuerauerit. *ibid. decr.* 47. §. *matutino.*

48 Parocho ex cauſa neceſſaria diſcedenti nihil detrahatur. *ibid.* §. *ſi verò.*

49 Prandium ab hæredibus defuncti pro Clericis ad funus vocatis, paretur in domo Parochi tantum. *ibid. dec.* 48.

50 Sacerdoti, qui interfuerit, non autem celebrauerit, ſi hæres defuncti ſciens idem dederit, quod alijs, qui celebrarint, ſatisfacere is cenſeatur, ſi celebrans eo die in propria Eccleſia, commemorationem fecerit eorum defunctorum ſtatis orationibus. *Diac.* 11. *tit. Mon. exec. decr. qua ad diu. offic. pert.* §. *in officijs mortuorum.*

51 Non ſatisfacit, ſi ex legato, vel alia ratione certus numerus Miſſarum debetur officio mortuorum. *ibid.*

52 Officium integrum peragatur cũ tribus nocturnis. *Diac.* 3. *decr.* 47. §. *pro mortuis.*

53 Et eum cantu ſub pæna vnius aurei, quoties à preſcripto recedi-

ceditur. *Diac. 22. tit. Commun. Ciuit. & Diac.* §. *pro mortuis*.

54 Habeatur vt abſens, qui veſte talari, & ſuperpelliceo nõ eſt indutus. *ibid.* §. *nemo*.

55 Item, qui antequam efferatur cadauer, non aderit. *ibid.* §. *qui etiam*.

56 Item qui pileum, vel chirothecas detulerit, pœnam luat duorum aureorum, *ibidem* §. *quicunque*.

57 Idem ſoluat, qui breuiori veſte. *ibid.*

58 Curatores, Anciani, & alij officiales, qui partes ſuas, & munus ſuum non obierint, emolumentis careant. *ibid.* §. *qui funeris*.

59 Veſtes defuncti, inuitis hæredibus, nè Clerici Eccleſiæ ſumant, ſed ijs, ad quos pertinent, reddant. *Prou. 1. tit. de funer. & exeq.* §. *Clerici Eccleſ.*

60 Qui ſunt in ſacris, æquè habeant, ac Sacerdotes. *Pr. 4.* Cerei circum cadauer, & in Altaribus accenſi ſint Rectoris. *Prou. 2. tit. 2. decr. 16. contra Prou. 1. tit. de funer. ex exeq.* §. *Candela*.

EXERCITATIO Spiritualis.

1 Exercitationes ſpirituales annuatim haberi ſolitæ in Eccleſijs, item proceſſiones, ſiue Parochiales infra octauam Corporis Chriſti, ſiue aliæ quæcumq; ante ſignum ſalutationis Angelicæ omninò abſoluantur. *Syn. Diac. 35. decr. 25. & Diac. 34. c. 4.*

EXORCISTA.

1 Nemo, etiamſi Regularis, laicuſvè ſit, exorciſtæ officium vſurpet, niſi ſpecialiter deputatus, obtentaq; in ſcriptis facultate. *Prou. 4. tit. quæ ad Sacr.* §. *pr. Diac. 32. cap. 26.* §. *nemo*.

2 Et Parochi quoq; eadem lege tenentur. *Diac. 32. ibid.* §. *denuntiandi*.

3 Sed neque Parochus alium Parochum approbatum admittat, ſine ſpeciali facultate. *ibid.*

4 Medicum conſulat exorciſta, mores energumeni, ac vitam examinet, antequàm exorcizet. *Prou. 4. vt ſup.* §. *antequam*.

5 Videat, ſi eſt excõmunicatus. *ibid.* §. *videat item*.

6 Nullus intercedat quæſtus, neq; vlla percunctatio vitioſa. *Prouin. 1. tit. de exorciſta.* §. *caueat etiam*.

7 Nec doni, aut muneris quidquam minimum capiat. *Pro. 4. tit. vt ſup.* §. *in hoc*.

8 Ante ortum ſolis, vel poſt occaſum, nè exorcizet. *Prou. 4. ibid. nè ante ortum*.

9 In Eccleſia, & loco conſpicuo iudicio Epiſcopi. *ibid.* §. *nè in ædibus*.

10 Niſi exorcizandus ità ſit affectu

ctu corpore, vt ad Eccleſiam transferri nequeat: ad quem tamen non ibit exorciſta, niſi medici iudicio prçter naturæ ordinem ſit ille morbus. *Diec. 32. cap.* 16. §. *exorciſmum*.

11 Non in conſpectu multitudinis, ſed præſentibus viris honeſtis, & in ijs vno ſaltem, aut duobus Eccleſiaſticis. *Prou.* 4. *ibid.* §. *neq; in conſpectu*.

12 Nè duos ſimul exorcizet. *ibi* §. *nè ante*.

13 Mulieri energumenæ, duo adſint viri probati: tum fæminæ graues, &, ſi fieri poteſt, eiuſdem conſanguineæ. *ibid.* §. *Mulieri*.

14 Nè tangat exorciſta mulieris caput, humeros, manum. *ib.* §. *caueat*.

15 Exorciſmum adhibere nè incipiat, niſi energumenus ſit confeſſus: moneatur item de confeſſione generali totius vitæ facienda, precibus, ieiunijs, & viſitatione ſacrarum reliquiarum in Eccleſijs. *ibid.* §. *energumenis*.

16 Ipſemet exorciſta pridiè ieiunio, & oratione ſe præparet, & ſi eſt Sacerdos, Miſſam prius faciat. *ibid.* §. *quamobrē*.

17 In ijs ſe frequenter etiam exerceat. *Prou.* 5. *tit. de initiand.* §. *exorciſta*.

18 Memoriæ mandare ſtudeat exorciſmos ex libris iudicio Epiſcopi approbatis. *Prou.* 1. *tit. de exorciſta.* §. *is exorciſmos*.

19 Denuntient Parochi eos, qui maleficia, aut ligaturas curare ſe profitentur remedijs, quibus ſacra quædam admiſcentur. *Diec.* 32. *cap.* 16. §. *denuntiandi*.

20 Et item ij, qui ſimulant habere ſe remedia, & medicamenta huiuſmodi, eaq; aut docent, aut exercent, denuntiandi erunt. *ibid.*

21 Præſcriptas has regulas in tabella deſcriptas, eo loco ſibi proponat, vbi potiſſimū id munus exercet. *Prou.* 4. *ib.* §. *Præſcriptas*.

Eadem habes. *Diec.* 4. *decr.* 18. *per totum*.

22 Sub pœna ſuſpenſionis ab officio, & vigintiquinque aureorum, nullus Sacerdos Secularis, vel Regularis audeat exorciſmum energumenis adhibere, abſq; facultate Archiep. in ſcriptis obtenta. *Syn. Diec.* 35. *Decr.* 11.

EXTREMA VNCTIO.

1 Parochus miniſtraturus hoc Sacramentum, ad cōueniendum, & orandum pro infirmo, populum admoneat cāpanæ ſigno, diſtincto ab eo, quo conuocari ſolet ad deferendam Euchariſtiam. *Prou.* 7. *tit. de ſac. extr. Vnct.*

2 Deferat vas olei ſacri ſuperpel-

pelliceo, & ſtola violacei coloris indutus, cum clerico ſuperpelliceo induto, & alio cereum in lanterna incluſum accenſum deferente, idemq; fiat cum à Metropolitana ad parochialem in Ciuitate defertur. *ibid.*

3 Parochus tantum miniſtret ſtola, & ſuperpelliceo indutus: eo impedito, aut in mora, & mortis periculum inſtet, Sacerdos alius miniſtret. *Prou.5.tit.quæ pert.ad ſacr. extr. vnct.* §. *nè alius.*

4 Vnum ſaltem habeat Clericum ſibi miniſtrantem. *Prou. 4.tit. quæ pert. ad extr. vnct.* §. *quòd ſi.*

5 Ferat vas olei in ſacculo ſerico incluſum, cordula ſerica à collo pendens. *ibid.* §. *vas ſacri.*

6 Si timeatur mors ægroti, deferat vas olei vna cũ viatico. *ibid.* §. *eum autem.*

7 Paretur menſa paruula, mappa candida, ſupra quam vas olei, bambacium, ſeu ſtuppa cum mica panis, vas alterum aquæ, & candela cerea. *ibid.* §. *cum accerſitur.*

8 Nè detur pueris nondũ vſum rationis habentibus. *Prou. 5. tit. quæ pert. ad ſacr. extr. vnct.* §. *nè pueris.*

9 Neque mulieribus in partu laborantibus, ad bellum proficiſcentibus, nauigantibus, peregrinantibus, vltimo ſupplicio mulctandis. *Prou. 4. vt ſup.* §. *Parochus.*

10 Curet Parochus, vt ægrotus vngatur, dum integris eſt ſenſibus. *Pro.1.tit.de ſacr.extr.vnct.*

11 Si vngẽdo moriatur, deſiſtat; & in dubio viuus nè, an mortuus ſit, miniſtret ſub conditione. *Pro.5.tit.vtſup.* §. *Æger.*

12 Si vſum rationis amiſit, & tamẽ viuit, miniſtrari licet hoc Sacramentum. *Prou. 3. tit. de ſacr. extr. vnct.*

13 Et priùs dederit ſigna optandi hoc Sacramẽtum, aut probabiliter cẽſetur, ſi loqui ille poſſet, ſe petiturum hoc Sacramentum. *ibid.*

14 Mulieribus nè vngãtur renes. *Prou. 4. vtſup.* §. *mulieribus.*

15 Si per errorem aliud oleum, etiam chriſmatis, aut cathecumenorum adhibeatur, iteretur vnctio cum oleo infirmorum. *Prou. 5. vtſup.* §. *Parochus.*

16 Suggerat Parochus, vt mittatur ad Epiſcopum pro benedictione Epiſcopali. *Prou. 4. ibid. vtſup.* §. *Parochus verò.*

17 Si non poteſt aſſiſtere morienti, ſubſtituat Sacerdotẽ, vel laicum idoneum, ex confratria Sanctiſſimi Sacramenti, vel Doctrinæ Chriſtianæ. *ib.* §. *ſi verò adeſſe.*

18 Sin.

Digitized by Google

18 Singulis menſibus Præfectus regionis in vrbe, & Vicarius Foraneus in Diœceſi, aut alius Deputatus requirat à Parochis, qui obierint, &, an illis defuerint, interrogatis defunctorum domeſticis. *ib.* §. *ſingulis menſibus*.

19 Parochus quiſquè habeat librũ, in quo ſingillatim ſcribat defunctos, & quæ Sacramenta illis miniſtrarit, & cõmendationem animæ, & quo die hæc ſingula præſtiterit. *Prou.* 5. *ibid. vtſup.* §. *vt Epiſcopo.*

FERIA SEXTA Quadrageſimæ.

1 SAcerdotes Ambroſiani ritus, nè in Regularium quidem Eccleſijs celebrent, etiam funeris, vel exequiarũ, vel alia cauſa oblata. *Diæc.* 3. *decr.* 20.

2 Qui tamen ritu Romano ſacrum facere ſolent, licet addicti Eccleſiæ Ambroſianæ, ijs, nè ſit interdictum. *ibid.* §. *qui verò*.

3 Sacra Crux ea die exponatur in altari cum ſex ſaltem luminibus, eo tempore, quo mane in choro officia diuina recitantur. *Diæc.* 11. *tit. Mon. exec. decret. quæ ad diu. off. pert.* §. *ſexta quaq; d.*

4 Id fiat, tam in Collegiatis, quam in Parochialibus Eccleſijs. *ib.* conuocetur populus ad orandum, & excitetur à Sacerdote perito pia meditatione de Chriſti paſſione. *ibid.* §. *excitetur*.

5 Habeatur concio de Paſſione Chriſti, aut de parte illius aliqua in ſingulas illas ferias diſtributa. *ibid.* §. *concio*.

6 In omni Parochia, Parochus ſolemni campanarum ſono, & præmiſſa admonitione ad populum, eum conuocet, & cruce vtſupra expoſita, de libro proponat meditationẽ, diuinas preces recitet, & litanias canat, aut ſaltem recitet. *ibid.* §. *in omni*.

FESTI DIES.

V. Celebritas. Parochus. Miſſa.

1 Feſtum S. Barnabæ in tota Prouincia colatur. *Pro.* 6. *tit. de diebus feſtis* §. *Dei munere*.

2 Item feſtum S. Sebaſtiani celebretur Mediolani, vti alia de præcepto. *Diæc.* 5. *decr.* 1.

3 Feſtum itẽ S. Ambroſij ſept. Decemb. *Prou.* 4. *tit. de Sancto Ambroſ.*

4 Feſtus dies S. Thomæ, & Cathedræ S. Petri Romæ celebretur, prout in Kalend. Ambroſ. præſcribetur. *Diæc.* 2. *decr.* 4.

5 Feſtum Tituli Parochiæ colatur ab incolis Parochiæ. *Prou.* 3. *tit. de feſt. dier. cul.* §. *quo*

Digitized by Google

religioſius. Diæc. 4. decr. 2. §. Par.

6 Idemq; ſeruent illius Parochiæ Aduentitij hoſpites, & peregrini. *Diæc. 4. decr. 2. §. qui item,*

7 Si aliò diuertant ad opus eo die doloſè, eos Parochus arguat. *ibid. §. qui in ea.*

8 In die Natali, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, tribus Pentecoſtes diebus, in ſolemnitate Corporis Domini, & feſti Patroni Eccleſiæ, curet Præfectus Eccleſiæ ianuas Eccleſiæ frondibus ornari, prout tempora tulerint; ſacræ imagines in ipſis foribus adhibeantur, & alia profana inſignia abſint. *Prou. 5. tit. quæ ad dies feſtos. §. itaquè die natali.*

9 Certo ſacriſtiæ loco affigatur tabella feſtorum, quæ coli conſuetudinis eſt in illa vrbe, aut Diœceſi, & etiā id præſtent Regulares. *ibid. §. dierum antē.*

10 In euulgandis feſtis diebus, & vigilijs ſeruetur tabulæ editæ præſcriptum. *Diæc. 5. decr. 2.*

11 Epiſcopus certum librum cōſtituat, in quem à cancellario ſinguli feſti dies Parochiales, & alij, qui vbiq; vel in vicinia, vel Diæceſi aguntur, ſingillatim, & ordine referantur, & ij, quibus Indulgentiæ, aut Iubilæi cauſa concurſus eſſe ſolet, quo libro deprauati, ſi qui ſunt in ijs feſtis, mores, notentur, & in his diebus exſcribendis adhibeat etiam ſingulos Parochos, ad certam eorum cognitionem, quorum etiam ſit officiū referre ad Epiſcopum, ſi quæ noua Indulgētia, ſeù alia celebritas ſuæ Eccleſiæ acceſſerit, quamobrē populi concurſus fieri debeat, vt in librum eundem referatur. *Prou. 6. tit. de feſt. dieb. §. quo religioſus.*

12 Hunc librum, notato die, & menſe ſingularum celebritatum, ſingulis menſibus ad ſe referri curet Epiſcopus, vt ſi opportuerit, litteris paſtoralibus feſti alicuius ſanctificationem curet, & ſanctis cohortationibus ab omnibus corruptelis populus eo die abſtineat. *ib. §. porrò eum.*

13 Initium diei feſti à media nocte ſumitur, quæ præcedit feſtum, & vſq; ad mediam noctem, quæ ſequitur, terminatur. *Diæc. 4. decr. 3.*

14 Interſint Miſſæ etiam puellę nobiles, & viduę, remoto quocunquè prætextu *Prou. 3. tit. de dier. feſt. cul. §. feſtis diebus.*

15 Ad parochialem conueniant omnes pro Miſſa. *Diæc. 4. decr. 4.*

16 Principes, & Magiſtratus cōueniant ad Eccleſiam cathedralem. *Prou. 3. tit. ibidem §. ſicut Principes.*

17 In

Digitized by Google

17 In Metropolitana Eccleſia, poſt Euangeliũ Miſſæ ſolemnis, denuntientur à Canonico minore Vigiliæ, dies feſti ſequentis hebdomadæ. *Diac. 2. decr.* 10.

18 In feſtis ad alienam Eccleſiã Parochus nè accedat ad Miſſam faciendam, niſi impetrata facultate in ſcriptis à deputato. *Prou. 4. tit. de cler. ad feſt. dier. celeb. conu.* §. *ne diebus.*

19 Quæ facultas non detur, niſi ijs, qui verè ad celebritatem ſunt neceſſarij. *ibid.* §. *quam facultatem.*

20 Nequè accedat ſinè notitia ſuæ Parochiæ, etiamſi feſtus ſit ex conſuetudine, aut ex voto. *Diac.* 32. *cap.* 15. §. *in celebritate.*

21 Porrò neceſſarij ſint quatuor, aut ſex ad ſummum, niſi ex legato pio, vel fundationis iure plures ſint euocandi. *ib.* §. *qua in celebritate.*

22 Vel niſi pro Eccleſiæ amplitudine, vel dignitate pluribus ſit opus. *Diac.* 32. *cap.* 15.

23 Si poſſunt vocari Sacerdotes alij, nè accedant Parochi. *Pro. 4. tit. vt ſup.* §. *item diligenter.*

24 Vel certè viciniores tantùm, & qui pauciorem populum habent. *ibid.* §. *item.*

25 Subſtituant ſibi aliũ eo caſu in propria Eccleſia, vel ſaltem ſignificent opportunè populo, ſe non eſſe celebraturum. *ibid.* §. *tum preterea, &* §. *ſi verò.*

26 Concionentur, & celebrent in propria Eccleſia, deindè, ſi opus eſt, pergant. *ibid.* §. *ſin autem.*

27 Non admittantur, niſi ſuperpelliceo induti. *ibidem.* §. *illi porrò.*

28 Non vocati, nè admittantur in choro, nequè ad eleemoſynarum diſtributionẽ, neq; ad menſam. *ibid.* §. *nec verò.*

29 In vrbe, comeſſatio, ſeù refectio ne detur cuiquam Eccleſiaſtico, Canonicis, & alijs à Rectore Eccleſiæ occaſione feſti eiuſdem. *Diac.* 11. *tit. Mon. exec. decr. quæ ac ſacr. pert.* §. *nè cuiquam.*

30 In Diœceſi dari licet prandiũ tantùm ijs, qui aliundè vocati ſunt, non ijs, qui eo loci manent: cænam, nunquam. *ibid.* §. *in Diœceſi, & Diac.* 32. *cap.* 15. §. *eo die.*

31 Paretur autem in ædibus Eccleſiaſticis, vel ijs, quæ vſui tantùm ſunt Eccleſiaſticis. *ibid.* §. *paretur, & Diac.* 32. *ibid.* §. *eo die.*

32 A menſa arceantur laici, excepto quopiam Chriſtianæ virtutis ſtudioſo. *Diac.* 32. *c.* 15. §. *in celebritate.*

33 Menſura vini certa omninò ſtatuatur. *ibid.* §. *vt autem.*

34 Cantores ſint Clerici, ſi fieri pote-

poterit, vel alij laici à Vicario Foraneo probati. *ibid.*

35 Muſices inſtrumẽta alia prohibentur: præter organum, & Regale. *ibid.* §. *vt autem.*

36 Apparatus menſæ erit vnius tantùm ferculi, eiuſquè vno tantum modo conditi, quod oua tãtummodò tria capiet, aut vncias carnis ſeptem, nõ è pullis gallinaceis, vel ex volatilibus, feriſvè. *ibid.* §. *apparatus.*

37 Cibus virulentus erit vnus dumtaxat, fructuumquè duo genera, præter lacticinium. *ibid.* §. *Apparatus.*

38 Duplex vini genus, vnum rubei, alterum albi. *ibid.*

39 Antè menſæ benedictionẽ, & à prandio, omnis comeſſatio, & compotatio vetatur ſub pœna arbitraria. *ibid.*

40 Abuſus Kal. Maij tollatur, vt inciſæ arbores in plateis ludibundo ſpectaculo erigantur. *Prou.* 5. *tit. quæ ad dies feſt.* §. *Kalendis Maij.*

41 Illiberales artes nè exerceantur, nequè aliquod vendatur, quod ad victum illius diei, vel ægrotis ſit neceſſarium. *Pro.* 1. *tit. de feſt. dier. cult.* §. *prohibentur.*

42 Nè officinæ, neque ex parte habeantur apertæ. *ibid.* §. *nè officinæ.*

43 Nè fiant nundinæ, quæ transferantur in alium diem proximiorem. *Prou.* 3. *tit. de feſt. dier. cult.* §. *nè ijs diebus.*

44 Parochi, quindecim diebus antequam nundinæ, ac mercatus habeantur, inter Miſſarum ſolemnia, & per ſyngraphas in vicinis locis expoſitas, curent promulgari dilationem. *Diæc.* 32. *cap.* 14. §. *præterea.*

45 Si filius, famulus, miniſtri deliquerint, ſubeant pœnam etiam pater, dominus, & artifex. *Pro.* 3. *ibid. & Prouin.* 1. *ibid.* §. *de officinis.*

46 Nè perſonati eo die incedãt: nequè ludi equeſtres, certamina, ludri craquè ſpectacula fiant. *ibid.* §. *ijs etiam.*

47 Dominica, quæ in capite quadrageſimæ dicitur, ſeruetur, vt reliquæ quadrageſimales, in cibis, nuptijs, & alijs. *Diæc.* 5. *decr.* 3.

48 Qui hunc diẽ violarit, culpæ reus ſit, ac ſi alium quadrageſimæ diem violaſſet. *ibid.* §. *quæcunquè.*

49 Pronuncietur hæc dies in Epiphania cum feſto Paſchatis, Parochorum voce, Populis, & in Kalendario notetur, & denuncietur tàm in vrbe, quàm in Diœceſi, Dominica quinquageſimæ. *ibid.* §. *quo autem* §. *Parochi.* §. *in Calendario.*

50 Vi-

50 Vicarius criminalis, & procurator Fiſci Epiſcopalis in vrbe, & Viſitatores, & Vicarij Foranei in Diœceſi omni ratione agant contra violatores feſtorum, ablatis ciſtis, & vaſis rerum venalium, & ſatellites ſi opus ſit adhibeãt. *Diœc. 11. tit. Mon. exe. decr. quæ ad dies feſt. §. quã ob cauſam. Diœc. 32. cap. 14. §. volumus.*

51 In Sutores Tonſores, Sartores, Circulatores animaduertant maximè, nec contenti ſatellitum ope, ipſi ad eas Eccleſias, vbi frequentior eſt populi concurſus, ſe transferant, publicè vendentes amoueant, puniendoſq; ad curiam deferant. *ibid. §. volumus.*

52 Omnino id præſtari curent Viſitatores vrbis intra fines locorum, quæ corpora Sanctorum Mediolani nuncupãtur. *ibid. §. quæ de dierum.*

53 Vtantur Vicarij Foranei formula præceptorum pœnaliũ, quæ in Cancellaria Archiep. vſui eſt ad executionem Decretorum prouincialium, & edicti de obſeruatione dierũ feſtorum. *ibid. §. contra iſtos.*

54 Has eaſdem pęnas exequantur etiam in eos, qui fuerint auctores feſtos dies violandi, & ſi expediat, trãſmittant informationes aſsũptas ad Vicarium criminalem. *Diœc. 32. cap. 14. §. pæn as dierum.*

55 Parochi 15. diebus antequã nundinæ fiant inter Miſſarũ ſolemnia, & per ſyngraphas publicè expoſitas, in vicinis locis euulgent, feſto die non permiſſas iri vllo pacto nundinas & mercatus. *ibidem §. præterea.*

56 Eodem die, ad eum locum mercatus ſe transferant, exploraturi, ſi quid cõtra fiat, & vbi delinqui cõpererint, eiuſmodi licentiam impedire conentur, inuocato auxilio prętoris, ſi ibi reſederit. *ibid. §. præterea.*

57 Vbi adhuc hic conatus inanis, omnes Eccleſias loci, & vicinas intra ſpatium vnius milliaris exiſtentes, etiã Regulariũ, claudi iubeat, & clauſas ſeruari per eum diem, ibiquè excluſis laicis quibuſcũquè ſũmiſſa tantum voce ſacra fieri permittent, & omnẽ campanæ ſonũ prohibebunt. *ibid.*

58 Choreæ, ſaltationes, vbiq; prohibeantur. *Prou. 1. tit. de feſt. dier. cul. §. Choreæ.*

59 Maximè tempore diuinorũ officiorum. *Prou. 3. tit. de feſt. dier. cul. §. quoniam autem.*

60 Comeſſationes quoq; inhonorem Sanctorũ, ludos, aliaſvè profanas actiones quouis prætextu introductas prohibeat

beat publicè ijs diebus fieri Epiſcopus. *ibid. §. probibeat verò.*

61 Septuageſimæ, Sexageſimæ, & Quinquageſimæ tempore curet Epiſcopus, ſpectacula, ludos ſcenicos, & alia huiuſmodi, à fidelibus amoueri. *ibid. §. ſtudeat.*

62 Hæc inſuper in die feſto prohibentur.

63 Nè contractus vlli, aut executiones fiant, niſi cum iure nominatim permiſſum eſt.

64 Nè collectæ, taleævè exigantur, maximè dum ſacra fiunt, aut concio, proceſſiones, diuina officia, doctrinæ Chriſtianę habentur, & multo minus exigantur in Eccleſia, cęmiterio, aut atrio Eccleſiæ.

65 Nè libri, imagines, ſigna, idquè genus venalia proponantur, aut circumferantur; non quæ ad aleæ vſum pertinent, non laruæ, veſteſvè ad perſonatorum hominum vsū vendantur, aut locentur.

66 Quæ vendi licet ad victum neceſſaria, nè propè Eccleſiam, aut in earum conſpectu venales proponantur.

67 Solius panis à ſole defendēdi cauſa, vel à pluuia in foro, locisvè publicis, tentoria, raſtravè ſint, quibus exponatur.

68 Rerum ad victū neceſſariarum occaſione, officinæ vllo modo ſint apertæ; ſed ſolùm pateat earum oſtiolum, reliqua omni parte clauſa.

69 Porrò harum rerum venditioni ſtatuat Epiſcopus certā horam & modum, nè homines à diuinis officijs diſtrahantur.

70 Tonſoribus maximè, piſtoribus, ſutoribus, calcearijs, & reliquis opificibus certas regulas præſcribat, nè violent dies feſtos.

71 Comœdias, ludos ſcenicos, vel theatrales, haſtiludia, prohibeant omninò; nequè permittant cicumforaneos, circulatores, & id generis nebulones, præſtigias, inaniaquè ſpectacula agere, neq; aliquid etiam prętextu medicamenti vendere, nè patiatur.

72 Contra verò non parentes in hoc genere, agat Epiſcopus pænis, & alijs remedijs arbitratu ſuo. *Hæc ibid. à §. nè ijs diebus. ad §. feſtis diebus.*

73 Feſtiuitates, pio, & religioſo apparatu fiant, ornatu Eccleſiæ, cantu iuxta ſacrum ritū, & luminibus, remotis omnibus profanis, comeſſationibus, ſtrepitu tympanorum, & ſcloporum, & Parochi non permittant quidquā horum fieri intra fines ſuos, & ſi quod futurum præuideat, ſe opponat, & ad Tribunal Archiep.

Digitized by Google

chiep. deferat, & contumacibus interdicti pæna proponatur. *Diœc. 32. cap. 14. §. quæcunq; & §. monemus,*

74 Parochi, & Concionatores ſæpè hortentur populos, vt feſtis diebus, Concionē mane, lectionem à prandio audiant, diuinis officijs, maximè Veſperarum, interſint; in Doctrinæ Chriſtianæ præceptis percipiendis, & recolendis verſentur; in officijs pietatis ſe exerceāt, & feſtos dies ſanctè tranſigant. *Prou. 3. tit. vt ſup. §. vt verò ad §. Epiſcopi.*

75 Curet Epiſcopus litaniarum proceſſiones, aliaſvè ſacras exercitationes inſtitui, appoſitas ad abducendos populos à rebus profanis. *ibid. §. Epiſcopi.*

76 Ius diſpenſandi feſtos dies, non laico, ſed miniſtris Archiep. in Ciuitate, Vicarijs foraneis in Diœc., in caſu neceſſitatis Parocho in ſua Parochia, ſit. *Diœc. 32. cap. 14. §. ſi iuxta,*

77 Diſpenſatio hæc gratis concedatur, nec quicquam à ſpōtè etiā offerentibus recipiatur, *ibid,*

78 Seruentur Decreta Prou. & Synod. circa celebritatem feſti alicuius, *ibid. §. cauendum verò.*

79 Feſtus dies ordinationis S. Ambroſij à Parochis tam Vrbis, quàm Diœceſis præcedenti Dominica denuntietur obſeruādus de præcepto. *Syn. Diœc. 34.* Imò pridie illius diei ieiunandum. *Syn. Diœc. 4. Decr. 1.*

80 Dies feſtus Patroni Eccleſiæ Parochialis, conſueta ſolemnitate celebretur, neq; in aliā diem transferri poſſit abſque peculiari Archiep., vel eius Vicarij Generalis facultate, non ſine cauſa concedenda. *Syn. Diœc. 33. Decr. 9.*

81 Ne impoſterum Parochi audeant concedere facultates exercendi ſeruilia publicè, vel priuatim feſtis diebus, prætextu promouendi fabricas ſuarum Eccleſiarum, ſed obſeruent Conſt. Vrbani 8., editam ſuper ſanctificatione dierum feſtorum anno 1642. *Syn. 35. Decret. 3,*

82 Diſpenſantes verò in caſibus à iure permiſſis gratis omninò id præſtent. *Syn. Diœc. 34. Dec. 1,*

83 Nec obſtante reductione feſtorum per Bullam eiuſdem Vrbani renuant Parochi celebrare Miſſas, & canere Veſperas ijs diebus, quos agere feſtus voluerint Communitates, ex *Declarat. S. Rit. Cong. 19. Sept. 1643. Synod. Diœc. 34. c. 1.*

84 Porro ij tantùm tenentur, ex voto Communitatum, obſeruare feſtus dies, qui illud emiſerunt ex eadem *Declarat. & Syn. ibid.*

FIDEI PROFESSIO

1 Qui beneficia Eccleſiaſtica obtinent, vel obtinebunt, in prima Synodo fidei profeſſionem emittant. *Prou. 1. tit. de profeſſ. fid. §. ſacri igitur.*

2 Item ij, qui in Synodum conuenire debent. *ibid.*

3 Extra Synodum, emittāt prouiſi de canonicatibus, ſeù beneficijs curatis, promouendi ad doctorales, vel alios gradus, docentes literas, ſiuè publicè, aut priuatim, domi ſuæ, vel alienæ, & pædagogi, & quaſcunquè artes liberales, etiam prima grammaticæ rudimenta, etiamſi gratis, doceant. *ibid. §. Epiſcopi.*

4 Cōpellat Epiſcopus ad hanc profeſſionem faciendā omnes, quicunq; Arithmeticam, & Muſicam profitentur. *Prou. 4. tit. de fid. profeſs. §. quod ex Pij Quarti.*

5 Impedientes, nè dicto decreto prædicti obtemperent, ſeuerè puniantur. *Prou. 1. ibid.*

6 Parochi inquirant, & eorum nomina ad Archiep. deferant. *ibid.*

7 In aliquo certo libro in Archiuio Epiſcopali aſſeruabūtur à Cancellario Epiſcopali, qui fidei profeſſionem pro tempore emittunt. *Prou. 3. tit. de fid. tuend. ſtud. §. in aliquem.*

8 Quicunq; litteras, & liberales artes, quouis nomine, vel publicè, vel priuatim docent, & omnes, quibus ex Conſt. Pij IV. vel Concil. Prou. decreto, fidei profeſſionem facere iuſſum eſt, trium menſium ſpatio ad formulam præſcriptam ab eodem Pontif., aut oſtendant ſe iam præſtitiſſe, aut re ipſa præſtent. *ibidem.* Formula habetur in Conc. *Prou. 4. tit. de profeſs. fid. & Syn. Diœc. 35. Decr. 1.*

9 Legendi, interpretandi, docendiq; munus, impoſterùm ſuſcepturi, antè, profeſſionē fidei ad præſcriptum faciant, quàm id ſuſcipiant, vel exerceant, & hi omnes in libro notentur, vt ſupra. *ibid. §. qui verò.*

10 Parochus, nè vllo modo patiatur in ſuę Parochię finibus id munus; vt ſupra, à quoquam ſuſcipi, aut ſuſceptum exerceri, ni Epiſcopi teſtimonio in ſcriptis oſtenderit ſe fidei profeſſionem emiſiſſe; ſi ſecus, illo ei munere interdicat; ſi non paruerit, deferatur ad Epiſcopum, qui in eum, vt iuris eſt, animaduertat. *§. Parochus, nè.*

Digitized by Google

11 Concionatores, nè in ſuis quidem Eccleſijs permittantur concionari, niſi fidei profeſſionem emittant coram Epiſcopo, vel Vicario. *Prou. 5. tit. quæ ad fid. tuend. ſtud. §. nemini.*

12 Si aliàs ſemel emiſerint, afferant ea de re authenticum teſtimonium, & ſufficiat. *ibid. §. vbi verò.*

13 Idipſum præſtent confeſſarij. *ibid. §. id omne.*

14 Idem Medici, Chirurgi, qui, niſi trium menſiũ ſpatio profeſſionem fidei apud Epiſcopum, vel Vicarium fecerint, ab Epiſcopo interdicantur arte medendi, quo ad præſtiterint. *ibid. §. hoc ipſum.*

15 Impoſterum, Medicus, Chirurgus, Phyſicus, nè Medicinam exercere aggrediatur, niſi præſtita vt ſupra, fide. *ib. §. at verò.*

16 Idem præſtent Aduocati, & Procuratores in cauſis S. Inquiſitionis. *ibid. §. Aduocati.*

17 Idem, beneficiati, & Canonici, Eccleſiam Parochialem habentes, vel dignitatem in Eccleſia cathedrali, qui ſi nõ fecerint fidei profeſſionem tempore à Conc. Trid. ſtatuto, eis Epiſcopus beneficij fructus nè remittat, nec ab iiſdem exigi patiatur, ſed ſi quos exegerint, eos reſtituere cogat. *ibid. §. qui Eccleſiam.*

18 Idem, Bibliopolæ, & Impreſſores, antequam artẽ aggrediantur. *Pro. 6. tit. quæ ad fid. tuendi. Pert. §. Bibliopolæ.*

FISCALIS, & Fiſcus.

1 Fiſcales in foro Epiſcopali nè adhibeantur, ni iurent ſe nullam cauſam à iuſtitia, & æquitate alienam ſuſcepturos. *Prou. 1. tit. de Cauſidicis, Aduocatis &c.*

2 Principes, & Magiſtratus idẽ faciant in cauſis laicis. *ibid. §. hortantur.*

3 Nè munere abutantur ad opprimendos innocentes; nevè cauſam, aut occaſionem prębeant, vt calumnijs quis vexetur. *Prou. 5. tit. de procur. Fiſci Epiſ. §. eam curam.*

4 Calumnioſam cauſam, ſi quã nouerint, nè eam ſuſcipiant, ſuſceptã deſerant, ſi de rei delati innocentia conſtiterit. *ib.*

5 Tam cum Vicario, quàm ſinè eo, euigilent Procuratores Fiſci, ne collateralis, & ſatellites quidquam, vel minimum extorqueant. *ibid. §. euigilet.*

6 Idem Procurator excipiat etiam per ſe, Vicario non præſente, (de illius tamen mandato) teſtes, pro informatione Curiæ, & S. Officij Inquiſitionis. *ib. §. teſtes.*

7 Adeſſe poſſit ijs quæſtionibus,

Digitized by Google

bus, quæ de teſtibus, etiam ad defenſionem adhibitis, inſtituentur. Nec vetitum, quin & Iudici quæſtiones, & interrogata, quæ ad cauſam pertinent, in mentem reuocet, & ſuggerat. *ibid. §. ijs preterea.*

8 Si Iudici placuerit, interroget teſtes, quin, & reos, præſente tamen Iudice. *ibid.*

9 Fiſco ſeculariũ detur tertia pars mulctarũ, quæ ob delicta Eccleſiaſtica, vel mixti fori à Iudicibus Eccleſiaſticis irrogabuntur. *Prou. 1. tit. de pœnis §. mulctas verò.*

10 Per concordiam inter Eccl. & Secul. reſpectu fori nõ intelligitur derogatum priuilegio Fiſci, itaut omnes cauſæ Fiſcales cognoſcantur, & in eis bonorum apprehenſiones, ac liquidationes fiant per illud Tribunal, ad quod ſpectant, ſeruatis priuilegijs Fiſco competentibus *V. Fori Eccl. & Secul. Conc. c. 9.*

FORVM IVDICIALE Epiſcopi.

1 In omni litis principio, & in omni eius parte poſſit Iudex Eccleſiaſticus, tam à reo quã ab actore iuſiurãdum petere. *Prou. 6. tit. de Epiſc. & Ep. iur. §. vt apud.*

2 Iudices fori Epiſcopalis ſtudeant omni caritatis officio, & æquitatis iure lites componere, controuerſias ſedare, tranſactionibus litigãtes cõciliare, ſeorſum ſingulis ad ſe vocatis, & auditis, & remotis, ſi fieri poteſt, vtriuſquè partis aduocatis; ſin ſecus, ſaltem breuiùs, quam in foro laicali lites definiantur. *Prou. 6. tit. quæ ad for. §. quoniam ſæpè.*

3 Locus nè detur patronis, aduocatis, procuratoribus, qui lucri auidi cauſas prætexunt, calumnias adhibent, cauſarũ tranſactionẽ impediũt; quorum malitiam coerceat Epiſcopus, pœnis priuationis, ſuſpenſionis, & alijs ſuo arbitratu. *ibid. §. locum verò.*

4 Appellationis cauſæ cognitio liberè permittatur Metropolitano, quoties Epiſcopus, etiam tanquam Sedis Apoſt. Delegatus, ſententiam in ijs cauſis tulerit, in quibus antè conciliũ tanquã Ordinarius eadẽ iuriſdictione vti poterat. *Prou. 5. tit. de Epiſc. & Epiſc. iuriſd. §. quoties.*

5 In cauſis viſitationis, correctionis, habilitatis, inhabilitatis, & criminum ab interlocutoria, antè definitiuam ſententiam, aut ab alio quocunquè grauamine, ita nè appelletur, vt nõ modò appellationi nõ deferatur; ſed nequè Metropolitanus, ad quem appellatũ eſt,

eſt, aut definitiuam ſententiã, cognitionem grauaminis ſuſcipiat, nec ſimpliciter quidẽ mandet, acta cauſæ ſumptibus appellantis mitti. *ibid. §. quod concilij.*

6 Lata ſententia, quę ad cauſas viſitationis, & correctionis pertinet, appellari liceat, ita tamen, vt illius executionem non retardet, aut impediat apellatio. *ibid. §. vbi verò.*

7 Si agitur de grauamine, quod per appellationẽ à definitiua reparari nequit, tunc licet appelletur, & appellationi deferatur, vt in cauſa indebitę carcerationis, *ibid. §. quod ſi.*

8 Non prohibetur, quin acta cauſæ ad Iudicem poſſint deferri. *ibid. §. nec verò.*

9 Conſtitutus interim in carcere ſic præmaneat, donec Iudex aliud decernat. *ibid. interea.*

10 Si cauſa correctionis eſt, vt iniqua carceratio, aut diuturnior, quàm par ſit, & ad Metropolitanũ appellet quis; de prætenſo exceſſu cognoſcere licet, modò quæ decreuit Ordinarius Iudex, eorum executio interim nõ retardetur. *ibid. §. ſi verò cauſa.*

11 Formula expeditionum in omni prouincia Mediol. ſeruetur. *Prou. 5. tit. de Epiſc. et Epiſ. iuriſd. §. Iudiciorum.*

12 Quidquid conſenſus, approbationis, licentiæ ab Epiſcopo erit impetrandum ex Decretis Conciliorum Prouincialium, vel eius auctoritate concedendum, gratis ab ipſo Epiſcopo, & eius miniſtris detur, etiam quod ad ſcriptionem attinet. *Prou. 4. tit. de for. Epiſc. §. quidquid conſenſus.*

13 Studeant Epiſcopi peritiam notariorum, etiam examine, tentare, & ſi qui minùs idonei reperientur, vel perpetuò in cauſis Eccleſiaſticis non adhibeantur, vel ſaltem ad tempus prohibeantur. *ibidem §. vt nè.*

14 Cauſidici, Aduocati, Fiſcales, ac cauſas in foro hoc, nè adhibeantur, antequam iurauerint coram Ordinario, ſe nullam cauſam ſuſcepturos, alienam à iuſtitia, & æquitate. Idem facere hortantur Principes, & Magiſtratus ſeculares. *Pro. 1. tit. de Cauſidicis.*

15 Clericus alienæ Dięceſis, qui in propria Dięceſi deliquerit, præſente proprio Epiſcopo, & fidem mittente de citatione, & contumacia, aut condemnatione, comprehendatur, & ad illum mittatur ſumptibus petentis. *Prou. 2. tit. 2. decr. 35.*

16 Taxa pręfiniatur communis, tàm Ciuitatis, quàm Diæceſ. mi-

miniſtris fori Epiſc. *Prouin.* 1. *tit. de notarijs.*

17 Leges, & taxæ publicè propoſitæ ſemper ſint, vt omnibus notæ ſint. *Prouin.* 3. *tit. de ijs, quæ ad Epiſcopale forum pertinent.*

18 Cauſę, quæ decem aureorum ſummam non excedant, ſummariè cognoſcant ſinè forma Iudicij, ex priuilegio Pij V. Prouinciæ conceſſo. *ibid.*

19 Nullum muneris genus accipiant Vicarij ab ijs, qui corā eis cauſas habent. *ibid.*

20 Nè pecuniæ item quicquam, ordinarius, delegatuſvè Iudex ſuſcipiat pro viſione ſcripturarum ad cauſas pertinentium. *ibid.*

21 Procurator, qui ſciens cauſam iniquā defenderit, interdicatur auditorio fori, niſi ſe expurgauerit, *ibidem* §. *Procurator.*

22 Concubinarij, adulteri, publicè criminoſi, à foro Epiſcopi arceantur, vt nequè notarij, nec Procuratoris, nec Aduocati officium gerant. *ib.* §. *qui præterea.*

23 Inferiores quoq; miniſtri in Chriſtianæ vitæ officijs contineantur, in quos ideò animaduertat Epiſcopus. *ibid.*

24 In Quadrageſimæ, quatuor temporum, & ieiuniorum diebus, nè manè ius dicatur. *Pro.* 4. *titul. de ferijs.*

25 Nequè teſtes etiam iurati in die feriali teſtimoniū dicant, niſi in cauſis, quibus eiſdem diebus licet deferri iuramentum. *ibid.*

26 Nequè rei diebus feſtis torqueantur; ſi modò criminis atrocitas aliud nō poſtulet. *ib.*

27 Hæc tam in Eccleſiaſt., quā ſæculari foro ſeruari curent Epiſcopi. *ibid.*

28 Monitiones ad reuelandum res deperditas, nè dentur in caſibus ſequentibus vlz.

Si ob eam cauſam ſupplicationis libellum Epiſcopo non obtulerint, eorumquè ipſorum tantum rogatu, quorū ciuiliter intereſt, & in hoc libello debet exprimi res, de qua agitur, pretium item eius nominatim; niſi res eius ſit Domini, cuius certam notitiam eum habere nō poſſe veriſimile eſt; & tunc ſufficiat generalis quædam deſcriptio; Quod relinquitur iudicandum religioſæ cōcedentis conſcientiæ, & iudicio, pro ratione rei, & perſonæ. *Prou.* 4. *tit. de foro Epiſc.*

Si res criminoſa ſit, quęvè infamiam, aut huius notam inurat.

Si res occulta omninò, aut vlla

la eius memoria haberi nullo pacto poſſit.

Si petens ſit excommunicatus, aut notoriè criminoſus.

Si contra aliquem ſint, quem, pro rebus expreſſis in literis monitorijs ſatisfacere non poſſe conſtet.

Si in loco, vbi eas negligi, aut contemni veriſimile ſit.

29 Cum verò conceduntur, nè in diebus Natiuitatis Domini, Paſchatis Reſurectionis, Aſcẽſionis, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, & alijs ſolemnioribus diebus. *ibid.*

30 Item, nè ſemper dentur; ſed tantùm cũ Epiſcopus ſeruata forma Conc. Trid. expedire cenſuerit, cui ſoli, & non Vicario Generali, ni Epiſcopus longiùs abſit, hæc litterarum conceſſio reſeruata ſit.

31 Item, his datis, nè ſententiã excõmunicationis ferat Epiſcopus, niſi priùs relatione habita de illarum promulgatione, locis, & temporibus cõgruis, facta, grauiſquè illam ferendi vrgeat cauſa. *ibid.*

32 Sigillum Epiſcopale ſit cum Imagine S. Patroni Eccleſiæ, cui præeſt Epiſcopus. *ibid.*

33 Cancellarius, & notarius certos libros habeant, in quibus cauſarum criminalium actiones, quæſtiones, proceſſus deſcribant ordine, non in folijs *ibid.*

34 Mercedem, quam acceperit, ſcribat in certo libro, die, mẽſe, anno notatis, & in fine proceſſus, totum deſcribat. *ibid.*

35 Nullum genus doni accipiat Notarius à litigantibus, alijſvè cauſas agentibus, nequè ſpontè oblatum, nequè indirectè. *Prou. 5. tit. de Cancell. & Not.*

36 Ius gratis reddatur. *Prou. 5. tit. de Epiſcopo, & Epiſcopali Iuriſdictione, & foro.*

37 Nè ſportularum quidem nomine quidquam accipiãt, nec à ſponte dantibus. *ibid.*

38 Qui acceperit, pænam lege Iulia repetendarum ſancitã ipſo facto ſubeat. *ibid.*

39 Nullus, nequè Vicarius Foraneus, Procurator, Aduocatus Epiſcopalis, Auditor, aut in famulatu Epiſcopi exiſtẽs, procurationem, defenſionẽ, patrocinium cauſarum, quæ in Epiſcopi foro aguntur ſuſcipiat. Nequè vllus ex his patiatur famulos ſuos in eodem foro cauſas eaſdem agere, commendare, operã ponere, quo damnum, aut præiudicium alteri inferat. *ib.*

40 Neq; miniſtri fori Epiſcopalis, aut Epiſcopi familiares auctoritatem ſuam interponant

nant in earumdem cauſarum commendatione: niſi ij ſint, quibus ex munere contingit, miſerabilium hominum lites, controuerſias, celerrimè, & piè definiendas curare. *ibid.*

41 Vicarij Epiſcopales, quoad fieri poteſt, alienæ Diæceſis ſint, qui ad formulæ præſcriptum priùs iurent, quàm officium ſuſcipiant. *ibid.*

42 Protector piarum cauſarum ab Epiſcopo cõſtituatur, vel Cathedralis Eccleſiæ Canonicus, vel alius Eccleſiaſticus homo ad id munus idoneus, arbitratu Epiſcopi, cuius ſit officium.

43 Vt ſatisfiat pijs voluntatibus, recuperentur Eccleſiæ bona, locis, & operibus pijs fraus nulla adhibeatur.

44 Vt piarum cauſarum Aduocati, & Procuratores officio ſuo non deſint. *ibid.*

45 Conuocet ſemel in hebdomada procuratorem Fiſci, & cum quibus ineat deliberationem, & rationem omnem, tum de pijs legatis exequendis, & de bonis Eccleſiæ recuperandis, & tuendis. *ibid.*

46 Expoſita in dies ab Aduocatis, & Procuratoribus, attentè audiat, adiumenta ſi opus ſit in officio illis ſuppeditet, opportuna remedia pro rerum ſtatu ex ſuo munere procuret, Epiſcopum, Vicarium, & alios Iudices, ſi res poſtulat, nè pluries adire deſinat. *ibid.*

47 Epiſcopus, ſaltem ſecundo quoq; anno, Eccleſiaſticum virum decernat, qui certis, tùm prouincialibus, tùm Epiſcopalibus legibus exequendis præſit, quæ ad rectum fori Eccleſiaſtici vſum, & forenſium cauſarum normam, & certam taxæ rationem pertinent, & in hoc genere ſancita, ſeruanda curet. *ibid. tit. de Præfecto Refor.*

48 Cauſarum acta, & codices, in quos ſolutiones ſingillatim relatæ ſunt, ex improuiſo inſpectet, & ſi quid comperiat à Cancellario, aut Notario plùs exactum, quàm taxæ ratio poſtulet, reſtitui, & pænis affici delinquẽtes, ab Epiſcopo, aut Vicario curet. *ibid.*

49 Si quos in illis legibus exequẽdis muneri ſuo deeſſe depræhenderit, eorum nomina ad Epiſcopum deferat. *ibid.*

50 Matrimoniales cauſæ, à ſolo Epiſcopo cognoſcantur. *Pro. 6. tit. quæ ad forum pertinent.*

51 Conſtitutio taxarum confirmata à Greg. 13. ſeruetur. *ib.*

52 Edatur liber dierum vtiliũ, quibus à Iudicijs feriari licet. *ibid.*

FVN-

FVNCTIONES Eccleſiaſticæ.

1 Vbi certi ſunt redditus pro cuſtode Eccleſiarum, vel certa merces eſt aſſignata, non laicus, ſed Clericus aduocetur, qui verrat Eccleſiam, cāpanas pulſet, lumina accendat, & ſimilia munera obeat. *Prou. 4. tit. quæ pertinent ad ſacr. Ordin. & Diœc. 4. decret. 28.*

2 Si non ſit ſatis, ſuppleant Capitula, vel Monaſteria, vel alij Eccleſiæ Rectores. *ib. Diœceſ. 4. decr. 28. & Prouin. 4. tit. vt ſupr.*

3 Qui beneficium Eccleſiaſticū clericatus nomine obtinet; is munera Clericatus prœſtet; ſi iuſtam cauſam habeat, clericum alium ſubſtituat; data eidē parte fructuū. *ibid. Diœc. 4.*

4 In ea etiā Eccleſia Parochiali, in qua, aut intra cuius fines clericatum habet, quæ Clerici functiones ſunt, obeat. *ibid.*

5 Nemo Cātoris, Sacriſtæ, Cuſtodis, aliamvè functionē in quauis Eccleſia ſuſcipiat, niſi facultatē in ſcriptis obtinuerit, quotannis renouandam. *ibid. et Prou. 4. tit. vt ſup.*

6 Qui ſuſceperit, conduxerit, receperit, punietur pro modo culpæ. *ibid.*

7 De organiſta, vel laico, vel Eccleſiaſtico homine, idē ſit iudicium. *ib. & Pr. 4. tit. vt ſup.*

8 Si quis miniſtrorum, aut eorum, qui adſcripti ſunt alicui Eccleſiæ, diſceſſerit ab Eccleſia, & à præſcripta functione, id Parochus, Prœfectuſvè, octo dierum ſpacio, Viſitatori in Ciuitate, Vicario Foraneo in Diœceſi, ſignificet; qui per litteras de eo ipſo quindecim dierū ſpacio Archiepiſcopū certiorem faciant. *Diœc. 11.*

9 Qui ſinè facultate Epiſcopi litteris exarata diſceſſerint, eos Epiſcopus, Ordinum ſuorum munere interdicat, *Pr. 4. tit. de ord. ſacr. & Diœc. 11. tit. ſup.*

10 Minorum ordinum functiones laici nō exerceāt, & merces cuſtodi aſſignata detur ei, qui ſpem prœbeat in Eccleſiaſtica via progrediendi, atque is vtatur habitu clericali. *Viſ. apoſt. tit. in ſuis etiā moderandis, & prou. 4. vt ſup.*

11 Quicunq; Canonicus Hebdomadarius ſuo muneri defuerit, diſtributionū portione, Epiſcopi arbitratu mulctetur. *Prou. 3. tit. de eis, quæ diuina off. pertinent.*

12 Eodē decreto adſtricti ſint, qui licèt non Canonici, ſed tamen aliquod in Eccleſia munus obire debent. *ibid.*

FVNVS

V. Sepultura.

1 Ne parochi, loco Sacerdotū inuitent Clericos ad funera du-

Digitized by Google

ducenda. *Syn. Diæc.* 34. *c.* 10.

2 Præpoſitus, ſeu Rector Eccleſiæ alicuius impeditus, quominus poſſit officia mortuorum in propria Eccleſia celebrare, ſubſtituat in Collegiatis Eccleſijs qui primum locum obtinet, vel hebdomadarium; in reliquis autem Eccleſijs ſeruentur præſcripta in *Syn. Diæc.* 22. *& relata in* 32. *Ibid.*

3 Neque Sacerdotem alterius Diæceſis, etiam finitimæ, ad funera, vel Mortuorum officia accerſat, niſi habeat facultatem celebrandi in noſtra diæceſi. Et vigilent Vicarij Foranei ſuper obſeruatione huius decreti, mulctando delinquentes pro modo culpæ. *Ibid.*

4 Cum alij Sacerdotes, vel Clerici euocandi ſunt, in his aſſumatur ſemper punctator Plebis, quoties ſex Sacerdotes inuitari contingat. Huius autem ſit munus errata notare, & quo habitu decenter ornato accedant. Contumaces autem deferat ad Vicariũ Foraneum, qui & illos mulctet, & eorũ indicem ad Vic. Gen. tranſmittat. *Ibid.*

5 Ita ſuadeant Parochi ad ſuffragia Mortuis præſtanda, vt non cogant hæredes non alligatos in vltima defuncti voluntate, ad præſtandum officium, quod ſeptimum dicunt, ſub pœna decem nummorum aureorum, ſacriſtiæ ſuæ Parochiæ erogandorum *Syn. diæc.* 35. *decr.* 60.

6 Superſtitioſum, & ridiculum inuentum imponendi ſtamen lineũ Cruci, ad malum omen auertandum, in ſecundo funere illius, qui ex eadem familia deceſſerit, ſub cõminatione interdicti tollatur. *Syn. diæc.* 35. *decr.* 2.

HÆRESIS.

1 Parochi animaduertant, an vllus ſit prauis opinionibus imbutus, vel eo nomine ſuſpectus, & ad Archiepiſc, vel Inquiſitorẽ deferant. *Prou.* 1. *tit. de Profeſſ. fid.*

2 Moneant populos, vt eoſdem deferant. *ibid.*

3 Edictum promulgetur cõtra Hæreticos ſuſpectos. *Prou.* 2. *tit.* 1. *decr.* 1.

Moneat Epiſcopus omnes in virtute S. Obedientiæ, & ſub pæna excõmunicationis latæ ſententiæ, teneri hæreticos, ſuſpectos, infames, verba hæreticalia proferentes, libros, aut ſcripta hæreticorum legentes, aut apud ſe habentes, quouis modo à S. Sede Apoſtolica prohibita, decem poſt promulgationem diebus, & poſtquã ſciuerint, decem diebus

bus poſtquam id nouerint, aut Epiſcopo, aut Inquiſitori, denunciare. *ibid.*

4 Eiuſmodi edictum iubeat Parochos in ſingulos annos, initio quadrageſimæ, & Aduentus publicè, de ſcripto, in Miſſa, cū frequentior adeſt populus, promulgari in ſua Parochia. *ibid.*

5 Ad loca Hæreticorum profecturi, licet in illis catholico more à multis viuatur, priuſquam abeant, facultatē eiuſmodi profectionis impetrent in ſcriptis. *Prou. 3. tit. quæ ad fidei tuendæ &c.*

6 His litteris facultatis eiuſmodi, tempore reuerſionis, aut, ſi diutiùs in illis locis quis fuerit, ſingulis annis, teſtatū faciat, ſe catholico more vixiſſe, & viuere, idq; etiam ab Epiſcopo, vel Parocho, ſi ſit, vel probatis viris illorum locorum Incolis. *ibid.*

7 Vigilent miniſtri Curiæ, & Vicarij Foranei, & diligenter inquirant vitam, mores, & actiones eorum, qui ad loca hæreticorum mercaturæ, vel aliarum rerum cauſa proficiſcuntur. *Diæceſ. 32. cap. 1.*

8 Item in eos, qui ex locis ſuſpectis ad noſtrates nundinas cum mercibus veniunt, aut belli occaſione apud nos cōmorabuntur. *ibid.*

9 Si quid peccare illos animaduerterint, ad Epiſcopum deferant, ſub graui pœna puniēdi, ſi ſecus faciant, & lege teneantur lata de ſuſpectę fidei hominibus indicandis. *ibid.*

10 Vicarij Foranei, & Miniſtri Curiæ videāt, an hæretici, ob cōmercij ſocietatem ad aliquot tēpus in vrbe, vel Diæceſi cōmorantes pręſentarint ſe ad Curiam Epiſcopalem, aut ad officiū S. Inquiſ. & obtinuerint cōmorationis facultatē ad certam diem in ſcriptis. Si ſecus inueniant, tū illos, tùm hoſpitio recipiētes puniendos, curet denunciare. *ib.*

11 Hæreticum certum è locis hęreticis proficiſcentem nullibi patiatur excipi, præterquam in caupona publica, aut domicilio ſui procuratoris. *Prouin. 6. tit. quæ ad fidem tuend. pert. §. nè cuiquam.*

12 Qui illum excipit, aduentum, & habitationem Epiſcopo, aut inquiſ., aut Parocho denunciet. *ibid. §. is verò.*

13 Ab Eccleſiaſtico, nullo modo recipiatur. *ibid. §. at Eccleſ.*

14 Si fieri poteſt, nequè in fines huius prouinciæ venire permittatur. *ib. §. optandum.*

15 In Eccleſiam ingredi, niſi ad Concionem audiendā, nullus permittat. *ib. §. neq; rurſus.*

16 Mercaturæ ergò in locos hęreticorum nullus filios mittat, prius quàm agant vigeſimum quintum annum. *ibid.* §. *nemini*.

17 Facultas ad loca hæreticorũ adeundi, quam ab Epiſcopo, aut Inquiſitore habere quis debet, nè detur, niſi à Parocho attulerit fidem ſcriptã ſe more catholico vixiſſe, & S. Sacramenta frequentaſſe. *ib.*

18 Facultas, ea detur conditione, vt ſi diutiùs inibi commoraturus ſit aliquis, ſemel quotannis redeat, confitendi, & cõmunicandi ergò, aut teſtimonij literas mittat eadem ſe præſtitiſſe, & catholicè vixiſſe. *ibid.* §. *nè cuiquam*.

19 Qui propè loca hęreticorum habitant, ad breue tempus ijs det Parochus eam facultatẽ; & eà conditione, nè die feſto quidquam agat contra præceptum ſeruandi feſtos dies, Immò feſto die, domum redeat, Miſſæ, Veſperis, & Doctrinæ Chriſtianæ interſit. *ib.* §. *qui verò*.

20 Nulli ſit licitum bona vendere, & patrimonium alienare, vt ad loca hæreticorum migret, ibiquè domicilium cõſtituat. *ibid.* §. *nec verò*.

21 Si quis in huius rei ſuſpicionem venerit, ex Canonum decreto contra eum agatur. *ibid.* §. *ſi quis*.

22 Ad loca diœceſis ſuæ, vbi cõtingat diuerſari hæreticos, transferat ſe Epiſcopus, populum moneat, nè illorum mores attendat, nè verbis eorum aures præbeat, conuerſationem fugiat, carnis licentiam, viuendi libertatem nè ſectetur, ſed in fide, in catholicæ fidei ſinu ſe cõtineat *Prou.* §. *tit. quæ ad fid. tuend. ſtud.* §. *itaquè*.

23 Parochis item, leges præſcribat in hoc diſcrimine ſeruandas, & maximè.

24 Nè mortuos hęreticos in ſacro ſepeliant, ſingulis momẽtis inuigilent, quid agant, cogitent, ſtruant in ijs, quæ ad fidem pertinent, nè quid ſenſim latiùs dimanet, licèt minimũ, vnde ſi ſei labes timeatur; & de ſtatu huius rei Epiſcopum diligentiſſimè certiorem faciat. *ibid.* §. *nè eos*.

25 Prudentes viros, & Religioſos ad rem omnem inquirendam mittat, & concionatores acres, Magiſtratuum auxilium in re tãta, ſi opus ſit, imploret. *ibid.* §. *proindè*.

26 Miniſtrantibus cibos vetitos, aut vendentibus iſtis hæreticis, excõmunicationis pęnã ipſo facto obeundam proponat. *ibid.*

27 Ad iuris, & edicti promulga-

Digitized by Google

ti præſcriptũ, agat contra reos huius criminis. *ibid.*

28 Diuinam maximè in re tãta opem imploret. *ibid.*

29 Vicarij Foranei, Rectores, & Parochi, veniente transmontano milite, bellorum ergò, in oppida, & Villas Diœceſis, populum moneant impendẽtis periculi, quid cum hæreticis hominibus agendum, doceant, vitandum colloquium cum impia gẽte ſi fieri poteſt, maximè cum de rebus fidei agere velint; de religione diſputare volentes, non audiendos; ſi quid verò irreligioſum dixerint, ad Vicarium Foraneum deferendum, quid ipſe iuſſerit, omnino tanta in re præſtandum. *Diac. 32. cap. 2. §. Vicarios.*

30 A concionatore, ſeù prædicante, ſi quis ſit in hæretico exercitu, omninò ab eius ſocietate, & colloquio omnes abſtineant, non ſcriptum, nec librum accipiant; In cuſtodiam acceptum, nè legant, & quàm primùm ad Parochum deferant, & ſi quid cognoſcat ex his apud aliquem eſſe, Vicarius Foraneus de re tota certior fiat. *ibid. §. antè alia.*

31 Mortuum militem ex ijs, niſi cõſtet de religione, nè in loco ſacro ſepeliat Parochus. *ibid. §. ſi mori.*

32 Si vi in loco ſacro ſepeliendum cadauer huiuſmodi quis cogat, tãdiù locus ille ſit Profanus, donec indè refoſſum cadauer aſportetur. *ibid.*

33 Fugiãt omnes irreligioſa ſpectacula, & à Catholica pietate aliena, ſi fortè inuitati ſint. *ib. §. inuitati.*

34 Moneat Parochus populum de pæna excõmunicationis in vendentes vetita ab Eccleſia, illata, & contumaces ad S. Inquiſ. carcere, & grauioribus ſupplicijs mulctandos deferat. *ibid. §. Monebit.*

35 Ad ægrotos vocati Confeſſarij, caueant, nè ſceleſtis hominibus pænitentiæ Sacramenta nimia facilitate impertiant. *ibid. §. Confeſſarij.*

36 Vbi de vita illius militis dubitandum non ſit, & moriatur, liceat illum ſepelire catholico more, ſed tamen nihil immutetur de noſtræ Eccleſię conſuetudine, aut quid ſuperſtitioſum miſceatur. *ib. §. ſi autem.*

37 A cõmunione Sacramentorum arceantur, qui non metu, aut vi diſſimulanter, ſed palam, ob temporis religionẽ vendendi vetitum vendidiſſe comperti fuerint, aut in ſcelus quouis modo cõſenſiſſe, & eorum nomina ad Epiſcopũ deferantur. *ibid. §. Parochi.*

38 Horum notitiam habẽtes, tenentur quã primùm poſsunt ad S. Inquiſ. deferre. *ibid.*

39 Nè fiant cum hæreticis, aut ſuſpectis matrimonia. Vbi catholicæ ſint partes, cautiones omnes adhibeantur, ac ſi de ignotis, & certam ſedẽ non habentibus ageretur. *ib.* §. *Matrimonia.*

40 Vicarius Generalis, Foraneus, Viſitatores, Vicarius Monialium inuigilent, vt milites à Monialiũ Monaſterijs longè agant. *ibid.* §. *cum his autem.*

41 Etiam noſtrates, tẽpore quadrageſimæ, ouis, lacticinijs & ſimilibus ne veſcantur, niſi ex Pontificia cõceſſione ab Epiſcopo recognita, hæc permiſſio dignoſcatur, quę Parocho loci exibeatur. *ibid.* §. *quæ verò.*

HÆREDITAS.

1 Cauſa in qua Eccleſia, ſeu Monaſteria prætenderent aliquam hæreditatem, alicui Monacho, ſeu Moniali, ſeu cuiuſuis Ordinis Regulari perſonæ ab inteſtato delatã, actitetur coram Iudice ſeculari tantum, tam in poſſeſſorio, quàm in petitorio. *Concord. Int. for. Eccl. & ſecul. cap.* 4. V. *Fori Eccl. & ſecul. Conc.*

HEBDOMADA Maior.

1 Ex more pulſandi in tenebris ad repræſentandam creatarũ rerum perturbationẽ in paſſione Domini, omnis lic ẽtia, & indecorus tumultus amoueatur. *Prou.* 1. *tit. cõmuni a de ratione diuin. offic.* §. *curent ijdem.*

2 Is ſtrepitus ſemel fiat poſt extremam orationem matutini officij ad Rubricæ Rom. præſcriptum. *Prou.* 4. *tit. ſacr. & diuin. off.*

3 Feria 5. omnes Canonici, & alij Sacerdotes cõmunicent in Miſſa ſolemni, exceptis ijs qui alibi debent celebrare. *Prou.* 3. *tit. de ijs quæ ad diuin. off. pert.* §. *feria quinta.*

4 In Eccleſia Parochiali communicent omnes Sacerdotes ad Miſſam Parochi, ij ſcilicet qui eidem Eccleſiæ ſunt adſcripti. *Diœc.* 11 *tit. Monit. execut. decret. quæ ad diuin. off. pert.* §. *de ſacra communione.*

5 Sepulchrum in hac feria ità ornetur, vt profanus tamen arceatur ornatus, non ſtraguli, cortinæ, conopæi, tentorij vſus ad vſum profanum adhibiti, interſit, niſi illa Eccleſiæ oblata, iam ſacro vſui ſint dicata. *Prou.* 4. *tit. de ornatu, decore, nitore ſac. locorum.* §. *quibus in Eccleſijs.*

6 Vnus ſaltem Sacerdos ibidẽ

cui-

euigilet aſſidua precatione, vel ſaltem ſacris initiatus. *Pr. 6. tit. quæ ad diu. off. pertin. §. feria quinta.*

7 Sexta feria fiat adoratio Crucis ſtata hora ab vniuerſo clero, & populo, ſed nè fiat antequam fiat in cathedrali, vel primaria loci, & in his, nõ antè ſtatas preces, vt in miſſali. *Prou. 5. tit. quæ ad diuin. off. pert. §. quarè.*

8 Idipſum priùs à Regularibus non fieri curent Viſitator, & Vic. Foraneus. *Diœceſ. 11. tit. exec. decret. quæ ad diuin. offic. pert.*

9 Neq; propterea concionator deſiſtat; quin de ſuggeſtu eã proponat, & oſtendat. *Prou. 5. tit. vt ſup. §. nec propterea.*

10 Adoratio porrò Crucis fiat cum proſtratione corporis. *ibid. §. quin etiam.*

11 Hortandi Principes, & Magiſtratus ab Epiſcopo, vt Diuinis officijs hebdomada Sancta interſint. *Prou. 3. §. de feſt. dier. cult. §. ſicut principes.*

HYPOTHECA.

1 Actio hypothecaria extra materiam legatorum piorũ, relinquitur diſpoſitioni iuris communis *c. 2. concord. V. For. Eccl. & Secul. Conc.* Quænam cauſæ excipiantur vide *ibid. c. 3. & 4. & 5.*

HORÆ CANONICÆ.

1 Horæ canonicæ omnes quotidiè in choro dicantur; neq; concione, neq; ſolemni Miſſa; neq; alia cauſa impediantur, niſi euidens neceſſitas interceſſerit, iudicio Epiſcopi. *Prou. 1. tit. Comun. de rat. diu. off. §. horæ canonicæ.*

2 Horæ item B. V. nè omittantur, exceptis diebus, & locis, quibus eas omittere licet, *ib.*

3 Vbi vero recitari ſolent, & debent, Clerus illarum Eccleſiarum in choro præſens recitet, vt officium Domini: Ità tamẽ, vt ſingulas hòras vnius cum ſingulis alterius officij ex breuiarij Rom. præſcripto coniungat. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad SS. Miſſ. ſacrif. & diuin. off. §. quibus in Eccleſijs.*

4 Qui ab vnius horæ officio de B. V. abfuerit, perindè mulctetur, ac ab hora officij, quod de Domino recitatur, abfuerit. *ibid.*

5 Ita diuidantur horæ, vt manè aliquod interuallũ detur canonicis. *Prou. 1. tit. vt ſup. §. hora ità.*

6 Matutinũ, vel media nocte, vel ità, vt ſub ortum ſolis ſit abſolutum, vel ea, quam Epiſcopus præſcripſerit, hora, dicatur. Ea tamen, vt verè queat matutinum dici, & aliæ horæ, Miſſæ, & officia perfici queãt.

Con-

Conſulendum tamen nimis longè abſentium Canonicorum commoditati. *ibid. tit. de matut. et Prima.*

7 Veſperi, nè dicatur, niſi diebus octauæ Chriſti Corporis, & iis, quibus permiſſum eſt ex Rom. Eccl. inſtitutio, vbi hęc conſuetudo ſeruatur. *ibid.*

8 In choro ſemper dicatur, niſi ob grauem cauſam de licentia Epiſcopi dicendum videatur in ſacriſtia, aut alio honeſto loco. Prima verò, oriente ſole dicatur, aut paulò poſt, ex conſuetudine Eccl. *ibid.*

9 Diebus Dominicis, aliiſquè feſtis diebus, quibus officium duplex peragitur, hebdomadarius, dum Veſperas celebrat, induat pluuiale; tum etiā adſint duo Eccleſiæ miniſtri pluuialibus induti, ea, quæ moris eſt, munera præſtantes. *Prou. 4. tit. quæ pertinent ad SS. Miſſ. ſacrif. et diu. offic.*

10 Iiſdem diebus, pſalmi, hymni, Antiphonæ, reſponſoria, & reliquæ horariæ preces ſtata modulatione canantur, non verbis recitentur. *ibid.*

11 Eadem ſtata modulatione eadem canantur in matutino officio, & Prima. Idem verò matutinū, & Prima, ſi ita Epiſcopo videbitur diſtincta pſalmorum pronūtiatione, & canora voce dici liceat, modò non in ſolemnioribus celebritatibus. *ibid.*

12 Vbi conſuetudo, vel inſtitutum inoleuit feſtis diebus, aut aliis ferialibus, omne officiū cantu præſtari, perpetuò ſeruetur. *ibid.*

13 Si incidat diutiùs, quā temporis ratio poſtulet, protracta eſſe diuina officia, ſexta, & nona, Epiſcopi iuſſu, ſine cantu poſſit in choro pronunciari. *ibid.*

14 Si ob aliam functionem, matutinum media nocte dici nequeat, ita Epiſcopi iudicio anticipetur, vt aliæ horæ, miſſæ Sacerdotum, & collegiatæ, ſeù conuentuales Miſſæ tempore ſuo ex inſtituto peragātur, & concioni intereſſe Sacerdotes poſſint cum habetur. *ibid.*

15 Martyrologiū legatur in omni Collegiata Eccleſia, & abſoluto Primæ officio, in tono lectionum Matutini, addita concluſione, & prece præſcripta. *Diœc. 11. tit. monit. exec. decret. quæ ad diu. off. pert.*

16 Primo loco fiat memoria illius Sancti, de quo officium celebratur. *ibid.*

17 Pridiè illius diei legetur, quo memoria Sāctorum celebratur: Nec vnquam omittitur, præterquam triduo ante Reſur. *ib.*

18 Ho-

18 Horæ ſextæ, & Nonæ officia diuina, antè, vel poſt Miſſam conuentualẽ celebrentur iuxta Rubr. Miſſal. niſi aliquandò ex cauſa Epiſcopus aliter iubeat. *Prou. 4. tit. quæ pertinent, &c. vt ſup.*

19 Veſperæ in Sabbato, & in Vigilijs Sanctorũ introducantur in Parochijs, cura Viſitatorum, quoad fieri poteſt. *Diæc. 11. tit. vt ſup.*

20 Si quid Organo canatur in hymnis, canticis, & pſalmis, omnes tamen verſiculi diſtinctè in choro pronuntientur. *Prou. 1. tit. de Muſic. & cant. §. Organo.*

21 Organo tamen in Eccleſia tantum locus ſit, tibiæ verò cornua, & reliqua muſica inſtrumenta excludantur. *ibid.*

22 In Parochiali Eccleſia ſingulis diebus feſtis, etiam de cõſuetudine excultis Veſperæ cantentur, adiuuantibus ijs, qui in ea Eccleſia quotidiè celebrant, vel ſæpiùs in hebdomada, niſi alienæ Eccleſiæ ſit quis addictus. *Diæc. 3. decr. 4*

23 Si nemo eſt, qui adiuuet, Parochus alta voce ſinè cantu recitet, vt à præſentibus audiri poſſit. *ibid.*

24 Omninò verò, nè vllus Pſalmus, aut aliud quicquã Veſperis detrahatur. *ibid.*

25 Matutinum per totam octauam Corp. Chriſti interdiù dicatur in Collegiatis, tùm vrbanis, tùm forenſibus. *Diæc. 2. decret. 2.*

26 Ità tamen, vt antè ſolis occaſum ſit abſolutum. *ibid.*

27 In alijs Eccleſijs, vbi Completoriũ ſolùm dicitur, hæc ipſa completorij hora, antequam ſol occidat, abſoluatur. *ibid.*

28 Infra octauam Corp. Chriſti Matutinum dicatur ſtatim poſt Completorium; & vbi tantùm dicitur Completorium, hoc recitetur ſtatim Veſperis abſolutis. *Diæceſ. 3. decret. 6.*

29 In Vigilia Natalis Domini media nocte nocturnis abſolutis, eorumquè oratione perorata, Miſſa ſolemnis celebretur, tùm in Collegiatis, tùm in Parochialibus, & mox laudes canantur. *Diæc. 11. tit. vt ſup.*

30 Octo ad ſummum poſt Natalem Domini diebus, Calendarium quiſquè habeat, quod anno ſequẽti accõmodatum in lucem dabitur. *Diæc. 2. decret. 5. §. vt vero.*

31 Nequè in ſæcularibus Eccleſijs alio ritu, quàm Ambroſiano Miſſam, aliavè officia diuina dicant: modo tamen in ijs veteri inſtituto alio ritu non celebrẽtur. *ib. §. nè in ſæc.*

32 Etiamſi

Digitized by Google

32 Etiamſi Clericatus, capellæ-vè ſint, aut pertineant ad Iuſpatronatus, vel ſodalitatem aliquã, ſiue publica, ſiuè priuata oratoria, alio ritu celebrare nõ liceat ſinè facultate in ſcriptis obtinenda. *ibid.*

33 Porrò huic ritui obligantur, Addicti Eccleſiæ Ambroſiano ritu vtenti, Habentes beneficia Eccleſiaſtica, vbi ipſo ritu diuina officia habentur, Initiati ſacris ordinibus, & huius vrbis clero adſcripti. *ibid.* §. *cum officij.*

34 Hi non recitent deinceps canonicas horas ad præſcriptũ Quignoniani Breuiarij, ſed Ambroſiani. *ibid.*

35 Qui ſecus fecerit punietur pœnis Conc.later. & Synod. contra clericos horas canonicas intermittentes. *ibid. &* *Prou.2. tit. 2. decr.* 11.

36 Quod ſpectat ad ſigna Veſperarum, nè die feſto ſignum hoc in aliqua vrbis Eccleſia parochiali detur priùs, quàm in Metropolit. ſit datũ. *Diœc.* 11. *tit. vt ſup.*

37 Duo de capitulo deligantur, alter ab Epiſcopo, alter a Capitulo, qui pro varietate feſtorũ præſcribant cantus modulationem, numerum luminum, & qualitatem, veſtium apparatum, campanarum ſonum, & miniſtrorum rationẽ. *Prouin. 4. tit. quæ ad SS. Miſſ. ſac. & diu. offi. pert.*

38 Nullus ſacris initiatus ob infirmitatem horas canonicas omittat, niſi de conſilio Sacerdotis confeſſarij, & ſi fieri poteſt, etiam medici. *Diæc.* 4. *decret.* 20.

HOSPITALE.

V. Loca pia.

1 Vbi hoſpitalitas exercetur, mares cum fœminis, niſi certiſſimè conſtet coniunctos matrimonio, verſari non liceat; nec ea loca nequiſſimis pateant hominibus. *Pro.1.tit. de prior. loc. adm.*

2 In hoſpitali, vbi infantes ſunt expoſiti, nè aſſignentur plures nutricibus, quam eæ ferre poſſint. *Prou.4. tit. de pijs loc.* §. *hoſpitalium locorum.*

IEIVNIVM.

PRidiè feſti S. Ambroſij ieiunetur. *Diæc.4.dec.*1. Et pridiè S. Sebaſtiani ex voto, etiam in Diæceſi, ab ijs, qui vouerunt. *Diæc.* 5. *decr.* 1.

2 Singulis item quadrageſimæ diebus, Dominicis exceptis. *Prou.* 1. *tit. de ieiun.* §. *ſciantq;*

3 In 4. anni temporibus, & Vigilijs Natiuitatis Domini, Aſſumpt. B.V., SS. Apoſtolorũ, omnium SS., Natiuit. S. Io. Baptiſtæ, & B. Laurentij; non verò in Vigilijs SS. Io. Euangeliſtæ, & Philippi, & Iacobi. *ibid.*

Digitized by Google

ibid. §. *vt per ſacra.*

4 Triduò etiam rogationum poſt Aſcenſionem Domini, ſeruetur ieiunium in Eccleſ. Mediol. *ibid.* §. *vt triduò.*

5 Vbi ritus adhibetur Ambroſianus in officijs diuinis, quadrageſimæ initium fiat Dominica 1. Quadrag.. Vbi verò nō adhibetur, initium ſit fer. 4. poſt quinquageſimam. *ibid.* §. *edicimus.*

6 Damnatur eorum ingluuies, qui, cum ſint ritus Romani, Mediolanum ſe cōferunt primis 4. diebus Romano more inſtitutis pro initio quadrageſimæ. *ibid.* §. *illorum.*

7 Carne, ouis, lacte, butyro, & ſimilibus, per totam quadrageſimam abſtineant. *ibid.* §. *vt omnes.*

8 Si in feſto contingat ieiuniū de præcepto, ne violetur. Delinquentibus verò in hoc ſedulò occurrat Epiſcopus. *Pro. 6. tit. de feſt. diebus* §. *ſi quando.*

9 Ieiunia, quæ à Clero & populo obſeruantur, curet Epiſcopus etiam à Regularibus obſeruari, vbi Monaſteria illi habent, & ieiunium obſeruatur. *Prou. 5. tit. quæ ad dies feſt.* §. *ieiunia.*

IMAGINES.

1 Nihil in ijs, inepti, profani, indecori, inhoneſti cōſpiciatur. *Diæc. 4. decret. 6.*

2 Antequam pingantur, oſtendant pictores, & ſculptores in papyro, ſaltem formam imaginum expreſſam, deputatis, neq; non niſi approbatę ſcripto, in publico ponantur. *Diæceſ. 11. Monit. exec. decret. quæ ad dies feſt. & ſac. temp. pert. loca item etc.*

3 Rectores Eccleſiarum, nonniſi probatam, nec eos pingere non probatas, nè in ſuis Eccleſijs patiantur. *ibid.*

4 Caueant Epiſcopi, nè quid ſculpatur, aut pingatur, quod aduerſetur veritati ſcripturarum, aut hiſtoriarum Eccleſiaſticarum, nec cuius lectio prohibetur, eius imago populo proponatur. *Prou. 1. tit. quæ ſeruand. ſunt de ſacr. Imag.* §. *cum ſacra.*

5 Hiſtoriæ, quæ ſola vulgi vana opinione commendantur, effingi, prohibeantur. *ibid.* §. *hiſtoriæ.*

6 Vniuſcuiuſquè imago curet Epiſcopus, vt ad prototypi dignitatem, & Sanctitatem ſit apta; pietatem excitet, nō turpes cogitationes. Conuocet ad hoc Diæceſis Pictores, & Sculptores, quos, in hoc genere cauenda, doceat. *ibid.* §. *deindè.*

7 Inconſulto Parocho nè ſacra Imago publicè, vel priuatim ab ijs effigatur. *ibid.*

Digitized by Google

8 Alioquin puniantur, tàm ipſi artifices, quàm ij, quorum iuſſu effictæ ſunt. *ibid.*

9 Quæ Imagines, & ſimulacra nullo modo ferenda vidētur, curet Epiſcopus, doctorum, & peritorum conſilio, vt omninò, aut deleantur, aut corrigantur. *ibid. & Prou. 3. tit. de ijs, quæ partim ad ſacram. admin. partim ad honeſt. Cler. & Diœceſ. 32. cap. 29.*

10 Ab ædibus Eccleſiarum picturæ obſcenæ abſint, etiam ab ædibus, & hortis Eccleſiaſticorum. Idem curet Epiſcopus apud laicos *Prou. 3. ibid.*

11 Sacræ imagines, Sanctorum hiſtoriæ, ſacræuè myſteriorũ figuræ, nè humi, loco ſordido, etiam extra Eccleſiã pingantur. *Prou. 4. tit. de ſacris Reliq. Mirac. & Imaginib. §. quòd de Sacroſancta.*

12 Effigies brutorum animaliũ nè fiant in Eccleſia, niſi expreſſio ſacræ hiſtoriæ ex Eccleſię conſuetudine aliter fieri poſtulet. *ibid.*

13 Pœnam proponat, etiam interdicti ab Eccleſia, Pictoribus, & ſculptorib., Epiſcopus, ſi quid pinxerint, aut effinxerint inordinatè, præpoſterè, tumultuariè accõmodatum, profanum, in honeſtum. *ibid.*

14 Pœnam excommunicationis proponat Epiſcopus Rectoribus Eccleſiarum, ſi quid pictum contra Sanctionẽ Cõc. Trid. permiſerint in ſuis Eccleſijs, licet exemptis, poni. *ibid.*

15 Cruces, & ſacræ Imagines ſolemni ritu benedicantur. *ibid.*

16 Imagiunculæ paruulæ, aut pictæ, aut ſculptæ, ſi offenſionem, aut vanitatem præſeferant, ad altare nè impoſterũ adhibeantur. *ibid.*

17 Vetuſtate, carie, ſitu, ſordibus, penè deletæ imagines, & tabulæ, aut renouentur ſi poteſt, aut deleantur omninò. Tabulæ verò comburantur, cineres in foſſa pauimenti collocentur. *ibid.*

18 Imagines deformatæ item amoueantur, & ſub pauimento Eccleſiæ, aut ſub cæmeterij ſolo collocentur. *ibid.*

19 De Sanctorum interceſſione, inuocatione, cultu, Imaginũ veneratione, & reliquiarum, pictura ſacra, hiſtorijs redemptionis noſtræ, & huiuſmodi, curet Epiſcopus populum inſtrui, & per ſe, & per theologos, maximæ verò Interpretes Theologiæ id munus ſuſtinentes in Eccleſia. *ibid.*

IMMVNITAS Eccleſiaſtica.

1 Propoſita excommunicationis pœna ſingulis clericis, vt quoties ab aliquo exule damnato,

nato, vel criminoſo, qui in loco libero ſit, poſtulētur, vt illum in eorum Eccleſijs, cæmeterijs, vel domibus recipiant, omninò, antequam aſſentiantur, Ordinarium cōſulant, & quid ille iudicarit, faciant. *Prou. 1. tit. de Eccleſijs. &c.* §. *mandamus.*

2 Idem faciant, vbi ijs minimè præmonitis, tales perſonæ ad eiuſmodi loca venerint, ſub eadem pæna. *ibid.* §. *quòd ſi.*

3 Hac de re cōmonefactus Epiſcopus, decernat quod Eccleſiæ immunitati, canonum menti conſentaneum iudicauerit, rebus hic, & nunc conſideratis; ità tamen vt Eccleſiaſtica immunitas vlla ex parte lædatur: nec facultas impenſa cenſeatur Magiſtratibus ſæcularibus lædendi Eccleſiaſt. immunitatem. *ibid.* §. *ipſe autem.*

4 Inquiſitiones, & omnia, quæ ad cæſis cognitionem pertinent, nè fiant in Eccleſijs, ſed indè aliò exportentur ad hoc cadauera. *ibid.* §. *nè occiſorum.*

5 Res ſacræ, nè ad profanos vſus adhibeantur ſub graui pœna arbitrio Ordinarij. *ib.* §. *nemo.*

6 Campanç ſacræ Eccleſiarum nè adhibeantur ad conuocādos homines ad ſpectacula ſuppliciorum. *ibid.* §. *ſacræ.*

7 Hoc, nè permittant Principes & Magiſtratus, cum campanæ ſint conſecratæ. *ibid.* §. *quamobrem.*

8 Liceat iuſſu Epiſcopi, ob eam ſolum cauſam, vt cognoſcatur, an qui ad Eccleſiam perfugium habuerit, iure vti poſſit immunitate Eccleſiaſtica, per ſatellites fori Epiſcopalis ad carcerem clericalem, vel ſæcularem, ſi illa minùs tuta ſit, indè abduci, & tamdiù cuſtodiri, quoad, re perpenſa, deliberarit Epiſcopus. *Prou. 5. tit. de Eccleſijs. & earum ſupell. & fructibus.*

9 Vbi, citò re deliberata, compertus quis fuerit gaudere immunitate, ſinè detrimento, & impenſa in priſtinum locum reponatur, vndè abductus eſt. Si secùs, iubeat relinqui foro ſæculari, prout iuris erit, ad canonum præſcriptum. *ibid.*

10 Dum verò detinetur in cuſtodia, nulli liceat quæſtiones, aut examen inſtituere, contra illum agere, quo præiudicium eius cauſæ feratur. *ibid.*

11 Inuiolatè hęc omnia ſeruentur, neq; huius decreti prætextu quidquam contra immunitatem Eccleſiæ à Iudice ſæculari fiat, ſed vtatur Epiſcopus diligentiſſima cautione,

ne, cenſuras etiam proponendo. *ibid.*

12 Pateat in caſibus permiſſis perfugium ad loca ſacra facinoroſis hominibus, ſed nullus clericus, cuiuſuis ordinis ſit, præſumat in Eccleſijs, ſeù domibus Eccleſiaſticis, hoſpitari, aut retinere huius generis homines, ſub ijſdem pœnis, & cenſuris ipſo facto incurrendis. *Diæc. 32. cap. 22. §. quòd verò.*

13 Si tempore delicti, vel aliàs, vt Curiæ ſæcularis eos inſequentis manus euadant, ad Eccleſias, vel loca immunia confugerint, eo tantum caſu permittimus eos recipi, ità tamen, vt bidui ſpacio, ſi in vrbe ſint, Epiſcopum, vel Vicariũ Generalem moneant: ſi in Diœceſi, ſpacio tridui, Vicarium Foraneum, ſub pœna aureorum 25. & excommunicationis. *ibid.*

14 Idem Vicarius Foraneus rem totam Epiſcopo, aut Vic. Generali ſignificet, ſpacio ſex dierum, ſub ijſdem pœnis. *ib.*

15 Hoc Decreto teneantur etiã ſæculares cuiuſcunq; oratorij, & Confraternitatis, ſi in loco immuni exules, aut facinoroſos homines detineant. quin, locus ipſe interdicto ſubijciatur. Adminiſtrantibus locũ, ſi ad eos pars aliqua facti ſpectabit, adimetur adminiſtratio, & grauis pęna proponatur arbitrio Epiſcopi. *ib.*

INDVLGENTIÆ.

1 Nè publicentur populo, niſi de conſenſu Epiſcopi, etiam prętextu priuilegij, exēptionis, vel cuiuſuis alterius tituli. *Prou. 5. tit. de Indulg.*

2 Omnes Indulgētiæ perpetuò conceſſę, etiam Regularibus, in vrbe, & Dięceſi, in certũ librum inferantur in Archiu. Epiſcopali. *Prou. 4. tit. de Indulg.*

3 Quæ in poſterum ad tempus, ſeù perpetuò concedētur Eccleſijs vrbis, aut Diœceſis, vt primùm ad Epiſcopum, vel Vicarium delatæ fuerint, in eodem, aut alio libro deſcribantur. *ibid.*

4 Idē fiat in ſingulis Eccleſijs, quibus conceduntur, in tabella, aut codice in ſacriſtia habendo. *ibid.*

5 Indulgentiarum litteræ in Eccleſia, tum extra affigantur, & vbi indulgentiæ cauſa, ſtatio, oratiovè conſtituta eſt. *Prou. 4. tit. vt ſup.*

6 Stata Indulgentiæ die, cũ populus ad eleemoſynam Eccleſiæ, vel loco pio tribuendam venerit, doceat Parochus, vel concionator, ad eã conſequendam, non eſſe neceſſariam eleemoſynæ largitio-

tio-

Digitized by Google

tionem, ſed expoſitam Indulgentiam eſſe ad peccatorum ſatisfactionem, non ad quæſtum. *ibidem.*

7 Si aliquandò concedat Epiſcopus exponi capsã ad eleemoſynam colligendam, intus in Eccleſia, lõgè ab altari, vbi ſtatio Indulgentiæ agitur, decorè collocetur. *ibid.*

8 Colligatur eleemoſyna eadẽ gratis per duos de capitulo, & tribuatur illi Eccleſiæ, cuius cauſa Indulgentia conceſſa eſt. *ibid.*

9 Euulgentur ſæpè Indulgentiæ conceſſæ illis, qui orationi 40. horarum vacauerint. *Prouin. 6. tit. de. indulg.*]

10 Idem preſtetur de Indulgentia conceſſa ijs, qui in oratione ſinè intermiſſione, & qui in eleuatione Corporis Dñi orauerint. *ibid.*

11 In ſermonibus ſæpè habeatur tractatio de Indulgentijs; & explicentur neceſſaria ad eas conſequendas, earumq; vis. *Prou. 4. tit. vt ſup.*

INQVISITIONIS S. Officium.

1 Inſtituat Epiſcopus vna cum Inquiſitore Cõgregationem S. Inquiſitionis, quæ conſtet certo numero theologorum, & Iuriſperitorum, qui ad cõſultationem cauſarum S. Inquiſit. adhibeantur. *Prou. 5. tit. quę ad fid. tuend. §. idem propterea.*

2 Semel in mẽſe, & crebriùs, ſi opus ſit, conuocetur eadem Congreg. *ibid. §. ea porrò.*

3 Nihil in ea, niſi quæ pertinent ad S. Inquiſit. agatur. *ib. nec verò.*

4 Singulis conſultoribus, & cæteris, qui in ea Congregatione adſcribentur, Epiſcopus ſecretum, reticẽtiamvè indicat. *ibid. §. et quoniam.*

5 Iidem porrò, ex formula, iurent Epiſcopo, & ſpondeant ſecreta Cõgregationis illius, & quæcunquè ſint, quæ cauſis Inquiſitionis, hominibus Congregationis, officio, præiudiciũ afferre poſſunt, omninodè ſeruaturos, nec patefacturos, aut euulgaturos. *ibid. §. Atqui.*

6 Indicat violatoribus ſecreti pænam excõmunicationis latæ ſententiæ ex Bonif. Conſtitut. ſi ſinè licentia Epiſcopi reuelauerint. *ibid. §. pænam.*

7 Iurent Notarij S. Officij, cauſarum acta, teſtium nomina, teſtificationes, ſe non patefacturos, antequã Iudex euulgauerit, aut iuſſerit euulgari. *ibid. §. at præterea.*

8 Idem iurent de ſententijs cõſultorum, deliberationibus, conſultationibus, actionibus Congregationis, & officio fide-

deliter exercendo. *ibid.* §. *de ſententijs.*

9 Peccantes contra hæc, pænã excommunicationis, & alias arbitrio Epiſcopi ſubeant. *ib.* §. *ſi quis.*

10 Cuſtodes carceris, priuſquã id munus ſubeant, & alij miniſtri ad id officium præſtandum, iurent ad præſcriptam formam. *ibid.* §. *Cuſtodes.*

11 Summaria proceſſuũ in cauſa Inquiſit., actorum relationes, facti narrationes, nec alia quæcunquè, vel pro reo, vel cõtra reum, ad eas cauſas pertinentia nè imprimantur, ſed ſcripta ſeruẽtur, ſolùmq; dentur miniſtris, Iudicibus, vel conſultoribus, quibus dari oportet *ib.* §. *nè inquiſitionis.*

12 In cauſis S. Inquiſitionis detur reo Procurator probus, de legalitate non ſuſpectus, iuris vtriuſquè peritus, fidei zelator, hæreſis nomine non ſuſpectus vnquàm, non accuſatus, nequè ea infamia notatus, aut ex Iudicis ſententia ab hac labe purgatus. *ibid.* §. *in cauſis.*

13 Facultas patrocinandi in his cauſis, nõ aliter, quàm in ſcriptis detur. *ibid.* §. *patrocinij.*

14 Qui ſuſceperit patrocinium huiuſmodi, iuret ſe fideliter defenſurum, & legitimè, neq; cauillationibus cauſam prorogaturum. *ibid.* §. *vbi verò.*

15 Admonebit reum de veritatis confeſſione, de pænitẽtiæ petitione pro culpa, reſponſionemquè illius Curiæ intimabit. *ibid.* §. *meminerit.*

16 Hæreticis, ſuſpectis, non credentibus, fautoribus, ſub pæna perpetuæ ignominiæ, ex Innoc. 3. ſanctione, non præſtandum patrocinium, & ſuſpenſionis ab officio. *ibid.*

17 Id verò ſignificetur ipſi reo, vbi compertus fuerit, & ad Iudicem deferat, & cauſam deferat, nec quidquam alicui patefaciat, quod officio S. Inquiſit. præiudicium ferat, & reticenda, nè reuelet. *ibid.*

18 Contra violatores S. Inquiſitionis procedat Epiſcopus, ac præſcriptum Conſt. Pij V., quam etiam iubeat promulgari, ſi expediat. *Prou. 3. tit. quæ ad fid. tuend. ſtud. pert.*

19 Initio Congregat. S. Officij Inquiſit. dicatur oratio, *Adſumus*, vt in Pontificali. *Prou. 6. tit. quæ ad forum pert.*

INTERDICTVM.

1 Pænitentiæ interdictis iniunctæ, quæ antè abſolutionem loco publico antè fores Eccleſiæ præſtandæ ſunt, ità longè à foribus præſtentur, vt interdictus diuina ſpectare nõ poſſit. *Diœceſ. 11. Mon. exec. decret. quæ ad ſacram.*

2 In-

Digitized by Google

2 Interdictis pro omiſſa communione Paſchali, inter alia pęnitentiæ opera, præſcribi vtile erit, vt ſingulis menſibus peccata ſua confiteantur, *ib.*

3 Si quos Parochus interdixerit, aut excõmunicauerit, eorum nomina, cognomina, diē latæ cenſuræ ad Cancellariū Epiſcop. ferat. *Prou. 5. tit. de Epiſ. & Epiſc. Iur.*

4 Si menſis ſpatio à die denunciationis non detulerit, mulctetur duobus aureis nūmis, *Diœc. 11. tit. vt ſup.*

5 Viſitator in vrbe, Vicarius foraneus in Diœceſi, menſis ſpatio, excommunicatorum, & interdictorum nomina, qui in ſua regione ſunt, deferant ad Archiep. cancell. *ibid.*

6 Soluti ab interdicto, denuncientur à Parocho, populo. *Prou. 3. tit. de his, quæ pert. ad ſacr. pœnit.*

7 Interdicti in Paſchate, in tabella nominatim deſcribātur, adiectis etiam Parochijs, in quibus vitam degunt, Imprimaturq; hæc tabella, & in cācellaria criminali Archiep., templorum valuis, publicis locis, etiam apud ſingulos Parochos, regulariū collegia, & monaſteria, affigatur, & hoc fiat quotannis ſub aduētum Domini. *Diœc. 22. cap. 11.*

8 Ad Eccleſias, officia diuina, ſepulturam Eccleſiaſticam, de his edocti, ne eos admittant. *ibid.*

9 Contra ferentes excuſationē procedatur etiam ad excommunicationem, & adhuc cōtemnentes, ſacrorum canonū pœnis afficiantur, & ſi opus ſit, ad S. Inquiſ. officium deferantur. *ibid.*

10 Interdicta ab Epiſcopo promulgata, tàm generalia, quā particularia, promulgentur etiam à Regularibus in ſuis Eccleſijs, & ſeruentur ad Cōcil. Trid. præſcriptum. *Prou. 5. tit. de Epiſc. & Epiſc. iur. §. interdicta.*

INVENTARIVM.
V. Archiuium.

1 Præfecti in ciuitate, & Vicarij Foranei in Diœceſi audito obitu alicuius Notarij, præſtò ſint in eius domo, & curent confici omnium ſcripturarū Inuentarium: authenticas ſcripturas penes ſe fideliter ſeruent, donec alteri Notario Apoſtolico idoneo, ab hęredibus deligendo conſignētur. Apto deficiente, transferantur interim in Archiuiū Archiep. ſinè præiudicio hæredum. *Synod. Diœc. 34. c. 6.*

2 Cancellarius Plebis, moriente aliquo Vicario Foraneo, & deficiente Vicario viciniore, idem

Digitized by Google

idem Inuentarium ſcripturarum incipiat, & monito, ac adueniente viciniore Vicario, incepta recognoſcat, & reliqua iuxta Conciliorum decreta perficiat. *ib.*

I V D Æ I.

1 Iudæi pileum crocei coloris ferant, ſi viri, mulieres verò impoſitũ, reliquo capitis integumento, pãnum eiuſdem coloris. *Pro. 2. & 1. tit. de Iud.* Signũ ferant, quo dignoſcantur, nec diſpẽſandum in hoc. *Prou. 5. tit. quæ ad fid. tuend. §. vt mares.*

2 Ad nuptias, dies feſtos, ſynagogas eorum nè conueniant Chriſtiani, nec ludãt cum eis, aut choreas agant. *ibid.* Nec vllo in loco eorum cæremonijs interſint. *Prou. 5. tit. quæ ad fid. tuend. ſtud. pert.*

3 Nè Chriſtiani illis famulentur, aut ſi in diem, vel horam operas ſuas locauerint, apud illos cibum capiant. *Prou. 1. ibid. §. nè Chriſtiani.*

4 Nè mulieres eorum nutrices in eorum domibus ſint, nec extrá, niſi ex neceſſitate ab Ordinario probanda. *ibid.*

5 Nè medendi cauſa ad ſe illos accerſant, neq; eorum opera vtãtur ad matrimonia ineunda. *ibid.*

6 Nè mulieres Chriſtianæ Iudæas adhibeant, fuci, pigmentorum, aut ornandi ſe cauſa. *ibid.*

7 Locari prædia Eccleſiaſtica Iudæis, alia vè ſacra, vel ad vsũ Eccleſiæ deſtinata, vendi, aut pignorari Iudæis, non liceat. *ibid. §. Agros.*

8 Non habitent in ædibus Eccleſię vicinis, nequè Eccleſię, aut oratorio oppoſitis, & ſi nunc in eis qui habitant, aliò migrare intra certum tẽpus cogantur. *ibid. & Prou. 5. tit. quæ ad fid. tuend. ſtud. pert.*

9 Diebus feſtis nullus Chriſtianus cum Iudæis contrahere, quocunquè nomine, audeat. *ibid.*

10 Tribus antè Paſcha diebus in publicũ non prodeat Iudæus, nec quidquam palam, aut ſecretò in Chriſtianę religionis contemptum faciat. *ibid.*

11 Nulla gaudeat dignitate, vel publico officio, quod pertinere ad Chriſtianum aliquo modo poſſit. *ibid.*

12 Epiſcopi, Principes, & Magiſtratus pro ſuæ auctoritatis munere, ad hæc ſeruanda, pœnis contra Iudæos, & Chriſtianos propoſitis, compellãt. *ibid.*

13 Certus à Princip. & Magiſtr. locus decernatur in ſingulis ciuitatibus, vbi Iudei ſeorſim à Chriſtianis habitent. *ibid.* aut duo, vel tres, tamen con-

ti-

tinentes inter ſe. *Prou.* 5. *quæ ad fid. tuend.*

14 Si quas ædes nunc habent in ciuitate, intra ſex menſes verè Chriſtianis vendi iubeant. *ibid.*

15 In omnibus contractibus cũ Chriſtianis, in libris, litteris conſcribendis, cogantur vulgari noſtra lingua, non characteribus hæbræis vti. Si ſecus fecerint, pænis afficiantur, neq; illis ſit ius agendi, vel excipiendi. *ibid.*

16 Fradulentiam, inſidioſam cum Chriſtianis contrahendi rationem, auaritiam in eorum facultatibus inhiantẽ, comprimant. *ibid.*

17 Curent Epiſcopi prædicari Iudæis doctrinam Chriſtianam à peritus linguæ hæbraicæ, & Iudæorum rituum, vel à doctis, & bonis viris. *ibid.* §. *Monemus.*

18 Cõueniant verò omnes iuſſi ad concionem, ſed pueri, & puellæ ſeorſim à parentibus, & eorum natu maioribus, audiant concionatorem, qui ipſos familiariter inſtruat, interrogantibus, benignè ſatiſfaciat. *ibid.* §. *Ad eas.*

19 Domus cathecumenorum ſit parata, vbi diligentiùs inſtruantur de ijs, quæ ſpectant ad fidem Chriſtianam, & ab alijs ſeparentur, ſi quod ſignum conuerſionis in aliquo cognitum fuerit. *ibid.*

20 Si haberi nequeat domus hæc, Congreg. loci pij, curam eorum tradat, aut deligat Sacerdotem ſpectatæ vitæ, qui illorum vitam inſtituat. *Prou.* 5. *tit. quæ ad fid.*

21 Ad eorum curam delecti, hæc ſeruanda à cathecumenis curent, vt feſtis diebus, & ferijs Miſſæ interſint. *ibid.*

22 Conciones, ſacras lectiones, ſupplicationes, officia diuina, veſperas, charitatis Chriſtianæ opera obeant, hoſpitalia viſitent. *ibid.*

23 Bis, mane, ſcilicet & veſperi orent. Ad trinum Salutationis Angelicæ ſignum genua flectant, & precentur. *ibid.*

24 Eccleſias viſitent, Indulgentias, ſtationes ſumant. *ibid.*

25 Octauo quoq; die confiteantur. Decimo quinto rurſus confeſſi communicent. *ibid.*

26 Quo die communicant, ſanctis operibus exerceantur. *ib.*

27 Feria 6. & Sabbato, pro eorum valetudine, ieiunent. *ib.*

28 De ſacris anni temporibus inſtruantur, & de alijs ſacris celebritatibus, ad eorum, earumquè myſteria dignoſcenda. *ibid.*

29 A delicato vitę vſu, & prauorum hominum ſocietate abſtineant. *ibid.*

Digitized by Google

30 Nè inter ſe multam conſuetudinem habeant. *ibid.*

31 Nulla in re Moſaycæ legis cõſuetudinem retineant. *ibid.*

32 Porrò, nè baptizentur cathechumeni, ni priùs inſtructi diligenter, & examinati, maximè ſi grandiores natu ſint. *Prou. 1. tit. de Iudæis*.

33 Baptizati, tradantur educãdi probo viro, qui illorum vitã optimis regat moribus, & moderetur. *ibid.*

34 Vt audiant feſtis diebus Miſsã, Conciones, Veſperas, alijs diebus, artificio vtantur ad victum ſibi comparandũ. *ibid.*

35 Nè cum Iudæis vllã habeant conſuetudinẽ, nec cum flagitioſis Chriſtianis.

36 Curet Epiſcopus, vt conuerſis ad fidem Iudęis, omnia ſua bona dentur, ac ſi eſſent filij familias; legitima, & quæcunquè alia bonorũ pars ei iure debita, à patre, etiam viuente; Si mulier fuerit, dos reſtituatur illi à marito; vel à patre conſtituatur, maximè de facultatibus vſuris comparatis, ad præſcriptum Conſtit. Pauli 3. *ibid.*

37 Curet etiam, vt in loco, vbi habitant Iudæi, vel aliquando diuerſantur ſingulis ãnis, ſtata die promulgetur Conſtit. Pij V., tollantur plures ſynagogæ illorum vna excepta, diſtanti tamen ab Eccleſia fidelium. *Pro. 5. tit. quæ ad fid. tuend. ſtud. pert.*

38 Gregorij XIII. Conſtit. contra Iudæorum Blaſphemias promulgetur ſæpius. *Pr. 6. tit. quæ ad fid.*

39 Nouas conſtruere, dirutas reficere, veteres altiùs tolli, amplificari, magnificentiùs ex ædificari, nè patiatur. *ibid.*

40 Feſtis diebus ex præcepto, nè quidquam ſeruile, per ſe, aut per alios faciant. *ibid.*

41 Ad fidem conuerſi, ſi quãdo contrahunt matrimonium, curet Epiſcopus, vt cum ijs chriſtianis contrahant, qui perpetuam originem à Chriſtianis ducunt. *Prou. 5. tit. quæ ad fid. tuend. ſtud.*

IVDEX ECCLESIASTIC.

V. *Fori Eccl. & ſecul. Concord. c. 12. & c. 10.*

IVDEX SYNODALIS.

1 Seruet taxam Conſtitutionis Gregorij XIV. *Prou. 6. tit. quæ ad for. pert. §. Conſtitutio*.

2 Etiamſi longiùs, quàm vnius anni ſpatiũ Synodi actio differatur, ſuum munus exequantur. *Prou. 6. tit. quæ ad Synod. §. Iudices*.

IVSIVRANDVM.

1 Iusiurandum, quo quis eſt aſtrictus, nè relaxetur cuiquã, nec ab eo abſoluatur, niſi ad agendum tantũ; ad excipiendum

dum verò, nullo modo; ac prætereà, nè ad agendum quidem, poſteaquam quis periurium admiſit, à quo crimine Epiſcopus neminem abſoluat. *Prou. 5. tit. de Epiſc. & Epiſc. for.*

2 Epiſcopus, vel Vicarius, priuſquàm cuiuſcunq; gradus Clerico facultatem iurandi in foro laicali concedat, capita rerum, de quibus in eo foro interrogationes, & quæſtiones erunt habendæ, diligenter perpendat. *Prou. 6. tit. quæ ad forum pert. §. vt frequentib.*

3 Examinandum Clericum, ſi libuerit, priùs ad ſe accerſat, & de illarum rerùm capitibus ipſe examinet extra iudicium. *ibid. §. Clericum.*

4 Caueat, nè Clericus idem in examine, alicui eam diminutionem, aut damnum afferat, vt in irregularitatem incidat. *ibid.*

5 Si dubium huius damni præuideat, nè facultatem concedat. *ibid. §. quarum rerum.*

6 Si quandò verò concedat, tunc certis capitibus, nominatimquè explicatis, litteris expreſſam concedat, & ſemper Clerico à Sacerdote deferri iuſiurandum iubeat. *ibid. §. vbi verò.*

7 Modus verò præſtandi iuſiurandum à Prælatis, & Epiſcopis, ſit, manu ad pectus admota, niſi cauſę grauitas pro iure aliud poſtulet. A Clericis verò, Subdiaconis, Diaconis, Sacerdotibus, tactis litteris id præſtent. Si cauſæ leues ſint, præſente ſuperiore, actis litteris; ſi abſente, manu ad pectus admota poterunt pręſtare. *Prouin. 6. tit. quæ ad Cleri diſcip. §. quod ab Epiſcopis.*

8 Iureiurando Canonicorum, quo ſpondent, ſe nihil quidquam, quod in capitulari, canonicaliuè conuentu agitur, patefacturos, aut diuulgaturos eſſe, non ſit obſtrictus, aut impeditus quiſquã, quominùs deferat ad Epiſcopũ, ſi quæ, vel Capituli, vel Canonicorum, aliorumvè, qui de capitulo ſunt, ſint errata, aut emendatione, correctione indigeant; atquè adeò quæcunquè illi denunciari iuſſerit eo de genere; tùm, ſi quæ expedierit de eadem re ſciri, maximè ex ijs, quæ decretis Synod. deferenda ad Epiſcopum eſſe, cautum eſt. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad capit. & c. §. quo iureiurando.*

9 Iudex Eccleſiaſticus in omni litis principio, & in omni eius parte, ſi expedierit, tàm ab actore, quàm à reo calumnię, poſſit exigere iuſiurandum.

Digitized by Google

Prou.5.tit.de Epiſc. & Epiſc.Iuriſ. §. vt apud.

10 Relaxatio iuramenti,& eiuſdem abſolutio, nunquam detur,niſi ad agendum tantùm, aliàs ex ſacrorum Canonum præſcipto; at vero nullo modo ad excipiendum, nec ad agendum quidem, poſtquam quis periurium admiſit. *ibid. quamobrem.*

11 Ab hoc verò crimine,Epiſcopus neminē abſoluat. *ibid.*

12 Ea ſtatuta cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarū, & quæcunquè conſtitutiones iureiurando cōfirmatæ, quę præſeferunt ſordidam quamdam auaritiam, abrogata, & reſciſſa intelligantur, quacūquè auctoritate ſint munitæ, aut conſuetudine, licet minus expreſsā ſymoniā præſeferant *Prouin.3. decr. 3. §.ſacri.*

IVS PATRONATVS.

1 Vſurpatores bonorum Eccleſiaſticorum,aut iurium beneficij Eccleſiaſtici, ſiuè vniuerſitates, laicivè homines ſint,ſiuè etiam ius patronatus habeant, ſubeant pœnam excommunicationis, non obſtante quocunq; antiquo vſu, aut poſſeſſione.*Pro. 5. tit. de Eccleſ. & ear.ſup. §. Vniuerſitates.*

2 Hoc verò decretum vulgariter redditū ſępè populo edicatur,& promulgetur.*ibid.§.Hoc verò.*

3 Epiſcopi, intra ſex menſes, vniones perpetuas, etiam Eccleſijs iuris patronatus factas, & ipſa patronatus iura, recognoſcant ad præſcriptū Cōc. Triden., & traditā ab eodem concilio de illis rationem, ſeruent. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad bon., & iur. Eccl. conſer.§. Epiſcopi.*

4 Nullus clericus, vel laicus in ſuis ſecularibus Eccleſijs,ētſi iuris patronatus ſint, quamuis probatis ab ordinario, permittant Sacerdotem vllū etiam regularem celebrare, qui facultatē nō habeat ſcriptam ab Epiſcopo impetratam,& ſingulis ſex menſibus renouandam. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad celeb. Miſſ. §. nemo.*

5 In conferenda parochiali Eccleſia vacante,quę iuriſpatronatus eſt eccleſiaſtici, vel mixti,cuius inſtitutio,ad exēptum ab Epiſcopo, ſpectat, etiam ad regularem; examine per Edictum Epiſcopale propoſito,probētur qui præficiendi ſunt, digniorq;& magis idoneus per Synodales examinatores inuentus, is deligatur, & is à patrono præſentetur ei,ad quē ſpectat inſtitutio. Secus facta collatio, nulla ſit, & reſciſſa. *Prou. 1. tit.*

tit. qua ad beneſ. coll. §. Vacante.

6 In iiſdẽ beneficijs parochialibus iuris patronatus laicorum, & Eccleſiaſticorũ ſimul, ſeruet, & exequatur Epiſcopus, quod de beneficijs, quæ iuriſpatronatus Eccleſiaſtici ſunt, vt Conc. Trid. decretis cautum eſt. *Prou. 6. tit. qua ad benef. coll. §. in beneficijs.*

7 Caueat Epiſcopus nè propter iuris patronatus occaſionẽ, pluris aliquanto res, cui illud ius annexum eſt, vẽdatur, aut transferatur. *Prou. 1. tit. qua pert. ad coll. benef. §. Epiſcopi munus.*

8 Si qui nihilominùs ità vendiderint, incurrant pœnas contra ſimoniacos latas. *ibid.*

LECTOR.

1 IN Eccleſia legat prophetias in Miſſa, & lectiones in Matutino, & pueros, ſi ità videatur Epiſcopo, rudimẽta doceat. *Prou.* 1. *tit. de Lector. §. Lector. §. Pueros.* Vide V. *Ludimagiſtri.*

LEGATVM.

1 Rectores locorum piorum, ſeù Eccleſiarum, poſt notitiã ſacri legati, illud quindecim dierũ ſpacio denuncient curiæ Archiepiſcopali. *Diac. 2. decret. 37.*

2 Epiſcopus, per ſe, vel per Vicarios, Viſitatoresvè, etiã in Viſitationis munere, de pijs legatis diligenter inquirat, ijs accerſitis, ad quos ea ſoluere pertinet, quibus, & certũ tẽpus ad ea pręſtanda decernat; eorum item ſingulorum nomina, qui præſtare debent, edi, & in certam tabellam referri iubeat, quæ ſit affixa in omni Sacriſtia; negligentes verò ſtato tempore perſoluere, Epiſcopus puniat ſuo arbitrio, niſi quamprimùm perſoluant. *Prou. 6. tit. de bon. & iur. Eccl. §. quamobrem.*

3 Idem ſancitur de decimis, & primitijs. *ibid. §. Id quoquè.*

4 Proponant Epiſcopi, edicto generali, pęnam interdicti ipſo facto incurrendam, ijs, qui vltrà biennium, legatum piũ ſoluere neglexerint, & quæ Eccleſijs, pijſvè locis, & perſonis debent, non ſoluunt, niſi intrà certum tempus, dilationis, ſeù impoſſibilitatis cauſam attulerint, approbandam à ſolo Epiſcopo, vel eius Vicario Generali. *Prou. 7. tit. de legatis pijs.*

5 A ſolo Epiſcopo abſoluantur pia legata non denunciãtes. *Prou. 1. tit. qua pert. ad ſacr. pænit. S. Notarios.*

6 Anni ſpatio ad ſummum, qui non præſtiterit, quæ teſtator iuſſe-

iuſſerit, cogatur explere. *Prou. 2. decret. 16.*

7 In Parochijs verò eligat Epiſcopus duos, vbi opus erit, probatæ vitæ homines, pro executione piorum legatorum. *ibid.*

8 Legata denunciata, & quouis modo cognita, Epiſcopus trium menſium ſpatio in librum certum referri curet. *Prou. 3. tit. de his, quæ pert. ad bon. Eccl.*

9 Legata cuicunq; vt pauperibus in eleemoſynā conferantur, ea, nè diſtribuantur, niſi facultate data ab Epiſcopo in ſcriptis. *ibid.*

10 Decretum de Notarijs pia legata non denuntiātibus, Aduentus vltimo die Dominico, & Quadrageſimæ, ſecundo in parochiali Eccleſia quottanis promulgetur. *ibid.*

11 Legata ad certos pios vſus relicta, in alium vſum nè conuertantur, licet pium, neq; cauſa neceſſitatis, neq; item conſenſu hęredum eius, qui reliquerit; niſi Epiſcopi acceſſerit conſenſus. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ ad bona Eccl. pert. §. quæ legati. Diœc. 3. decr. 42.*

12 Nequè in eleemoſynam relicta ſinè eadem facultate. *ibid. §. Teſtatorum.*

13 Nequè relicta alicui præsbyterorum Collegio, eroganda in pauperum eleemoſynam, nequè in totum, nequè in partem vniuerſo illi conuentui, aut alicui eiuſdem ſocietatis Clerico, nè quidem prætextu paupertatis diſtribuantur, ſinè ſcripta Archiepiſcopi facultate. *Diœc. 3. decret. 43.*

14 Legata relicta pro celebratione Miſſarū, curet Epiſcopus diligentiſſimè expleri. *Prou. 6. tit. quę ad Miſſ. §. Vt quæ pia.*

15 Poſſit Epiſcopus eadem Legata, ex cauſa, in Synodo Diœceſana reducere, vbi ſufficere non videantur ad tot Miſſas celebrandas, hac conditione, vt in Miſſis ſingulis, quas iure reductionis celebrari contigerit, fiat commemoratio eorum defunctorum, qui legata pia ad hunc pium vſum reliquerunt. *ibid. §. quib. autem.*

16 Legata tēpore peſtis ad pios vſus relicta, rectè, ſedulòquè præſtentur. *Prou. 5. tit. Peſte reſt. quæ præſt. §. vt legata.*

17 Moniales legare prohibetur omninò. *Prou. 1. tit. de Comm. vitę. vſu. §. Moniales relata.*

18 Quæ ſecùs fecerit, velo per menſem priuetur, & ter diſciplina afficiatur, *ibidem §. quæ ſecùs.*

19 Legata verò illis relicta, in communem vtilitatem cōferantur. *ibid. §. omnes itaquè.*

20 Le-

20 Legatorum, quæ in dies ad pias cauſas fiunt, indicem habeat apud ſe Cancellarius Archiep. *Prou. 5. tit. de Procur. Fiſc. §. Denuntiationum.*

21 Parochi, & reliqui Eccleſiarum Rectores quotannis, die Dominicæ Palmarum, inter Miſſarum ſolemnia denuntient populis. *Decr. Conc. Pro. 7.* Ne vltra biennium differant ſuorum ſolutionem legatorum, propoſita pœna Interdicti ab ingreſſu Eccleſię ipſo facto incurrenda negligentibus, niſi approbata à Vicario Generali cauſa impoſſibilitatis. *Syn. Diæc. 35. decr. 57.*

LIBELLI FAMOSI.

1 Qui illos ſcripſerint, ediderint, diuulgauerint, excommunicationis latæ ſententiæ pænam ſtatim ſubeant, & ſi Clericus eſt, beneficiorum amiſſione ſtatim mulctetur. *Prou. 5. tit. quæ ad fid. tuend. ſtud. pertin.*

L I B E R.

V. Codex.

1 In ſingulis Eccleſijs maximè Parochialibus ſit liber cantus firmi, in quo adſint omnia ſpectantia ad Miſſam, & Veſperas ſaltem Sancti Titularis illius Eccleſiæ. *Syn. Diæc. 34. c. 4.*

2 Referant Vicarij Foranei in Codicem ad hoc deſtinatū, & cuſtodiant ſolutiones quęſtionum, quas pro certiori enodatione ad Archiep. trāſmiſerit, in Conuentibus Mēſualibus actitatas, & non integrè enodatas. *Syn. Diæc. 34. c. 6.*

3 Vnuſquiſq; Parochus Plebis, qui per ſe, & non per alium adire debet Eccleſiam Præpoſituralem pro olei Sancti receptione Sabbato Sancto, propria manu teſtetur in libro diſtributionis oleorum, & illa recepiſſe. *Syn. Diæc. 35. c. 7.*

L I B R I.

1 Libros, aut alia ſcripta nullus imprimat, niſi primùm, quæ ſcripta ſunt, ſint recognita, & comprobata, & eiſdē ſit ſubſcriptū ab Archiepiſc. & Inquiſitore. *Diæc. 2. decret. 40. nè librarius.*

2 Recognitio, & comprobatio fiat diligenter, & gratis. *ibid. §. cuius.*

3 Exemplar, habeat ſubſcriptionem, notatā auctoris nomine, & manu. *ib §. exemplar.*

4 Cōprobatio libri, vel ſcripti, ſit in principio, vel fine, cum in lucem dabitur, & apponatur nomen, & cognomen imprimentis. *ibidem §. libri, §. libro.*

5 Facta impræſſione, eius exēplar Inquiſitori, vel Archiep. detur

detur. *ibid. §. cum primùm*.

6 Bibliopolæ verò in vendendis, & emendis libris ſeruent præſcripta in Indice Sedis Apoſt. & quæ in Conc. Prou. 1. hac de re ſancita ſunt. *ibid. §. Bibiliopolis*.

7 Parochi moneant eos, qui in ſuæ Parochiæ finibus ſunt, & habent libros à defuncto relictos, vt nè ijs vtātur, vel eos aliò transferant, priuſquàm eos, vel eorum indicem Archiep., vel Inquiſitori detulerint, & ab iiſdem facultatem obtinuerint, modò apertè nō conſtet eius generis eſſe, vt illi ipſi omnibus ſint permiſſi. *ibid. §. quo in officij*.

8 Regulæ Indicis Pontificij librorum ab omnibus ſeruentur. *Prou. 1. tit. 1. de profeſs. fid. &c.*

9 Quorum librorum purgatio eiuſdem iuſſu faciēda eſt; eos legi, vendi, emi, haberi, donec purgati fuerint, prohibetur. *ibid. & Diæc. 2. decret. 40.*

10 Qui contra regulas prædictas, librum impreſſerit, excommunicationis pœnam ſubeat, libros amittat, qui publicè cōburentur; per annum amotus erit ab imprimendi munere, & centum aureos ſoluet. *ibid. Diæc. 2.*

11 Problemata, ſeù axiomata de quauis ſcientia, nè proponantur defendēda, niſi priùs examinata, & approbata à Deputatis. *Prou. 2. decret. 4.*

12 Librariam artem exercentes nè libros proponant vendendos, niſi priùs indicem confecerint, ſubſcribēdum à Deputatis Epiſcopi, & Inquiſitore; nequè vllum librum eo indice non notatum, & approbatum vendant, habeant, tradant. *Prouinc. 3. tit. quæ ad fid. tuend. §. Vt quicunque*.

13 Nè loco publico, mercibus importandis cōſtituto, libros exportari, miniſtri publici eius loci patiantur, ni exhibeatur exportandi poteſtas, ab iiſdem Deputatis, & Inquiſit. approbata. *ibid. §. nè loco*.

14 Libri in vrbem inuecti, ſed non publico loco, eiſdem denuntientur, nec alijs commodentur, aut alia ratione tradantur, niſi priùs recognoſcantur, & approbētur; modò non eius ſint generis, quos apertè conſtet omnibus permiſſos eſſe. *ibid. §. libri*.

15 Manuſcriptum cuiuſcunquè ſit generis, nè typis mandetur, antequàm approbetur ab ijs, ad quos ſpectat. *ibid. §. nè quis*.

16 Neq; euulgetur, ſinè Epiſcopi, & Inquiſit. approbatione. *ibid. §. nè prætereà*.

17 Re-

Digitized by Google

17 Recognitio librorum, & facultas eorum dem imprimendorum, principio libri imprimatur. *ibid.* §. *quod recognitionis*.

18 Exemplum libri ab auctore ſcriptum, & eius nomine notatum, tradatur Recognitoribus poſt impreſſionem, aſſeruandum. *ibid.* §. *libri exemp.*

19 Apponatur & nomē Impreſſoris, annus item, quo impreſſio fit. *ibid.* §. *libris*.

20 Recognitores librorum in codice notent librum, annū, diem, eiuſdem imprimendi conceſſæ facultatis, & nomē, cui data eſt talis facultas. *ibid.* §. *libri, quos*.

21 Hæredes, vltimarumvè voluntatum executores, ſinè Epiſcopi, & Inquiſit. facultate, & approbatione Indicis, nè libros defuncti vendant, vtendos dent alijs, aut ipſi adhibeant. *ibid.* §. *nè hæredes*.

22 Biblia vulgaris, tàm vetus, quàm nouum teſtamentum, aut libri vulgares de fidei cōtrouerſijs agentes, ijs ſolùm cautè permittantur, quibus Epiſcopus, aut Inquiſitor, de Parochi, aut Confeſſarij conſilio iudicauerit. *ibid.* §. *de biblijs*.

23 Officium, & preces horariæ B. V. nè alio idiomate, quàm omninò latino, vendantur. Si quid nunc apud ſe habent, ad Inquiſit. officium deferant, vt ſancitum a Pij V. Conſtit. *ibid.* §. *libri de officio*.

24 Libri paruuli, quibus variæ preces continentur, videatur ab Epiſcopo, nè falſis, & ſuperſtitioſis titulis ſint aſperſi, nec ſinè Recognitorum approbatione habeantur, aut vendantur. *ibid.* §. *Caueat Epiſcop.*

25 Inuigilet per homines peritiſſimos, num quis liber in Ciuitate legatur, Indice Trid. non notatus, cuius vſu, & lectione interdicēdum ſit. *ibid.* §. *Adhibeat*.

26 Si quos repererit, curet, neq; in Ciuitatem, nequè Diæceſim inuehi, deferri eorum nomina ad Rom. Inquiſ. Patriæ, & ſignificari Prouinciæ Epiſcopis, vt ab horum lectione caueatur. *ibid.* §. *quos libros*.

27 Qui per vrbes, loca, vicos, oppida, libros venales circūferunt, Indicem habeant à Recognitoribus approbatum, vt ſupra. *ibid.* §. *qui per vrbes*.

28 Hos ex improuiſo viſitet Parochus in ſuæ parochiæ finibus, vbi venales habentur. *ibid.* *Hos Parochus*.

29 Si quos comprehenderit, aut in Indice non deſcriptos, aut non approbatos, vendere, de-

Digitized by Google

nunciet Epiſcopo, aut Inquiſit., ſequeſtri nomine detineat libros, donec alitèr à ſuperioribus iuſſum ſit. *ib.* §. *Ac ſi aut.*

30 Si quos ab Indice Trident. damnatos, illos comprehendi, aut ſponſione ſibi data, ab illis caueri curet, vt ad certũ diem in Inquiſitoris, aut Epiſcopi iudicio ſiſtant. *ibid.* §. *ſi quos,*

31 Theologi, Iuriſconſulti, Medici, profeſſores litterarũ, & omnes ſuppelectilem librorũ poſſidentes, indicem librorũ prohibitorũ apud ſe habeant. Contra non habẽtes ſeueriùs agetur ad formam regulæ Concil. Triden. nulla admiſſa excuſatione ignorationis. *Prou. 5. tit. quæ ad fid. tuend. ſtud. pert.* §. *librorum,*

32 Liber facultate debita impreſſus, antequàm euulgetur à recognitoribus conferatur, cum exemplari. *ibid.* §. *vt fraudi.*

33 Recognitus, & ſubſcriptus, detur Epiſcopo aſſeruandus certo loco in Archiuio. *ibid.* §. *qui liber.*

34 In grandiuſculis litteris, nè turpes exprimãtur Imagines.

35 Nequè profanam ſpeciem, aut obſcænam præſeferant, ſi hæ litteræ inſeruiant libris conſcriptis de rebus Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus. *ibid.* §. *nè litteras.*

36 Obſcæni libri interdicantur. *ibid.* §. *Epiſcopi.*

37 Liber ſemel impreſſus, nè iterùm imprimatur ſinè repetita à recognitoribus facultate, neq; euulgetur. *Prou. 6. tit. quæ ad fidem tuend. pert.* §. *nè liber,*

38 Mentito, fictovè nomine alterius auctoris, libros, volumina, litteras, ſcripta cuiuſuis generis argumenti, de quibus cauetur in Indice Cõc. Trid. euulgari, edi, imprimi, niſi de conſenſu eius, cuius nomine imprimẽtur, & Epiſcopi permiſſu, prohibetur. Delinquens pro grauitate criminis ab Epiſcopo puniatur. *ibid.* §. *moris olim.*

LITANIÆ.

1 Litaniæ Maiores, in feſto S. Marci habeantur ſolẽni ritu ad ſtatas Eccleſias in vrbe, & in Diœceſi ad eas, ad quas in litanijs minoribus conueniri ſolet. *Diæc. 2. decret. 3.*

2 Qui Sacerdotes die S. Marci extra portam Romanam nõnullis in Eccleſijs ſupplicationes quaſdam habere ſolebant, ijs abrogatis, ad has ſolemnes conueniant. *ibid.*

3 Die Dominico præcedenti moneatur populus, vt ad has litanias conueniat. *ibid.*

Digitized by Google

4 In Eccleſijs Parochialib. Dominico die proximè antecedenti ſacras ordinationes, litanias, aut intùs, aut extrà Eccleſiam, vt moris eſt, proſequente populo, obeant Parochi ad diuinam opem in ſacra ordinum functione implorandam. *Prou. 2. decret. 22.*

5 Eædem recitentur in expoſitione 40. horarũ ſtatis precibus. *Prou. 4. tit. quæ ad SS. Euch. ſacr. per. §. proceſſio.*

6 Singulis diebus manè in ſtatione communi à militibus dicantur. *Prou. 6. tit. de diſcip. Mil. §. vt ſingulis.*

7 Tempore etiã peſtis ab omnibus quotidiè domi, & foris certis locis, maximè verò in Eccleſijs. *Pro. 5 tit. Epiſc. ſoll. in orat. §. litaniarum.*

LITTERÆ Dimiſſoriæ.

1 In his, hæc fiant teſtata; vitæ probitas, doctrina per examẽ explorata, ordo, quo eſt proximè initiatus, natales, aut diſpenſatio, ſi qua eſt; Item ætas, titulus, cenſus ſufficiens beneficij, vel penſionis, vel patrimonij, ſi maiori ordini eſt adſcribendus. *Pro. 3. de his, quæ pert. ad ſacr. ordinis.*

2 Quicunquè Clericus has literas in hac forma exaratas nõ attulerit, nè ad ordinem quẽ petit, admittatur, ac ſi non haberet dimiſſoriales litteras. *ibid.*

3 Pro his litteris, tàm pro minoribus, quàm maioribus ordinibus recipiendis, pars aurei nummi tantùm à Cancellario accipiatur. Si tamen nullum ei ſalarium ſit conſtitutum, nequè ad Epiſcopum ex notarij commodis aliquid emolumenti è litteris dimiſſorijs directè, vel indirectè peruenire poſſit: alioquin gratis dentur. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ ad Epiſc. for. pert.*

4 In ijſdem, nè facultas detur plures ordines ſuſcipiendi, quàm ij tantùm, qui per canones licent. *Prou. 5. tit. quæ pertin. ad ſacram. ord.*

5 Præſcribatur etiam tempus, quo finito, nullæ ſint dimiſſoriæ. *ibid.*

6 Tempus eſſe poterit, bimeſtre, vel menſtruum, prout loci diſtantia exiget. *ibid.*

7 Reddantur Cancellario litteræ dimiſſoriæ, vbi nil roboris habuerunt. *ibid.*

8 Nulli ſeculari, vel Regulari alienæ Diœceſis, tranſacto tẽpore in dimiſſorijs præfinito, conferat Epiſcopus nè primã quidem tonſuram virtute illarum litterarum. *ibid.*

9 Quæ de Epiſcopo impedito in ſua Diœceſi in cõcedendis

Digitized by Google

litteris dimiſſorialibus dicta ſunt in Conc.Prou.3. *vt ſupra*, Intelliguntur etiam de Epiſcopo abſente. *Prou. 5. tit. de initiandis ordinis Sacram.*

10 Clericos abſentes à Diœceſi petentes dimiſſorias litteras, vocet ad ſe Epiſcopus examinis cauſa, ſeù id Epiſcopo ſpeciatim committat, in cuius Diœceſi ſunt ordinandi. Nè priùs tamen det litteras dimiſſorias, quàm à delegato Epiſcopo examinis facti, litteras acceperit. *ibid.*

11 Nè quis Prouinciæ Epiſcopus hominem Eccleſiaſticū eiuſdem Prouinciæ recipiat, niſi à ſuo Ordinario dimiſſus per litteras dimiſſoriales exiſtat. *Prou. 7. tit. de Sacr. ordinibus.*

LITTERÆ Teſtimoniales.

1 Pro his, etiamſi plurium ordinum teſtificatio fiat, decima pars tantùm aurei nūmi poteſt accipi à Cancellario, niſi ſalarium ei ſit conſtitutum, vt ſup. tit. *litteræ dimiſſ.* num. 3. *Prou. 3. tit. de his, quæ ad for. Epiſc. pert.*

2 Facultatem habens ſuſcipiēdi ordines ab àlio, quàm ab Ordinario, antequam initietur, ab Ordinario ſuo habeat litteras obſignatas quibus teſtetur vitæ ſuæ mores, diſciplinam, probitatem. *Prou. 5. tit. de initiād. ad ord. ſacr.* §. *licui.*

3 Eædem litteræ ordinum, quibus ſinguli in Diœceſi Clerici initiantur, in libro deſcribantur, & in Archiuio Epiſcopali aſſeruentur. *Prou. 4. tit. de benef. coll.* §. *itidem ſeruetur.*

4 Confeſſarij quoquè Regulares, licet alioqui ob peritiam idonei; nè tamen ad confeſſiones audiendas admittātur, niſi à Præfecto Monaſterij teſtimoniales litteras ferant de vita, & moribus. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad ſac. pæn.* §. *Confeſſionis.*

5 Nullus Sacerdos, aut Clericus peregrinationi ſe cōmittat, ſine litteris dimiſſorijs, & teſtimonialibus ab Epiſcopo acceptis. *Prou.4. tit. de ſacr. pereg.* §. *nè quiſquam.*

6 In ijs exprimantur comites peregrinationis à Cancellario. *ibid.* §. *peregrinationis.*

7 Alienæ Diœceſis clericis, miſſam facere, nè permittat Epiſcopus, niſi teſtimoniales litteras ordinarij ſui duobus tātùm menſibus antè, ſi in prouincia; ſi extra prouinciam in Italia, quatuor; ſex verò, ſi extra Italiam, datas; vel ſi eæ antiquiores ſint, afferant etiam ſecum ſcriptum teſtimoniū de vita, & moribus ab ijs Ordinarijs, in quorum Diœceſi

poſt

Digitized by Google

poſt illud tempus aliquandò permanſerint. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad celeb. Miſs.* §. *Clericis aliena.*

8 Etiam in Eccleſiis Regularium. *Prou. 3. tit. quæ pert. ad Miſs. cel.* §. *quod primo.*

LOCA PIA.

1 Qui gratis aluntur in locis pijs, ſi litteras norint, ſtatas de B. V. preces horarias quotidiè recitent. *Diœc. 4. decret. 43. & Prou. 4. tit. quæ ad pia loca* §. *qui piorum locorum.*

2 Si rudes ſint, earum vice, coronæ precationē adhibeant. *ibid. & Prou. 4. tit. quæ ad pia loc. ibid.*

3 Vt pro animabus illorū, qui ſubſidia pijs locis relinquunt orent, curatores locorum curent. *ibid.*

4 Idipſum præſtetur, vbicunq; eleemoſynarū diſtributio ſit. *ibid.*

5 Hoc etiam ſit Epiſcopo curæ. *ibid.*

6 Librum habeant, in quo deſcripta ſint legata omnia, & onera; cuius libri exemplum Notarij auctoritate munitū deferant in Archiuium Epiſcopale. *Viſit. Apoſt. tit. quæ pert. ad loca pia, & Prou. 4. vt ſup. idem præſtet de annuis impoſterum legatis. ibid.* §. *librum item.*

7 Tabella item ſit in loco affixa, in quo ſolent Deputati congregari, cum iiſdem oneribus, & legatis ſtrictim annotatis, menſium ordine ſeruato. *ibid.* §. *Tabellam item.*

8 Nullo modo admittatur, vt Adminiſtratores, vel eorum Procuratores, vel Rurales, vel eorū filij, vel propinqui, vel alius, qui ex illis pendeat, emphyteoſis, locationiſvè nomine conducat prędia, aut aliud, quod ad ſuam adminiſtrationem, procurationē vè pertineat. *Viſit. Apoſt. tit. quæ ad loc. pia.*

9 Qui contra fecerit, ſtatim ab ea adminiſtratione, vel procuratione amoueatur. *ibid. & Prou. 4.*

10 Liber ſeparatus habeatur in vnoquoquè capitulo fabricæ Eccleſiarum, & Piorum locorum; in quo, appoſito die, deſcribantur propoſitiones omnes, quæ in capitulo fiunt, & non obtinentur, vt conſtare poſſit de illarum reiectione. *ibid. tit. quæ ad pia loc.*

11 Decreta omnia, vel ordinationes, quæ fiunt in capitulo, exarentur in libro ad id confecto, eiſquè ſubſcribatur ab iis, quorum munus eſt, planè antè proximum futurum capitulum, in quo etiam Decreta illa recitentur. *ibid. Viſit. Apoſt. tit. vt ſupra, & Prouin. 4. ibid.*

12 Ho-

Digitized by Google

12 Hoſpitalia, loca peregrinorum, infirmorum, ſenum, pauperum, in commendam, aut titulum obtenta, Eccleſijs ſvè vnita, & quæcunquè loca pia, vbi ruinoſa, & diſiecta ſunt, reſtituantur, & reſarciantur ab ijs, qui illa obtinent. *Prou. 1. tit. de piorum locorum adminiſt. §. quę hoſpitalia.*

13 Occupata ab alijs, amiſſa, iniuſtè alienata, recuperentur.

14 Obeant ijdem officia, & onera impoſita. *ib. §. quæ ab alijs.*

15 Hoſpitalitatem reipſa ex illorum fructibus exerceant. *ib.*

16 Quæ à Conc. Vienn. & Trid. præſcribuntur, præſtent. *ibid.*

17 Qui moniti ab Ordinario hęc non præſtiterint, cenſuris cōpellantur, vel ab illorū locorum cura, & Adminiſtratione perpetuò amoueantur. *ibid. §. quod officium.*

18 Iiſdem nullo modo remittat fructus Epiſcopus, contra hoſpitalium inſtitutionem perceptos. *ibid.*

19 Adminiſtratores locorū piorum eſſe nequeāt, qui illis pecuniam debent. *ibid. §. Adminiſtratores.*

20 Siuè laici, ſiuè Eccleſiaſtici ſint adminiſtratores locorū piorum, quocunquè hi nomine appellentur, & qui præſentes ſunt adminiſtratores, intrà tres mēſes; qui verò deinceps admittētur, antequā ad adminiſtrationem accedant, iurent ſe acuratè, & fideliter munus ſuum executuros. §. *Adminiſtratores.*

21 Fructus pauperibus addicti, ex mēte teſtatoris veris pauperibus tantū diſtribuant. *ib.*

22 Qui, vel ad propriam vtilitatē eos cōuerterit, vel iniquè, aut inutilibus, ſuperuacaneis sūptibus diſtribuerit, ab Epiſcopo pro modo culpæ puniatur, ad debitam reſtitutionem compellatur, etiam, ſi expedierit, ab officio remoueatur. *ibid.*

23 Qui, nè rationem adminiſtrationis reddant, tribunal Epiſcopi declinare voluerint, Eccleſiaſticis pænis coerceantur. *ibid.*

24 Immobilia, & pretioſa, vendere, permutare, in Emphyteoſim dare, quocunq; modo alienare, niſi canonicè, & ex conſenſu Epiſcopi, non liceat Adminiſtratoribus. *ibid.*

25 Qui ſecùs fecerit, puniatur arbitrio Epiſcopi, contractus eorum nullus ſit, & irritus. *ib.*

26 Bona piorum locorū ab Adminiſtratoribus, nè locentur eorum arbitrio, ſed publicè locanda proponantur, omnibus facta conducendi poteſtate. *ibid. §. piorum locorum.*

27 Iis, nè locentur, qui iiſdem lo-

Digitized by Google

locis debent aliquid. *ibid.*

28 Conducentes bona eadem, dent fideiuſſorem, cum quo æquè, ac cum principali conductore agere de iure liceat; ſecùs irrita ſit, & nulla cõductio. *ibid.* §. *qui piorum.*

29 Parochi in ſuis parochijs, vbi sũt hęc pia loca, maximè vbi actu exercetur hoſpitalitas, inuigilent, an aliquid negligatur in eorum Adminiſtratione, & deferant ad Epiſcopum, qui negligentes in hoc Parochos puniat, *ibid.*

30 Adminiſtrator loci pij, ſtatim ac ipſe, vel per interpoſitã perſonam emerit, vel conconduxerit aliquid pij loci, amoueatur à munere adminiſtrationis, & inhabilis cenſeatur ad eiuſmodi munus, *Prou. 2. decr.* 19.

31 Præter montes pietatis, hoſpitalia, fabricæ ſodalitates, nè pecuniam vllã mutuò dent; ſecus adminiſtratores amoti ſint, & indigni cenſeantur per ſex annos adminiſtratione piorum locorũ, *ib, dec.* 20.

32 Præfectus verò illorum locorum, qui huic rei conſenſerit, excommunicationis pænam ſubeat. *ibid.*

33 Inuentarium conficiatur de rebus mobilibus, & immobilibus, & iuribus ad Eccleſiam, etiam quæ ſit Iuriſpatronatus laicorum, quauis ratione pertinentibus, & à laicis quouis nomine miniſtrantur. *Prou.4. tit. quæ ad pia loca.*

43 Tria exẽplaria fiant notarij teſtimonio munita, pro adminiſtratoribus, rectore Eccleſiæ, pro Archiuio Epiſcopi. *ibid.*

35 Pij loci origo, inſtitutum, titulus, & alia opportuna, in marmore, aut tabula ænea incidantur, & in illuſtri loco ponantur ad perpetuam rei memoriam. *ibid.*

36 Hoſpitalarius ſit vir fidelis, pius, innocens, ſedulus, charitate flagrans, teſtimonio proborum cõmendatus. *Pro. 5. tit. quæ ad ſcholas, confratrias &c.*

37 Nè à quoquã, aut in ingreſſu hoſpitalis, aut egreſſu, nè ſpõtè quidem oblatum accipiat, exigat, petat. *ibid.*

38 Nè cum mendicis aliquam turpis lucri pactionem pro ijs recipiendis ineat. *ibid.*

39 Curet, nè peregrini, aduenæ, pauperes hoſpitio recepti quid quam cõtra bonos mores admittant. *ibid.*

40 Dato ſingulis diebus, tũ mane, cùm veſperi paruæ campanæ ſigno, omnes curet aliquantis per ſimul orare. *ibid.*

41 Introducat Inſtitutionẽ Doctrinæ Chriſtianæ, qua certo tem-

temporis ſpatio erudiantur. *ibid.*

42 Pueros ab adoleſcẽtioribus, aut natu maioribus ſegreget nè ſimul cubent: item ſanos à morbo infectis. *ibid.*

43 Integra valetudine, nè triduo diutiùs in hoſpitali patiantur commorari, niſi aliud diſponat Inſtitutum loci. *ibid.*

44 Vbi paucis poſt diebus redire illos animaduerterit, inueſtiget, quò iter fecerint, an ſe peregrinos fingant, modò ad hoc, modo ad aliud hoſpitale diuertentes, de vrbe tamen verè non exeant, aut oppido, turpi quæſtui, aleis, multiſquè flagitijs operam dantes. *ib:*

45 In ædibus hoſpitalibus, quæ vnionis iure alij domui hoſpitali adiunctę sũt, vbi hoſpitalitas intermiſſa eſt, quamprimùm vt reſtituatur, curet Epiſcopus. *ibid.*

46 Liberatio Præfectis, nè fiat; niſi præſente, vel conſentiente Epiſcopo; aliàs ſit nulla. *Prou. 6. tit. quæ ad Confratrias.*

47 Quorumcunquè piorum locorũ adminiſtrationis rationes, exhibeantur quotannis Archiepiſcopo: A quo, & quęcunq; ſint pia loca, omnia viſitentur. *Viſit. Apoſt. tit. quæ pert. ad pia loca. §. Adminiſtrat.*

48 Adminiſtratores piorum locorũ ſeruent Conciliorũ prouincialium Decreta, de Iuramento præſtando, de bonis non alienãdis, de Inuentario omnium immobiliũ conficiendo, & quidquid maximè preſcribitur de eleemoſynarũ largitione, vt facilè conſtet Archiepiſcopo, omnia executioni mandata ad teſtatorũ voluntatem. *ibid.*

49 Procuratores piorum locorũ, nè diutiùs in procuratione perſeuerantes nimiùm illorum locorũ ſibi arrogent imperium, ſed ſi idonei ſint, ad alias prouincias transferãtur. *ibid. §. ipſi verò.*

50 Adminiſtrationis ſuæ rationem frequenter reddãt, & eis preſcribatur formula, expenſi, & accepti rationẽ facilè reddendi. *ibid. §. ſed omninò.*

51 Eleemoſynæ, quæ per capita, non veris pauperibus diſtribuuntur, inter ipſos pauperes tantummodò erogentur; niſi ſex mẽſium ſpatio probatum ſit Archiepiſcopo ita expreſſè à teſtatore fuiſſe cautum. *ibid. §. Eleemoſynæ.*

52 Compellat Epiſcopus Adminiſtratores piorum locorum ad onerum ſatisfactiones, nequè patiatur alienari eorum bona contrà præſcriptum Conſt. Pontif. & Concil. Prouinc. *Pro. 4. tit. quæ ad pia loc. §. Epiſcopus autem.*

53 Eſ-

53 Efficiat Epiſcopus, vt in pijs locis excipiantur, quos per facultates licet ex inſtituto teſtatorum; nequè recipiantur qui non debent ex miniſtrorum voluntate. *ibid. §. vbi vel fundationis.*

LVDI MAGISTRI.

1 Fidei, vitæ, doctrinæ, & ſcientiæ laude commendatos curent Princeps, & Magiſtratus in ſuæ ditionis loca inducere ludi magiſtros. *Prouin. 1. tit. de lud. mag. §. Principes.*

2 Litteras docturi non modo libros vetitos indice S. D. N. Pij IV. & Cōc. Trid. pueris nō interpretentur, aut legi patiantur, ſed neq; eos, qui obſcena, vel turpia contineant; quin, moribus Chriſtianis, & ſalutaribus pręceptis eos erudiant; cæteraq; officia cum ijs præſtent, quæ ſtatuit Leo. X. in Conc. Later. *ibid. §. Præcipimus, & tit. quæ ad fid. tuen. ſtud. per. §. quorum librorum.*

3 Qui deliquerit, pro delicti genere, plectatur. *ibid.*

4 Fidei profeſſionem præſtent, quocunquè nomine, aut modo ij doceant, cuiuſcunq; ſtatus, aut conditionis ſint, etiāſi gratis legant, interpretentur, repetant, aut alia quauis ratione doceant. *Prou. 1. tit. de profeſſ. fid. §. Epiſcopi.*

5 Horum mores, antequàm ad docendum accedant, probare debebunt Epiſcopi. *ibid. & Prou. 3. tit. quæ ad fid. tuend. ſtud. per. §. & quoniam.*

6 Obſcænorum librorū lectionem illis prohibeat Epiſcopus, & quidquid bonis moribus repugnat, aut impietatē inducat. *ibid. §. quorum librorū.*

7 Iubeat, Chriſtianæ religionis præcepta, & fidei rudimenta pueros ab eis doceri, ijs libris dumtaxat adhibitis, quos ille præſcripſerit; diebus feſtis alia rudimenta nō tradi. *ibid.*

8 Præſcribat Epiſcopus eiſdem, vt ſuæ ſcholæ adoleſcentes conducant, aut ſaltem iubeant, frequenter illos cōuenire ad ſacrum ſolemne Miſſæ cōuentualis, ad conciones, Veſperas, litterarum ſacrarū interpretationē, ſcholas Doctrinæ Chriſtianæ, aliaq; ſpiritualia officia. *ibid. §. illud etiam.*

9 Profana expoſituri, omnia ad rectam diſciplinā tradere ſtudeant, interponentes perpetuò in ſuis explicationibus ad Chriſtianam pietatem pertinentia. *Prou. 5. tit. quæ ad præd. verb. Dei, & Doct. Chriſtian. §. ſi quæ profana.*

10 Initio, & fine ſcholæ orationem habeant, ſacra apenſa in ſchola imagine. *ibid. §. quotidianas.*

Digitized by Google

11 Eorum vitam,& mores,quãquè tradunt Inſtitutionem obſeruent Epiſcopi, maximè eorum,qui domi educãt pueros pacta mercede. *Pro. 1. tit. quæ ad fid. tuen. ſtud.* §. *Hoc prætereà.* Idem prēſtent Vicarij Foranei in Diœceſi, Viſitatores in vrbe. *Diœc. 32. cap. 4.* §. *quoniam.*

12 Cum Epiſcopus eorum mores probat, nè illa probationis facultas litteris exarata diutiùs cuiquam ſuffragetur,quã per annum,biēnium, ad ſummum triennium. *Prou. 5. vt ſup.* §. *quo autem.*

13 Hanc verò, nè proroget, aut cõfirmet,eo tempore elapſo, niſi priùs denuò inquiſierit de illorum vita, & moribus, & vbi aliquam culpam compererit, eam culpam, aut negligentiam emendatam non cernat, *ibid.* §. *quo tempore.*

14 Approbatio ludimagiſtrorũ, gratis detur à Cancellario *Prouin. 5. tit. de Cancell.* Docendi verò facultas, ad annum tantùm detur, nec prorogetur,niſi habito teſtimonio de munere rectè geſto. Si quis ſinè vlla, aut legitima facultate, aut ea extincta docendi munus exercuerit, per annũ ſit ſuſpenſus ab eo munere exercendo, aut etiam aliter mulctabitur, habita ratione perſonæ, ſuperioris arbitrio. *Diœc. 32. cap. 4.* §. *cum autem.*

15 Viſitator in vrbe, & Vicarius Foranens in Diœceſi,quotannis hebdomada ſeptuageſimæ,de horum vitæ moribus, docendi ratione, alijſquè vt ſuprà prēſcriptis extraiudicialiter in ſua quiſquè regione,inquirat. *Diœc. 11. tit. Mon. exec. decret. quę ad fid. tuend. ſtud.* §. *Viſitator in vrbe.*

16 Quæ compererit, ea ſcripta mittat ad Archiep, hebdomada proximè præcedenti Quadrageſimam. *ibid.* §. *quæ autem.*

17 In his inueſtigationibus, notent præſertim, an obſeruent Decreta de illis conſtituta, *ibid.* §. *Atquè in his.*

18 Id omne ſeruetur de mulieribus,docendi munus exercentibus, præterquam in ſcholis Doctrinæ Chriſtianę;ſed accuratiùs, neq; palam. *ibid.* §. *ſi quæ item.*

19 Eorum ſcholæ frequentiùs quidem viſitentur à Vicario Foraneo, & Viſitatore. *ibid.* §. *earum prætereà.*

20 Parochus, Dominica prima Quadrageſimę quotannis denunciet, vt ludi magiſtri, & alij, qui docent, fidei profeſſionis præſtitæ teſtimonium, & probationis facultatē, quæ ſibi ad præſcriptum in trien-

nio

Digitized by Google

nio conceſſę ſunt cauſa docẽdi, antè Dominicam Palmarum ſibi exhibeant. *ib.* §. *ob eã.*

21 Qui nõ exhibuerint, tamdiù abſtineant à munere docendi, quoad exhibuerint. *ibid.*

22 Qui non paruerit, eius nomẽ ad Archiep. deferatur, cui nequè permittatur intereà, ſinè eiuſdem Archiep. conceſſu, tempore Paſchali miniſtrari Sacramenta. *ibid.* §. *qui verò.*

23 Viſitator in vrbe, & Vicarius Foraneus in Diœceſi, etiã Parochus in ſua Parochia inquirant diligẽter, ſi quis ludi magiſter, aut alius quicunq;, puerum, qui à locis hæreticis, aut hæreſis nomine ſuſpectis oriatur, in diſciplinam, vel litterarum, vel Italicę linguę, vel mercaturæ exercẽdæ cauſa ſuſceperit, & per litteras certiorem quã primùm menſis ſpacio Archiep. faciant, vt de pia, catholicaquè inſtitutione regulam accipiat. *ibid.* §. *Viſitator in vrbe.*

24 Parochorum quoq; munus erit obſeruare morum diſciplinam, & doctrinam ludi magiſtrorum, qui commorantur in eorũ Parochia, maximè ſi exteri ſint. *Diœc.* 32. *cap.* 4. §. *non ſolùm.*

25 Qui Clericalis Ordinis fuerint, adſcribãtur Eccleſiæ Parochiali, intra cuius fines profitẽtur, ac in ea Eccleſiaſticas functiones exerceant. *ibid.* §. *Cùm autèm.*

MAGICÆ ARTES.

1 PVniantur acritèr Magi, Malefici, Venefici, Diuinatores, Sortilegi, Coniectores, Arioli, Aſtrologi iudiciarij, & id generis homines. *Prou.* 1. *tit. de Magicis artib. &c.* §. *Magos.*

2 Animaduertant Epiſcopi ſeuerè eos, qui diuinatores, ſortilegos, & id generis homines de aliqua re conſuluerint, vel vt conſulerentur, cuiquè auctores, hortatoreſvè fuerint, vel eis fidem habuerint. *ibid.* §. *in eos etiam.*

3 Graui inſuper pœna afficiatur, qui annulos, vel aliud ad magicos, vel ſuperſtitioſos vſus fecerit, aut vendiderit. *ibid.* §. *ſi quis.*

4 Aſtrologi, qui ex Solis, Lunę, & aliorum Aſtrorum motu, figura, & aſpectu de hominũ actionibus, quæ a libero voluntatis arbitrio proficiſcuntur, certò aliquid euenturum affirmãt; grauibus pœnis plectantur. *ibid.* §. *Aſtrologi.*

5 Quæ pœnæ pertineant etiam ad eos, qui de huiuſmodi rebus ad eos detulerint. *ibid.*

6 Sumant & de ijs pænas Epiſco-

Digitized by Google

nunciet Epiſcopo, aut Inquiſit., ſequeſtri nomine detineat libros, donec alitèr à ſuperioribus iuſſum ſit. *ib.* §. *Ac ſi aut.*

30 Si quos ab Indice Trident. damnatos, illos comprehendi, aut ſponſione ſibi data, ab illis caueri curet, vt ad certũ diem in Inquiſitoris, aut Epiſcopi iudicio ſiſtant. *ibid.* §. *ſi quos.*

31 Theologi, Iuriſconſulti, Medici, profeſſores litterarũ, & omnes ſuppelectilem librorũ poſſidentes, indicem librorũ prohibitorũ apud ſe habeant. Contra non habẽtes ſeueriùs agetur ad formam regulæ Concil. Triden. nulla admiſſa excuſatione ignorationis. *Prou. 5. tit. quæ ad fid. tuend. ſtud. pert.* §. *librorum.*

32 Liber facultate debita impreſſus, antequàm euulgetur à recognitoribus conferatur, cum exemplari. *ibid.* §. *vt fraudi.*

33 Recognitus, & ſubſcriptus, detur Epiſcopo aſſeruandus certo loco in Archiuio. *ibid.* §. *qui liber.*

34 In grandiuſculis litteris, nè turpes exprimãtur Imagines.

35 Nequè profanam ſpeciem, aut obſcænam præſeferant, ſi hæ litteræ inſeruiant libris conſcriptis de rebus Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus. *ibid.* §. *nè litteras.*

36 Obſcæni libri interdicantur. *ibid.* §. *Epiſcopi.*

37 Liber ſemel impreſſus, nè iterùm imprimatur ſinè repetita à recognitoribus facultate, neq; euulgetur. *Prou. 6. tit. quæ ad fidem tuend. pert.* §. *nè liber.*

38 Mentito, fictovè nomine alterius auctoris, libros, volumina, litteras, ſcripta cuiuſuis generis argumenti, de quibus cauetur in Indice Cõc. Trid. euulgari, edi, imprimi, niſi de conſenſu eius, cuius nomine imprimẽtur, & Epiſcopi permiſſu, prohibetur. Delinquens pro grauitate criminis ab Epiſcopo puniatur. *ibid.* §. *moris olim.*

LITANIÆ.

1 Litaniæ Maiores, in feſto S. Marci habeantur ſolẽni ritu ad ſtatas Eccleſias in vrbe, & in Diœceſi ad eas, ad quas in litanijs minoribus conueniri ſolet. *Diæc. 2. decret. 3.*

2 Qui Sacerdotes die S. Marci extra portam Romanam nõnullis in Eccleſijs ſupplicationes quaſdam habere ſolebant, ijs abrogatis, ad has ſolemnes conueniant. *ibid.*

3 Die Dominico præcedenti moneatur populus, vt ad has litanias conueniat. *ibid.*

4 In

Digitized by Google

4 In Eccleſijs Parochialib. Dominico die proximè antecedenti ſacras ordinationes, litanias, aut intùs, aut extrà Eccleſiam, vt moris eſt, proſequente populo, obeant Parochi ad diuinam opem in ſacra ordinum functione implorandam. *Prou. 2. decret. 22.*

5 Eædem recitentur in expoſitione 40. horarũ ſtatis precibus. *Prou. 4. tit. quæ ad SS. Euch. ſacr. per. §. proceſſio.*

6 Singulis diebus manè in ſtatione communi à militibus dicantur. *Prou. 6. tit. de diſcip. Mil. §. vt ſingulis.*

7 Tempore etiã peſtis ab omnibus quotidiè domi, & foris certis locis, maximè verò in Eccleſijs. *Pro. 5 tit. Epiſc. ſoll. in orat. §. litaniarum.*

LITTERÆ Dimiſſoriæ.

1 In his, hæc fiant teſtata; vitæ probitas, doctrina per examẽ explorata, ordo, quo eſt proximè initiatus, natales, aut diſpenſatio, ſi qua eſt; Item ætas, titulus, cenſus ſufficiens beneficij, vel penſionis, vel patrimonij, ſi maiori ordini eſt adſcribendus. *Pro. 3. de his, quæ pert. ad ſacr. ordinis.*

2 Quicunquè Clericus has literas in hac forma exaratas nõ attulerit, nè ad ordinem quẽ petit, admittatur, ac ſi non haberet dimiſſoriales litteras. *ibid.*

3 Pro his litteris, tàm pro minoribus, quàm maioribus ordinibus recipiendis, pars aurei nummi tantùm à Cancellario accipiatur. Si tamen nullum ei ſalarium ſit conſtitutum, neque ad Epiſcopum ex notarij commodis aliquid emolumenti è litteris dimiſſorijs directè, vel indirectè peruenire poſſit: alioquin gratis dentur. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ ad Epiſc. for. pert.*

4 In ijſdem, nè facultas detur plures ordines ſuſcipiendi, quàm ij tantùm, qui per canones licent. *Prou. 5. tit. quæ pertin. ad ſacram. ord.*

5 Præſcribatur etiam tempus, quo finito, nullæ ſint dimiſſoriæ. *ibid.*

6 Tempus eſſe poterit, bimeſtre, vel menſtruum, prout loci diſtantia exiget. *ibid.*

7 Reddantur Cancellario litteræ dimiſſoriæ, vbi nil roboris habuerunt. *ibid.*

8 Nulli ſeculari, vel Regulari alienæ Diœceſis, tranſacto tẽpore in dimiſſorijs præfinito, conferat Epiſcopus nè primã quidem tonſuram virtute illarum litterarum. *ibid.*

9 Quæ de Epiſcopo impedito in ſua Diœceſi in cõcedendis

Digitized by Google

litteris dimiſſorialibus dicta ſunt in Conc. Prou. 3. *vt ſupra*, Intelliguntur etiam de Epiſcopo abſente. *Prou.* 5. *tit. de initiandis ordinis Sacram.*

10 Clericos abſentes à Diœceſi petentes dimiſſorias litteras, vocet ad ſe Epiſcopus examinis cauſa, ſeù id Epiſcopo ſpeciatim committat, in cuius Diœceſi ſunt ordinandi. Nè priùs tamen det litteras dimiſſorias, quàm à delegato Epiſcopo examinis facti, litteras acceperit. *ibid.*

11 Nè quis Prouinciæ Epiſcopus hominem Eccleſiaſticũ eiuſdem Prouinciæ recipiat, niſi à ſuo Ordinario dimiſſus per litteras dimiſſoriales exiſtat. *Prou.* 7. *tit. de Sacr. ordinibus.*

LITTERÆ Teſtimoniales.

1 Pro his, etiamſi plurium ordinum teſtificatio fiat, decima pars tantùm aurei nũmi poteſt accipi à Cancellario, niſi ſalarium ei ſit conſtitutum, vt ſup. tit. *litteræ dimiſs.* num. 3. *Prou.* 3. *tit. de his, quæ ad for. Epiſc. pert.*

2 Facultatem habens ſuſcipiẽdi ordines ab àlio, quàm ab Ordinario, antequam initietur, ab Ordinario ſuo habeat litteras obſignatas quibus teſtetur vitæ ſuæ mores, diſciplinam, probitatem. *Prou.* 5. *tit. de initiãd. ad ord. ſacr.* §. *licui.*

3 Eædem litteræ ordinum, quibus ſinguli in Diœceſi Clerici initiantur, in libro deſcribantur, & in Archiuio Epiſcopali aſſeruentur. *Prou.* 4. *tit. de beneſ. coll.* §. *itidem ſeruetur.*

4 Confeſſarij quoquè Regulares, licet alioqui ob peritiam idonei; nè tamen ad confeſſiones audiendas admittãtur, niſi à Præfecto Monaſterij teſtimoniales litteras ferant de vita, & moribus. *Prou.* 4. *tit. quæ pert. ad ſac. pæn.* §. *Confeſſionis.*

5 Nullus Sacerdos, aut Clericus peregrinationi ſe cõmittat, ſine litteris dimiſſorijs, & teſtimonialibus ab Epiſcopo acceptis. *Prou.* 4. *tit. de ſacr. pereg.* §. *nè quiſquam.*

6 In ijs exprimantur comites peregrinationis à Cancellario. *ibid.* §. *peregrinationis.*

7 Alienæ Diœceſis clericis, miſſam facere, nè permittat Epiſcopus, niſi teſtimoniales litteras ordinarij ſui duobus tãtùm menſibus antè, ſi in prouincia; ſi extra prouinciam in Italia, quatuor; ſex verò, ſi extra Italiam, datas; vel ſi eæ antiquiores ſint, afferant etiam ſecum ſcriptum teſtimoniũ de vita, & moribus ab ijs Ordinarijs, in quorum Diœceſi

poſt

Digitized by Google

poſt illud tempus aliquandò permanſerint. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad celeb. Miſs. §. Clericis aliena.*

8 Etiam in Eccleſiis Regularium. *Prou. 3. tit. quæ pert. ad Miſs. cel. §. quod primo.*

LOCA PIA.

1 Qui gratis aluntur in locis pijs, ſi litteras norint, ſtatas de B. V. preces horarias quotidiè recitent. *Diœc. 4. decret. 43. & Prou. 4. tit. quæ ad pia loca §. qui piorum locorum.*

2 Si rudes ſint, earum vice, coronæ precationē adhibeant. *ibid. & Prou. 4. tit. quæ ad pia loc. ibid.*

3 Vt pro animabus illorū, qui ſubſidia pijs locis relinquunt orent, curatores locorum curent. *ibid.*

4 Idipſum præſtetur, vbicunq; eleemoſynarū diſtributio fit. *ibid.*

5 Hoc etiam ſit Epiſcopo curæ. *ibid.*

6 Librum habeant, in quo deſcripta ſint legata omnia, & onera; cuius libri exemplum Notarij auctoritate munitū deferant in Archiuium Epiſcopale. *Viſit. Apoſt. tit. quæ pert. ad loca pia, & Prou. 4. vt ſup. idem præſtet de annuis impoſterum legatis. ibid. §. librum item.*

7 Tabella item ſit in loco affixa, in quo ſolent Deputati congregari, cum ijſdem oneribus, & legatis ſtrictim annotatis, menſium ordine ſeruato. *ibid. §. Tabellam item.*

8 Nullo modo admittatur, vt Adminiſtratores, vel eorum Procuratores, vel Rurales, vel eorū filij, vel propinqui, vel alius, qui ex illis pendeat, emphyteoſis, locationiſvè nomine conducat prędia, aut aliud, quod ad ſuam adminiſtrationem, procurationē vè pertineat. *Viſit. Apoſt. tit. quæ ad loc. pia.*

9 Qui contra fecerit, ſtatim ab ea adminiſtratione, vel procuratione amoueatur. *ibid. & Prou. 4.*

10 Liber ſeparatus habeatur in vnoquoquè capitulo fabricæ Eccleſiarum, & Piorum locorum; in quo, appoſito die, deſcribantur propoſitiones omnes, quæ in capitulo fiunt, & non obtinentur, vt conſtare poſſit de illarum reiectione. *ibid. tit. quæ ad pia loc.*

11 Decreta omnia, vel ordinationes, quæ fiunt in capitulo, exarentur in libro ad id confecto, eiſquè ſubſcribatur ab iis, quorum munus eſt, planè antè proximum futurum capitulum, in quo etiam Decreta illa recitentur. *ibid. Viſit. Apoſt. tit. vt ſupra, & Prouin. 4. ibid.*

12 Ho-

12 Hoſpitalia, loca peregrinorum, infirmorum, ſenum, pauperum, in commendam, aut titulum obtenta, Eccleſijſvè vnita, & quæcunquè loca pia, vbi ruinoſa, & diſiecta ſunt, reſtituantur, & reſarciantur ab ijs, qui illa obtinent. *Prou. 1. tit. de piorum locorum adminiſt. §. quę hoſpitalia.*

13 Occupata ab alijs, amiſſa, iniuſtè alienata, recuperentur.

14 Obeant ijdem officia, & onera impoſita. *ib. §. quæ ab alijs.*

15 Hoſpitalitatem reipſa ex illorum fructibus exerceant. *ib.*

16 Quæ à Conc. Vienn. & Trid. præſcribuntur, præſtent. *ibid.*

17 Qui moniti ab Ordinario hęc non præſtiterint, cenſuris cōpellantur, vel ab illorū locorum cura, & Adminiſtratione perpetuò amoueantur. *ibid. §. quod officium.*

18 Iiſdem nullo modo remittat fructus Epiſcopus, contra hoſpitalium inſtitutionem perceptos. *ibid.*

19 Adminiſtratores locorū piorum eſſe nequeāt, qui illis pecuniam debent. *ibid. §. Adminiſtratores.*

20 Siuè laici, ſiuè Eccleſiaſtici ſint adminiſtratores locorū piorum, quocunquè hi nomine appellentur, & qui præſentes ſunt adminiſtratores, intrà tres mēſes; qui verò deinceps admittētur, antequā ad adminiſtrationem accedant, iurent ſe acuratè, & fideliter munus ſuum executuros. §. *Adminiſtratores.*

21 Fructus pauperibus addicti, ex mēte teſtatoris veris pauperibus tantū diſtribuant. *ib.*

22 Qui, vel ad propriam vtilitatē eos cōuerterit, vel iniquè, aut inutilibus, ſuperuacaneis sūptibus diſtribuerit, ab Epiſcopo pro modo culpæ puniatur, ad debitam reſtitutionem compellatur, etiam, ſi expedierit, ab officio remoueatur. *ibid.*

23 Qui, nè rationem adminiſtrationis reddant, tribunal Epiſcopi declinare voluerint, Eccleſiaſticis pænis coerceantur. *ibid.*

24 Immobilia, & pretioſa, vendere, permutare, in Emphyteoſim dare, quocunq; modo alienare, niſi canonicè, & ex conſenſu Epiſcopi, non liceat Adminiſtratoribus. *ibid.*

25 Qui ſecùs fecerit, puniatur arbitrio Epiſcopi, contractus eorum nullus ſit, & irritus. *ib.*

26 Bona piorum locorū ab Adminiſtratoribus, nè locentur eorum arbitrio, ſed publicè locanda proponantur, omnibus facta conducendi poteſtate. *ibid. §. piorum locorum.*

27 Iis, nè locentur, qui iiſdem lo-

locis debent aliquid. *ibid.*

28 Conducentes bona eadem, dent fideiuſſorem, cum quo æquè, ac cum principali conductore agere de iure liceat; ſecùs irrita ſit, & nulla cōductio. *ibid.* §. *qui piorum*.

29 Parochi in ſuis parochijs, vbi sūt hęc pia loca, maximè vbi actu exercetur hoſpitalitas, inuigilent, an aliquid negligatur in eorum Adminiſtratione, & deferant ad Epiſcopum, qui negligentes in hoc Parochos puniat, *ibid.*

30 Adminiſtrator loci pij, ſtatim ac ipſe, vel per interpoſitā perſonam emerit, vel conduxerit aliquid pij loci, amoueatur à munere adminiſtrationis, & inhabilis cenſeatur ad eiuſmodi munus, *Prou. 2. decr.* 19.

31 Præter montes pietatis, hoſpitalia, fabricæ ſodalitates, nè pecuniam vllā mutuò dent; ſecus adminiſtratores amoti ſint, & indigni cenſeantur per ſex annos adminiſtratione piorum locorū. *ib, dec.* 20.

32 Præfectus verò illorum locorum, qui huic rei conſenſerit, excommunicationis pænam ſubeat. *ibid.*

33 Inuentarium conficiatur de rebus mobilibus, & immobilibus, & iuribus ad Eccleſiam, etiam quæ ſit Iuriſpatronatus laicorum, quauis ratione pertinentibus, & à laicis quouis nomine miniſtrantur. *Prou.4. tit. quæ ad pia loca*.

34 Tria exēplaria fiant notarij teſtimonio munita, pro adminiſtratoribus, rectore Eccleſiæ, pro Archiuio Epiſcopi. *ibid.*

35 Pij loci origo, inſtitutum, titulus, & alia opportuna, in marmore, aut tabula ænea incidantur, & in illuſtri loco ponantur ad perpetuam rei memoriam. *ibid.*

36 Hoſpitalarius ſit vir fidelis, pius, innocens, ſedulus, charitate flagrans, teſtimonio proborum cōmendatus. *Pro. 5. tit. quæ ad ſcholas, confratrias &c.*

37 Nè à quoquā, aut in ingreſſu hoſpitalis, aut egreſſu, nè ſpōtè quidem oblatum accipiat, exigat, petat. *ibid.*

38 Nè cum mendicis aliquam turpis lucri pactionem pro ijs recipiendis ineat. *ibid.*

39 Curet, nè peregrini, aduenæ, pauperes hoſpitio recepti quid quam cōtra bonos mores admittant. *ibid.*

40 Dato ſingulis diebus, tū mane, cùm veſperi paruæ campanæ ſigno, omnes curet aliquantis per ſimul orare. *ibid.*

41 Introducat Inſtitutionē Doctrinæ Chriſtianæ, qua certo tem-

temporis ſpatio erudiantur. *ibid.*

42 Pueros ab adoleſcẽtioribus, aut natu maioribus ſegreget nè ſimul cubent:item ſanos à morbo infectis.*ibid.*

43 Integra valetudine,nè triduo diutiùs in hoſpitali patiantur commorari, niſi aliud diſponat Inſtitutum loci. *ibid.*

44 Vbi paucis poſt diebus redire illos animaduerterit, inueſtiget,quò iter fecerint, an ſe peregrinos fingant, modò ad hoc,modo ad aliud hoſpitale diuertentes, de vrbe tamen verè non exeant, aut oppido, turpi quæſtui,aleis,multiſquè flagitijs operam dantes. *ib:*

45 In ædibus hoſpitalibus, quæ vnionis iure alij domui hoſpitali adiunctę sũt, vbi hoſpitalitas intermiſſa eſt, quamprimùm vt reſtituatur, curet Epiſcopus. *ibid.*

46 Liberatio Præfectis, nè fiat, niſi præſente,vel conſentiente Epiſcopo; aliàs ſit nulla. *Prou. 6. tit. quæ ad Confratrias.*

47 Quorumcunquè piorum locorũ adminiſtrationis rationes, exhibeantur quotannis Archiepiſcopo: A quo, & quęcunq;ſint pia loca,omnia viſitentur. *Viſit. Apoſt. tit. quæ pert. ad pia loca. §. Adminiſtrat.*

48 Adminiſtratores piorum locorũ ſeruent Conciliorũ prouincialium Decreta, de Iuramento præſtando, de bonis non alienãdis, de Inuentario omnium immobiliũ conficiendo, & quidquid maximè pręſcribitur de eleemoſynarũ largitione, vt facilè conſtet Archiepiſcopo, omnia executioni mandata ad teſtatorũ voluntatem. *ibid.*

49 Procuratores piorum locorũ, nè diutiùs in procuratione perſeuerantes nimiùm illorum locorũ ſibi arrogent imperium, ſed ſi idonei ſint, ad alias prouincias transferãtur. *ibid. §. ipſi verò.*

50 Adminiſtrationis ſuæ rationem frequenter reddãt, & eis pręſcribatur formula,expenſi, & accepti rationẽ facilè reddendi. *ibid. §. ſed omninò.*

51 Eleemoſynæ,quæ per capita, non veris pauperibus diſtribuuntur, inter ipſos pauperes tantummodò erogentur; niſi ſex mẽſium ſpatio probatum ſit Archiepiſcopo ita expreſsè à teſtatore fuiſſe cautum. *ibid. §. Eleemoſynæ.*

52 Compellat Epiſcopus Adminiſtratores piorum locorum ad onerum ſatisfactiones, nequè patiatur alienari eorum bona contrà præſcriptum Conſt.Pontif. & Concil. Prouinc.*Pro.4. tit. quæ ad pia loc. §. Epiſcopus autem.*

53 Eſ-

Digitized by Google

53 Efficiat Epiſcopus, vt in pijs locis excipiantur, quos per facultates licet ex inſtituto teſtatorum; nequè recipiantur qui non debent ex miniſtrorum voluntate. *ibid.* §. *vbi vel fundationis.*

LVDI MAGISTRI.

1 Fidei, vitæ, doctrinæ, & ſcientiæ laude commendatos curent Princeps, & Magiſtratus in ſuæ ditionis loca inducere ludi magiſtros. *Prouin.* 1. *tit. de lud. mag.* §. *Principes.*

2 Litteras docturi non modo libros vetitos indice S. D. N. Pij IV. & Cōc. Trid. pueris nō interpretentur, aut legi patiantur, ſed neq; eos, qui obſcena, vel turpia contineant; quin, moribus Chriſtianis, & ſalutaribus pręceptis eos erudiant; cæteraq; officia cum ijs præſtent, quæ ſtatuit Leo. X. in Conc. Later. *ibid.* §. *Præcipimus*, *& tit. quæ ad fid. tuen. ſtud. per.* §. *quorum librorum.*

3 Qui deliquerit, pro delicti genere, plectatur. *ibid.*

4 Fidei profeſſionem præſtent, quocunquè nomine, aut modo ij doceant, cuiuſcunq; ſtatus, aut conditionis ſint, etiāſi gratis legant, interpretentur, repetant, aut alia quauis ratione doceant. *Prou.* 1. *tit. de profeſſ. fid.* §. *Epiſcopi.*

5 Horum mores, antequàm ad docendum accedant, probare debebunt Epiſcopi. *ibid. & Prou.* 3. *tit. quæ ad fid. tuend. ſtud. per.* §. *& quoniam.*

6 Obſcænorum librorū lectionem illis prohibeat Epiſcopus, & quidquid bonis moribus repugnat, aut impietatē inducat. *ibid.* §. *quorum librorū.*

7 Iubeat, Chriſtianæ religionis præcepta, & fidei rudimenta, pueros ab eis doceri, ijs libris dumtaxat adhibitis, quos ille præſcripſerit; diebus feſtis alia rudimenta nō tradi. *ibid.*

8 Præſcribat Epiſcopus eiſdem, vt ſuæ ſcholæ adoleſcentes conducant, aut ſaltem iubeant, frequenter illos cōuenire ad ſacrum ſolemne Miſſæ cōuentualis, ad conciones, Veſperas, litterarum ſacrarū interpretationē, ſcholas Doctrinæ Chriſtianæ, aliaq; ſpiritualia officia. *ibid.* §. *illud etiam.*

9 Profana expoſituri, omnia ad rectam diſciplinā tradere ſtudeant, interponentes perpetuò in ſuis explicationibus ad Chriſtianam pietatem pertinentia. *Prou.* 5. *tit. quæ ad præd. verb. Dei, & Doct. Chriſtian.* §. *ſi quæ profana.*

10 Initio, & fine ſcholæ orationem habeant, ſacra apenſa in ſchola imagine. *ibid.* §. *quotidianas.*

Digitized by Google

nio conceſſę ſunt cauſa docẽdi, antè Dominicam Palmarum ſibi exhibeant. *ib.* §. *ob eã.*

21 Qui nõ exhibuerint, tamdiù abſtineant à munere docendi, quoad exhibuerint. *ibid.*

22 Qui non paruerit, eius nomẽ ad Archiep. deferatur, cui nequè permittatur intereà, ſinè eiuſdem Archiep. conceſſu, tempore Paſchali miniſtrari Sacramenta. *ibid.* §. *qui verò.*

23 Viſitator in vrbe, & Vicarius Foraneus in Diæceſi, etiã Parochus in ſua Parochia inquirant diligẽter, ſi quis ludi magiſter, aut alius quicunq;, puerum, qui à locis hæreticis, aut hæreſis nomine ſuſpectis oriatur, in diſciplinam, vel litterarum, vel Italicę linguę, vel mercaturæ exercẽdæ cauſa ſuſceperit, & per litteras certiorem quã primùm menſis ſpacio Archiep. faciant, vt de pia, catholicaquè inſtitutione regulam accipiat. *ibid.* §. *Viſitator in vrbe.*

24 Parochorum quoq; munus erit obſeruare morum diſciplinam, & doctrinam ludi magiſtrorum, qui commorantur in eorũ Parochia, maximè ſi exteri ſint. *Diac.* 32. *cap.* 4. §. *non ſolùm.*

25 Qui Clericalis Ordinis fuerint, adſcribãtur Eccleſiæ Parochiali, intra cuius fines profitẽtur, ac in ea Eccleſiaſticas functiones exerceant. *ibid.* §. *Cùm autèm.*

MAGICÆ ARTES.

1 PVniantur acritèr Magi, Malefici, Venefici, Diuinatores, Sortilegi, Coniectores, Arioli, Aſtrologi iudiciarij, & id generis homines. *Prou.* 1. *tit. de Magicis artib. &c.* §. *Magos.*

2 Animaduertant Epiſcopi ſeuerè eos, qui diuinatores, ſortilegos, & id generis homines de aliqua re conſuluerint, vel vt conſulerentur, cuiquè auctores, hortatoreſvè fuerint, vel eis fidem habuerint. *ibid.* §. *in eos etiam.*

3 Graui inſuper pœna afficiatur, qui annulos, vel aliud ad magicos, vel ſuperſtitioſos vſus fecerit, aut vendiderit. *ibid.* §. *ſi quis.*

4 Aſtrologi, qui ex Solis, Lunę, & aliorum Aſtrorum motu, figura, & aſpectu de hominũ actionibus, quæ a libero voluntatis arbitrio proficiſcuntur, certò aliquid euenturum affirmãt; grauibus pœnis plectantur. *ibid.* §. *Aſtrologi.*

5 Quæ pœnæ pertineant etiam ad eos, qui de huiuſmodi rebus ad eos detulerint. *ibid.*

6 Sumant & de ijs pænas Epiſco-

Digitized by Google

ſcopi, qui in itineris ſuſceptione, aut cuiuſuis rei inſtitutione, vel progreſſione, dies, tempora, & momenta obſeruantes, quadrupedum voces, auium garritum, aut volatum notantes, ex occurſu etiam hominum, vel pecudum, ſuſcipiendi operis felicitatem augurantur. *ibid.§. deniquè.*

7 Si quod ſuperſtitionum genus ſerpat, Parochi in ſua Parochia valdè notent, idq; ſēper antè proximam Synodū tempore, quo Epiſcopus præſtituerit, ad illum in ſcriptis deferant pro ſalutari remedio. *Prou.* 4. *tit. de ſuperſt.* §. *quarè Parochi.*

8 Perquirant de hoc Quadrageſimæ tempore, & ſi quæ cōpererint, in capita diſtincta notent, Viſitatori in Ciuitate, Vicarioquè Foraneo in Diæceſi tradant; qui antequā dies Synodi aduenìat, ea in ſcriptum relata Archiep. exhibeant. *Diaceſ.* 11. *tit. Mon. exec. Decret. quæ ad dies feſt. & ſac. temp.* §. *Parochi quadrag.*

9 Confeſſarij idipſum animaduertant in pœnitentibus, maximè, ſi ij adhibeant ad valetudinem, vel vulnerum medelam aliquid, quod non à medica arte, & cognitione, ſed à ſuperſtitione proficiſcatur: tùm ſi loca, tempora, aut quid huiuſmodi vana ſuperſtitione obſeruent, & delinquentes corrigant, & à tanto errore cogant auertere. *ibid.* §. *Confeſſarij.*

10 Suſpecti Magiæ, aut ſuperſtitionis nomine, inquirantur à teſtibus Synodalibus. *Prou.* 4. *tit. de teſtib. Synod.* §. *An in populo.*

11 Eorumdē indicem exhibeant parochi in viſitatione. *ibid. tit. de Viſit.* §. *ſuperſtitione.*

12 Delinquentes in hoc genere, ſolùm ab Epiſcopo abſoluātur. *Prouin.* 1. *tit. quæ pert. ad ſacr. pœn.* §. *qui ad magicas.*

13 Superſtitionis cauſa caueatur, quominùs ſimplices homines apud mortuum in feretro, aut in eius manibus aliquid ponant, aut aliud committant, quod ſuperſtitionis ſpeciem præſeferat, ſuſpicionemvè ingerat. *Prouin.* 4. *tit. de funer. & exeq.* §. *cautio.*

14 Faſcinantes, & venefici, qui hac nefanda arte vſi fuerint ad dirimenda, vel impedienda matrimonia, excommunicationis latæ ſententię vinculo ſint adſtricti. *Pr.* 5. *tit. quæ ad matrim.* §. *Itaquè, vt à tanto.*

15 Eandem pœnā ſubeant vtentes in illis ſoluendis, verbis improbatis, ſuperſtitioſis, & ab Epiſcopo non probatis, *ibid.* §. *quam ipſam.*

16 Qui

16 Qui in hoc genere, mandarint, ſuaſerint, conſenſerint, eadem pœna afficiantur, *ibid.* §. *quo etiam.* Vide. V. *Veneficia.*

MAGISTER CANTVS.

1 Inſtituatur, vbi cōmodè poterit, præbenda magiſtri cantus Eccleſiaſtici, præſertim in Collegiatis inſignibus. *Diœc.* 11. *tit. Monit. exec. decret. quę ad Sacram. &c.*

2 Optioni, nè ſubiaceat. *ibid.*

3 Onus illius eſt, muſicā ſemel ſingulis diebus clericos, & pauperes clericos, adoleſcenteſvè laicos, indice Archiepiſcopali deſcriptos docere, aliaq; præſtare, iudicio, & arbitrio Archiepiſcopali. *ibid.*

MANSIONARII.

1 Duo ex ijs in ſingulas hebdomadas deligantur, idquè in orbem fiat, niſi alia ſit cōſuetudo. *Prou.* 1. *tit. de offic. manſionarij.*

2 Horum alter officium ordiatur, & perficiat ſtans in medio choro, vel ad lectorile ab ea parte, vbi is fuerit: Miſſam etiā in ſemiduplicibus canat, niſi alij incūbat hoc munus. *ibid.*

3 Alter Pſalmorum tonum, & antiphonarū inſtituat; & vbi antiphonæ legendæ ſint, ipſe tantum, vel alius eas legat. *ibid.*

4 Diebus feſtis in decantandis antiphonis voce præeat alijs, & cantanda, vel legenda indicet. *ibid.*

5 Is, antequàm inchoetur officium, libros præparet, Miſſā, Pſalmos, & alia inueniat. *ibid.*

6 Manſionarij, cùm opportuerit, ad lectorile accedant, vt Antiphonas, & alia canant. *ibid.*

7 Solemnibus feſtis diebus, & quoties opus erit, pluuialia induant; niſi alij huic officio addicti ſint. *ibid.*

8 In ſuo munere contumaces, pro modo culpę iudicio eius, qui Choro præſſit, diſtributionibus careant. *ibid.*

9 Si muneri ſuo defuerint, illius horæ, in qua non ſatisfecerint, diſtributione priuentur, & alij eorum partes, arbitrio Præfecti chori, ſuſcipiāt. *ibid.*

10 Liberentur ab ijs oneribus, quibus ad chori vtilitatem leuandi videbuntur, nequè celebrent Miſſam paruā tempore diuinorum officiorum, ſinè neceſſitate Eccleſiæ. *ib.*

11 Honeſtum ſtipendium eiſdē conſtituatur. *ibid.* quòd ſi illis etiam dantur diſtributiones; eodem tempore, quo Canonici, pro officij, & laboris modo eas percipiant. *ibid.*

12 Cooptandus Manſionarius à ca-

Digitized by Google

à capitulo canonicorum probetur.

13 Huius probationi poſſint intereſſe quatuor, vel plures eiuſdem Ordinis miniſtri, à præfecto Capituli peritiores delecti, quorum de illis cooptandis ſententiam Capituli præfectus rogabit: tùm, illis remotis, de approbatione, aut reiectione decernat ſecretis ſuffragijs Capitulum. *Prou. 4. tit. de diſtributionib.*

14 Primus poſt Epiſcopum, aut primam dignitatem obtinẽs in Collegiata, ab Epiſcopo ſolùm aut Vicario eius, cum conſilio præfecti chori, & vno canonico ex Capitulo illius Eccleſiæ, vbi dignitatem habet, & alijs peritis arbitrio Epiſcopi conuocatis, examinentur, & probentur: modò antiqua conſuetudo, & probata hos etiã à capitulo examinandi, aliud non decernat. *ibid.*

15 Si alitèr fiat cooptatio quam ſupra præſcriptum fuerit, ſit irrita. *ibid.*

16 In probationis examine habeatur ratio Eccleſiæ, magis vel minùs inſignis: non tam ars, & exercitatio, quàm natura, qua poſſit aliquo ſaltem modo obire ſua munera, ſpectetur. *ibid.*

17 Exercitatum ſe prębeat cooptandus, in ijs generibus modulationum, quæ frequentiora ſunt: quæ raró incidunt, ſit aptus præſtare, ſed congruo temporis ſpatio dato ad eius generis rationem præuidendam. *ibid.*

18 Quibus vniuerſæ chori pſalmodię onus ſuſtinendum eſt, non mediocris peritia, & artis cognitio in his ſpectanda; mitiùs ſi hoc non incumbat illis onus. *ibid.*

19 In Chori magiſtro perfecta ars, & peritia ſpectetur. Vocis item, & naturæ adiumentorum par ratio. *ibid.*

20 Qui timore minùs aptus iudicatur à Præfecto Chori, nè reijciatur, ſed intrà dies octo alia vice probetur. Qui iniuria ſe repulſos putabunt, aut vltrà dies octo protracti erũt, confugiant ad Epiſcopum, qui habitis de eo examine quæſtionibus, ſi iniuſtè repulſos eos inueniat, cogat Capitulum ad eos recipiendos. *ib. & Prou. 2. decr. 3. §. quòd ſi.*

MATRIMONII Denunciationes.

1 Nè fiant, antequàm ij conſẽtiant, quorum matrimonium denunciandum eſt, & ipſimet interrogentur à Parocho. *Pr. 3. tit. de ijs, quæ ad Matrim. Sacr. pert. §. Matrimonij Diac. 3. Decr. 31.*

2 Ne-

2 Nequè ſi alij eorum nomine petant, etiamſi illorum parẽtes ſint, aut illorum curam gerant. *ibid. Diæç. 3. decr. 31.*

3 Qui in diuerſis Parochijs habitant, ab vtroq; Parocho exquiratur conſenſus eorum. *Diæc. 3. ibid. & Prou. 3. ibid.*

4 Nequè alter Parochus denũtiet, niſi ab altero edoctus de conſenſu illius, qui alterius eſt curæ ſubiectus. *ibid.*

5 Interrogentur ſeparatìm, & fœmina in loco honeſto, & in propinquorum conſpectu, ità tamen, vt illa liberè voluntatem ſuam exprimere audeat. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad matr.*

6 Denunciationes fieri poſſunt etiam in feſtis de vniuerſali Ciuitatis noſtræ conſuetudine. *Diæc. 3. decr. 32.*

7 Incolæ extrà fines Parochiæ contracturo, nè detur in ſcriptis fides denuntiationis, donec omnes abſolutę ſint. *Diæc. 3. decr. 33.*

8 Fiant denũtiationes in ijs diebus feſtis, qui præcepto Eccleſię ſeruãtur, media ea Miſſa, ad quam frequentior populus cõuenire ſolęt. *Pr. 1. tit. quæ ad ſacr. matr. pert.*

9 Si Parochus denunciationes matrimonij ſinè cauſa procraſtinet, iudicio Epiſcopi decernenda plectatur pæna. *ibid.*

10 Si in hæreticorum finibus, vel locis finitimis ſint contrahenda matrimonia, nè faciant Parochi ſecundam denuntiationem, nequè fidem ad ea loca denunciationũ mittant, vbi eſt ineundum, niſi prius Epiſcopo rem totam denunciarint, & ab eo quid agendũ ſit dignouerint. *Prouin. 2. decret. 25.*

11 Epiſcopus, nè facultatem denunciationes omittendi, aut alias faciendi concedat, ne prius cognouerit de fide illius hominis, qui ea loca incolit, aut certò ſciat matrimonium non contrahi cum hæreticis. *ibid.*

12 Idem fiat de vagabundis hominibus, quibus etiam nõ det Epiſcopus facultatem matrimonium contrahendi priuſquàm ſolutos eſſe norit, & nõ alienos à cattolica communione. *ibid. decr. 26.*

13 Tum iſtorum fiant denuntiationes, cum vir, & mulier, vel eorum parentes, vel qui puellæ curam habent id poſtularint. Et ſi habitant in diuerſis Parochijs, ab vtroquè parocho illorũ, tùm in vnius, cũ in alterius Parochia fiant denuntiationes. *ibid.*

14 Inconſulto Epiſcopo, nè remittantur denunciationes. *ib.*

15 Qui falſum detulerit impedi-

dimentum malitioſè, præter alias iuris pęnas, excõmunicetur. *Prou. 3. tit de ijs, quæ ad ſac. matr. pert. §. qui falſum.*

16 Si denunciationes remittunter ab Epiſcopo, ſaltem antè cõsũmationem Matrimonij fiant, & omninò vna. Has tamen Epiſcopus nè facile remittat. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad matrim.*

17 Facturus denunciationes, exquirat priùs, tùm à mari, cum à fœmina, an placeat eas fieri. *ibid.*

18 Caueat, tamen nè, dum conſenſum denũciationũ ſumit. non ſumat matrimonij, aut ſponſalium conſenſum. *ibid.*

19 Cum veriſimilis ſuſpicio eſt matrimoniũ impediri poſſe malitiosè, & hoc iudicio Epiſcopi, ob hanc, & non ob aliã cauſam denũciationes remittat Epiſcopus. *Prou. 5. tit. quæ ad matrim. pert.*

20 Quòd inſtet Aduentus, aut Quadrageſimæ tempus, non eſt cauſa neceſſaria remittendi denunciationes. *ibid.*

21 Quandò verò remittuntur, à ſolo Epiſcopo, cum præſens eſt in vrbe, vel Diæceſi, & nõ à Vicario Generali id fiat. *ib.*

22 Factis denunciationibus, ſi matrimoniũ intra duos menſes non contrahitur, antequàm celebretur, iterùm fiant denunciationes, modò aliter nõ concedat Epiſcopus *ibid.*

23 Abſolutis verò omnibus denunciationibus, ſi abſquè legitima cauſa intrà menſẽ nõ contrahitur matrimoniũ, nè Parochus iungat ſponſos matrimonio, antequàm iterum ſint factę denũciationes. *Diæc. 3. decret. 32. §. omnibus.*

24 Moneat Parochus denunciaturus publicè ter matrimoniũ, vt ad illud ſpõſi ſe præparent, ieiunijs, orationibus: eo celebrato, benedicãtur à proprio Parocho, & orationi vacent, triduòquè pro reuerentia abſtineant. *ibid.*

25 Caueant Parochi, nè aſſiſtãt ſponſalibus, nec conſenſum recipiant pro denunciationibus futuri matrimonij, nec prẹmittant denunciationes, niſi cõtrahentes certò ſciant eſſe ſolutos, maximè ſi alias ſciant eos cõiugatos, aut alienæ Dięceſis eſſe. *Diæceſ. 32. cap. 12.*

26 Recipiant priùs ab ijs, qui cõiugati fuerunt, probationes legitimas recognitas, in Trib. Archiep., mortis primi cõiugis, & teſtimonium ſui Ordinarij, eos eſſe ſolutos, nec vllũ obſtare ad matrimoniũ contrahendum impedimentum. *ibid.*

27 Si

27 Si quos in ſua Parochia ſub ſpecie matrimonij ſinè opportunis probationibus, maximè ſub prætextu futuri, cohabitare quoquomodo, aut aliqua mala ſuſpicione familiariter ſimul viuere compererit, eos moneat. Contumaces ad Eccleſiaſticum Tribunal deferat. *ibid.*

28 Si quod impedimentum poſt factas denunciationes detegatur, ſiuè verum, ſiuè fictum, ſiuè doloſè obiectum, aut dubium, referatur ad Epiſcopũ, nec ad vlteriores denunciationes, ſi quæ ſuperſunt, aut ad matrimonij celebrationẽ procedatur. *Prou.7. tit. de ſacr. Matrim.* §. *ſi quòd.*

29 Eo die, quo poſtrema fiet matrimonij denunciatio, nè celebretur Matrimoniũ, niſi is ſit nouiſſimus dies antè Quadrageſimæ, aut Aduent. initium. *Diæc.3. decret.32.* §. *eo autem die.*

30 Et antecedente monitione, quod eodem die matrimonium eſt contrahendũ. *Pro.3. tit. quæ ad Sacr. matr.* §. *ſi Paroch.*

MATRIMONII celebratio.

V. Parochus. V. Excõm. V. Abſolutio.

1 Manè celebretur, non à prandio. *Prou.3. tit. de ijs, quæ ad matrim.* §. *matrimonium.*

2 Qui matrimonium per verba de præſenti ſinè Parocho, & teſtibus contraxit, licet neq; vim ſponſalium habeat; poſſint tamen hi adhibitis Conc. Triden. conditionibus denuò matrimonium contrahere; modò intra Parochiæ fines, coram Parocho, & teſtibus contrahatur. *Prou.6. tit. quæ ad matr. pert.* §. *quòd concilio.*

3 Seorsìm moneat ſponſos antequàm matrimoniũ in Eccleſia denunciet Parochus, an aliquod impedimentum obſtet, & inſuper interroget,

An alteri promiſerint, aut ſpoſponderint iureiurando,

An ediderint votum caſtitatis, vel religionis,

An inter eos ſit, affinitatis, cognationis, etiam ſpiritualis, gradus à Conc. Trid. prohibitus.

4 Si verò ſint filij familias, eos hortetur, vt nè inſcijs eorum parentibus rem tantam præſtent. *ib.* §. *Matrimonium &c.*

5 Nè impediantur à Parocho quominùs inter ſe contrahere matrimoniũ poſſint quarto, & quinto affinitatis, aut conſanguinitatis gradu coniuncti. *Prou. 5. tit. quæ ad Matrim.* §. *qui quarto.*

6 In diſpenſationibus, dotis nõ competentis cauſa, conceſſis, ſi modò eo loci, vbi mulier, de cuius matrimonio agitur,

habitat, virum æquali conditione non inueniri verè conſtet, qui ſibi non ſit coniunctus cognationis, vel affinitatis gradu, progrediatur Epiſcopus ad concedendam eã diſpenſationem, etiamſi in locis finitimis eſſent, qui nullo gradu coniuncti eam ducerent in matrimonium cum exigua dote. *ibid.* §. *in diſpenſationibus*.

7 Nihil harum diſpenſationum cauſa etiam ſpontè oblatum Epiſcopus, aut Vicarius capiant. Notarius verò pro teſtium examine quartam partem aurei tantùm capiat. *ibid.* §. *pro diſpenſationum*.

8 Diſpenſati in matrimonio irrito, ad illud contrahendum cogantur. *Pro.* 4. *tit. quæ pert. ad matr.* §. *quibus*.

9 Nuptialibus epulis eorum, quos ipſe coniunxit, nè interſit Parochus, ſi in eis luſus, choreæ agendæ ſunt, aut laſciui cantus canendi. *Diæc.* 3. *dec.* 13.

10 Coadiutor Parochi approbatus ad matrimonia celebranda ſcribat in libro nomẽ ſuum, cognomen, patriam, & qua die adiunctus eſt, & quã facultatem in hac re habeat. *ibid. decret.* 30. & *Prou.* 3. *tit. quæ ad ſacr. matr. pert.* §. *ſi parochus*.

11 Teſtificationes tamen, quas interdum à Parochis fieri neceſſe eſt, nõ ſubſcribant Coadiutores, niſi fortè abſente Parocho res dilationem non admittat. Cum autẽ ſubſcribent, vtantur ea formula, Ego N. Coadiutor Curatus in Parochiali Eccleſia. N. &c. *Diæc.* 32. *cap.* 24. §. *Teſtificationes*.

12 Delato impedimento quocunquè, Parochus illud deferat ad Archiepiſcopũ, vel ad Vicarium Foraneum, ſi vltrà 15. millia diſtet ab vrbe, & reſponſum expectet, nequè ad aliam progrediatur denũciationem, licèt falſum, malitioſum, & nullius momenti ſibi videatur impedimẽtum. *Diæc.* 3. *decret.* 34.

13 Non alibi, nec in alia, quàm in Parochiali Eccleſia matrimoniũ celebretur, intrà cuius fines ſponſi habitant, ſinè Epiſcopi facultate. *Prou.* 2. *decret.* 28. *tit.* 1. & *Prou.* 3. *tit. quæ ad ſacr. matr. pert. Diæceſ.* 3. *decret.* 36.

14 Parochus, vel cui facultas datur matrimonij celebrandi, nè permittat ſponſos à Parochia egredi huius rei cauſa, ſed ipſe conferat ſe ad Parochialem Eccleſiam, in cuius finibus illi domicilium habent. *Diæc.* 3. *decr.* 36.

15 Ne

Digitized by Google

15 Nè in Eccleſia quicquam dono detur ſponſæ à ſponſo, vel propinquis; neq; liceat ſponſæ in aliqua Eccleſiæ parte ſedere, aut ſtare ad accipienda oblata munera. *ibid. decr.* 37.

16 Alienæ Diœceſis ſponſus, nè iungatur ſponſæ, etiamſi fidē afferat à ſuo ordinario, niſi priùs Mediolani ab Archiepiſcopo, & in Diœceſi à Vicario Foraneo ea fides ſit approbata. *Diœceſ.* 3. *decr.* 38.

17 Si concedatur licentia alicui Sacerdoti, vt in contrahendo matrimonio interſit, ſcripto fiat, & exemplum Epiſcopi in aliquo libro deſcriptum aſſeruetur. *Prou.* 1. *tit. quæ ad Sacram. matr. pert.*

18 In librum referat ſuum nomen, cognomen, diem, menſem, annum, quo fuit adiunctus ſocius Rectori. *Prou.* 3. *tit. vt ſup.*

19 Parochi in eum librum referant, in quo coniugium, & teſtiū nomina ſcribunt. Et quidquid in eo ſcripſerint, in fine anni ad Epiſcopum deferant deſcribendum. *Prou.* 1. *vt ſup.*

20 Nè detur facultas matrimonium celebrandi illi Sacerdoti, qui non ſit probatus adminiſtrandum omnia Sacramēta. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ ad Sacram. matrim. pert.* §. *ſi Parochus.*

21 Vſus in Eccleſia bibendi, & frangendi cyathi, omninò amoueatur. *Prou.* 1. *tit. vt ſup.*

22 Muſica Inſtrumenta arceantur, cum ſponſi ad matrimonium contrahendum, vel ad benedictionem accedunt. *Pr.* 2. *decret.* 28. *tit.* 1.

23 Si contempſerint moniti, differat Parochus celebrationē, aut benedictionem, quoad illi ſanctè acceſſerint. *ibid.*

24 Nè iungātur matrimonio ij, qui clàm contrahere attentarint, vt de ijs debitas pænas antè ſumat Epiſcopus, ſi conſtiterit. Modò tàm ſecreta res nō ſit, vt nullum indicium legitimum extet. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ ad matrim.*

25 Nè ſolēnes nuptiæ fiant, niſi poſt diluculum poſtridiè illius diei, qui poſtremus eſt tēporis, quo celebritas eſt interdicta. *ibid.*

26 Epiſcopus poteſt mutare locum, & tempus prædictum. *ibid.*

27 Annulo nuptiali, nō dexteræ, ſed ſiniſtræ manus ſponſæ digitus induatur, & à Sacerdote proferantur ea verba, In nomine Patris, &c.

28 Tollātur ex corruptelæ: vna, cum certa quædam pecunia ab ijs extorquetur, qui ex alieno ſolo, alienavè Parochia vxorem ducunt: altera, cum

per vicos,& plateas,exagitantur ſecundæ nuptiæ. *Pro.4. tit. quæ pert. ad Matrim.*

29 Leges municipales, ſtatuta, & decreta, quæ impedimentũ huic Sacramento, & illius libertati contrà canonum præſcriptum afferunt,irrita, & reſciſſa ſint. *Prou. 5. tit. quæ ad mat. §. Matrimonium.*

30 Interdicitur omnibus, nè legum,ſtatutorum,decretorũvè eiuſmodi, auctoritate quidquam ſtatuant,vel decernant, quo libertas matrimonij directè, vel indirectè lædatur. *ibid. §. omnibus.*

31 Qui contrà fecerit, pænas canonum ipſo facto ſubeat. *ibid. §. qui contrà.*

32 Si Epiſcopus de puellæ minùs libera voluntate ſuſpicetur; diligentiſſimè rem exquirat, & ſi opus eſt, certo, & tuto loco eam ponat, vbi liberiùs voluntatem ſuam explicet. *ibid. §. Epiſcopus.*

33 Qui legitima ætate, præſente Parocho, duobus teſtibus, & Notario,iurati, ſpoponderunt ſe matrimonium inituros, deindè non contracto legitimè matrimonio per verba de præſenti, copulationem interſe ineunt,nullum ab Epiſcopo decernatur illud matrimoniũ. *ibid. §. ſi qui.*

34 Nè id accidat, moneat Parochus hac de re populum. *ibid. §. id verò.*

35 Ità contrahentes,grauiter puniat ſuo arbitrio Epiſcopus. *ibid.*

36 Si deindè velint de præſenti contrahere, nè prohibeantur ſeruatis ijs, quæ à Conc. Trid. præſcribuntur. *ibid.*

37 Caueat Parochus, nè ſponſalia de præſenti contrahantur. *ibid.*

38 Sponſi, nè à Parocho priùs iungantur, quàm Doctrinæ Chriſtianæ rudimenta nouerint, quæ eo de genere ſcire illos opportet. *ibid. §. Parochus, quos.*

39 Qui teſtibus adhibitis, ſed ſinè Parocho, aliovè Sacerdote facultatem habente contraxerit, eius matrimonium nullum eſt, nec ſponſaliũ vim habet. *ibid. §. qui teſt bus.*

40 In quarto, & quinto affinitatis gradu, vel cõſanguinitatis contrahentes ſinè diſpẽſatione,cùm id poſſint,nè illos impediat Parochus: Moneat verò contrahentes propoſitam excommunicationis pænam latæ ſententiæ, ſi auſerint in gradu prohibito contrahere ſcienter, omniquè ſpè conſequendæ diſpẽſationis carere. *ibid. §. qui quarto.*

41 Animaduertat in hos Epiſcopus, qui etiam ex cauſa forni-

ca-

cationis ineunt ſub ſpe futuræ diſpenſationis, & vbi inuenerit ſic contrahentes, ſeparet, publicè excommunicatos iubeat denunciari, donec errore cognito mereantur abſolui. *ibid. §. Epiſcopus verò.*

42 Vbi ab alieno Parocho, & nō proprio contrahentium celebratur matrimonium, illud ſit irritum. *ibid. §. irritum.*

43 Tempore vetito, nè quis nuptias agat, domum ſponſam traducat. *ibid. §. nè quis.*

44 Contra facientes, vel per ſe, vel per alium, aut eius culpæ aliquo modo participes, ab Eccleſia ipſo facto ſint interdicti tamdiù, quamdiù Epiſcopus iudicauerit. *ibid.*

45 Faſcinantes, & venefici, dirimere, aut impedire tàm nefaria arte matrimonia tētantes, ipſo facto excommunicentur. *ibid. §. Tridentina.*

46 Eandem pœnam ſubeant ad hoc ipſum præſtandum, improbatis ſuperſtitioſis, aut alijs ab Epiſcopo non probatis, vtentes. Item ſuadentes, mandantes, conſentientes. *ibidem §. quam ipſam.*

47 Excōmunicationem ipſo facto ſubeat, qui, Parocho doloſè adeſſe compulſo, matrimonia celebrare præſumpſerit; mulctaquè inſuper impoſita centùm nummorum aureorum in pios vſus erogādorum. *Prouin. 7. tit. de Sacr. Matrim. §. quamuis.*

48 Iiſdem pœnis teneantur, auxilium, opem, conſilium quoquo modo ad hanc rem præbentes. *ibid.*

49 Cum Parochus, ad celebrandum matrimonium alium Sacerdotem ſubſtituit, hic voce, ſcriptovè ad Parochum id referat, qui matrimonium, nomen Sacerdotis, quē ſibi ipſe eam ad rem ſubſtituerit, notet *ibid. §. Cum ex Decreto.*

50 Quibuslibet ex viduitate ad ſecundas nuptias tranſeuntibus, prohibetur fieri conuentus, clamores diſſoni, & inconditi antè domos coniugū, vel paſſim per vias noctu, & interdiù, ſub graui pæna Epiſcopi arbitrio contrà ſecùs facientes. *ibid. §. quibuslibet.*

51 Ne, abſq; Archiep. diſpenſatione matrimonia alibi celebrentur, quàm in Eccleſia Parochiali, in qua ſponſi habitant, & quidem celebrentur mane, & ad altare maius, nunquam nocte, *Syn. Diac. 35. Decr. 8. & Diac. 33. Dec. 4.*

52 In libris Parochialibus deſcribantur matrimonia appoſito anno, & die, per litteras, & ſyllabas, non per numeros, ſub pœna decem nummorū aureorum negligentibus Paro-

rochis *Syn. Diœc. 35. decret. 9.* Idem ſeruetur in dandis atteſtationibus Matrimonij. *ibid.*

53 Pro matrimonijs cum exteris contrahendis, ne Parochi publicationes faciant priùs, quã certioretur Ordinarius, vel eius Vicarius Generalis, à quo legitimam fidem reportare teneantur de teſtibus ſtatum liberum contrahentium probantibus ad præſcriptum litterarum *Sacr. Cong. die 30. Auguſti 1636. Syn. Diœc. 33. decr. 5.*

54 In eorum delatione, qui Sacramenta nõ ſumpſere in Paſchate, deſcribant diſtinctè illorum qualitates, & cauſam eiuſdem tranſgreſſionis. *ib. Decr. 6.*

55 Abſq; facultate proprij Parochi, ſcriptis exarata, nullus ſimplex Sacerdos aſſiſtat matrimonijs celebrandis, & ſub pœna 50. aureorum vtriq; ſi admittatur præuio examine circa peritiam in eius adminiſtratione neceſſariam ab Archiep. non probatus. *Syn. Diœc. 34. c. 2.*

56 Idem intelligatur de adminiſtratione extremæ Vnctionis. *ibid.*

57 Sub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, ne quis, quicunq; is ſit, ſub quouis colore, vel prætextu ſponſæ traductionem ad domum ſponſi impediat. *ib.*

MEDICVS.

1 Iuramentum Medicorum pro ſeruanda Conſt. Pij V. in Diœceſi præſtari licebit Vicario Foraneo, ex facultate data ab Archiepiſcopo. *Diœc. 11. tit. Monit. execut. Decret. quæ ad Sacrament.* Qui antè id non præſtiterunt intra duos menſes faciant. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad ſacr. Pænit.*

2 Qui non paruerit dictæ Conſt. contrà eum proceſſus à Vicario Foraneo inſtituatur, & conficiatur, mittaturq; ad Vicarium Criminalem. *ib.*

3 Medici, antequàm ægrotorũ curam ſuſcipiant, eos moneant de confeſſione facienda. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad Sacr. Pænit.*

4 Quibus etiam denuncient, ſe, niſi id quatridui ſpatio ad ſũmum præſtiterint, eorum curationi defuturos. *ibid.*

5 Tranſacto quatriduò, ſi ſecùs fecerint, excommunicationis pænam iure ipſo ſubeant, niſi certò cognouerint eos confeſſos eſſe, poſtquàm in eum morbũ inciderunt: aut ordinario, vel deputato in hac re ex iuſta cauſa alitèr videatur. *ibid.* Sed reuocatur hæc pæna in Conc. Prou. 4. *tit. de ijs, quæ pert. ad Sacr. pænit.* vbi decernitur eos, qui iurauerunt, ijs tantùm pænis afficiendos con-

tentis

Digitized by Google

tentis in illa Pontif. Sanctione; ſi contrà fecerint, Vide *ib.*

6 Ratio aliqua ſtatuatur ab Epiſcop. qua Medico exploratum eſſe poſſit, ægrum peccata ſua verè eſſe confeſſum, *Prou.* 2. *Decret.* 17.

7 Habeat apud ſe indicem librorum prohibitorum. *Prou.* 5. *tit. quæ ad fid. tuen. ſtud.* §. *librorum*,

8 Medicorum indicē vnuſquiſquè Parochus, ſi quos habet intrà ſuæ Parochiæ fines, exhibeat Viſitatoribus in Viſitatione, *ibid. tit. de Viſit.* §. *Indicē.*

9 Iudæi Medici à Chriſtianis non adhibeantur medendi cauſa, *Prou.* 1. *tit. de Iudæis.* §. *vt quantum*.

10 Medendi ars clericis ſit vetita. *ibid. tit. de negot. ſæcul.* §. *ne artem*,

11 Medici Monialium approbentur à ſuperiore. *Prouin.* 1. *tit. de concion. confeſs. &c.* §. *Præfecta*,

12 Etiam exordinarij probentur ab Epiſcopo. *Prou.* 4. *tit. de Monial.* §. *probentur*.

13 Medico ſepta monialium ingredienti, obuiam prodeant Moniales facie operta, contectæ velo vſq; ad os deducto. *ibid.* §. *Moniales cum eo loco*.

14 Medicamenta, ſi quæ Epiſcopus, aut alius ſuperior vendi, aut foras dari permiſerit; ab aromataria ſeniore ſolū dentur; nec verò priuato, ſed Monaſterij nomine vendantur denturvè. *ibid.* §. *medicam.*

MENDICI.

1 Mendicos vagātes curet Epiſcopus certo libro per ſingulos Parochos deſcribi, quos intra fines ſuæ Parochiæ habent. *Prou.* 4. *tit. quæ ad pia loca pert.* §. *vbi mendicarum*.

2 Ab his Parochis obſeruentur hæc in huiuſmodi mendicis, videlicet,

3 Quò, aut vndè migrent, quod vitæ Chriſtianę inſtitutum teneant; an fidei rudimenta norint; an audiant feſtis diebus miſſam; an ſæpè confeſſi; an ſaltem Paſchæ tempore communicent, *ibidem* §. *Hæc verò*.

4 Ne intra Parochiæ ſuæ fines patiantur Parochi eos mendicos mendicare, nec ſtare in foribus ſuæ Eccleſiæ, quos neq; in libro deſcriptos, neq; in Paſchate communicaſſe compererit; ex eo ſaltē quod non ſecùm ferant chyrographum, quo teſtentur pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcepiſſe. *ibidem* §. *quos neque*.

5 Eoſdē Doctrinæ Chriſtianæ rudes feſtis diebus, ſtata hora conuocet ad ſcholas Doctrinæ Chriſtianæ, & erudiat. *ib.* §. *quos*

Digitized by Google

§. *quos Doctrinæ.*

6 Horum vitam, & mores Epiſcopus diligenter inquirat, & in Paſchate vt cōmunicent, omninò curet. *Prou.* 2. *tit.* 1. *Decret.* 14.

7 Contrà mēdicos nullo morbo affectos, & ſinè facultate eleemoſynam quæritātes Vicarius foraneus agat, & vt eorum malitiæ conſulatur, ad Congregationem mendicantium referatur: idemquè fiat contrà eos, qui monialium nomine idipſum præſtant, & præterea contra moniales alienæ Diœceſis. *Diœc.* 11. *tit. Mon. exec. decr. quæ ad bon. Eccl. per.* §. *de Mendicantib.*

MERETRICES.

1 Nè interſint Miſſæ, curent Sacerdotes omnes, & ijs nolentibus exire, ſacrum nè incipiant. *Diœc.* 3. *decr.* 25.

2 Amictum aliquem palam induant, quo eæ dignoſcantur. *Prou.* 1. *tit. de meretricibus.* §. *vt meretrices.*

3 In meritorijs tabernis, etiamſi aduenæ ſint, vel in publicis cauponis non liceat eis pernoctare, niſi itineris cauſa, idquè vnum diem tantum. *ibid.* §. *neſvè.*

4 Locus eis aſſignetur ab hominum frequentia, & à maioribus Eccleſijs remotus. *ibid.* §. *curent etiam.*

5 Si extrà eius loci fines domū, eiuſvè partem conduxerint, vel in quacunquè domo quauis de cauſa ampliùs vnum diem habitauerint, & ipſæ, & Domini, ſeù locatores ſeueriùs puniantur. *ibid.*

6 Idipſum exequi curēt pro ſua pietate Principes. *ibid.*

7 Iidem curent his mulieribus interdici vſu auri, gemmarū, argenti, & ſerici, & eaſdem ex ſuis finibus exterminari. *ib.* §. *Ab ijs.*

8 Vbi locus certus earum habitationi præfinitus eſt, ſi quis cuiquam earum alibì domicilium locarit, contrà eū agatur pęna excōmunicationis. *Trouin.* 5. *tit. quæ ad matrim. pertin.*

9 Nè quiſquam, vel caupo, vel tabernarius illas in ipſis cauponis habeat, alatvè ad turpē quæſtum. *ibid.*

10 Secùs, interdicti pæna mulctetur, præmiſſa admonitione, & grauioribus pænis Epiſcopi arbitrio. *ibid.*

MIRACVLA.

1 Formam à Conc. Trid. traditam nouis approbandis miraculis ſeruent Epiſcopi in omnibus Eccleſijs, etiam Regularium, & exemptis. *Trouin.* 4. *tit. quæ ad SS. cult. de ſacr. Reliq.* §. *formam à ſacro.*

2 Non patiantur cauſa à ſe non

Digitized by Google

cognita, & ſcripto probata, altare erigi, imagines extrà morem ornari, vota, oblationes ſuſpendi, nouum geri in hac re. *ibid.* §. *nè verò.*

3 Primis vulgi clamoribus, aliquid pro miraculo, quod re vera non eſt, euulgãtibus, piè obſiſtant, donec rei veritas legitimè conſtet comprobata. *ibid.* §. *ſed quia.*

4 Vbì dubius, & difficilis abuſus eſt extirpandus, vel in hac re grauior quæſtio incidat, Epiſcopus, antequàm dirimat cõtrouerſiam, Metropolitani, & Prouincialium Epiſcoporum ſentẽtiam expectet in Conc. Prouinc. Nihil tamen inconſulto Sũmo Pontif. nouum, aut in Eccleſia inuſitatum decernatur. *ib.* §. *ſi quis verò.*

5 Parochi, Eccleſiarum Rectores etiamſi Regulares, laici, quibus Confraternitatis, vel Oratorij alicuius, ſiuè ſacræ Imaginis cura incũbat, promulgare miracula, conficere frequentem populi concurſum, vel reliquias nõ antè ab Archiep. cognitas, exponere ad publicum cultum minimè audeant. *Diæc.* 32. *cap.* 6.

6 Vbi ſcienter, doloſè, & affectata ignorantia quis contrauenerit, excommunicationis pænam ſubeat. *ibid.*

7 Vbi non conſtet de auctore famæ, & incipiat concurſus temerè fieri ad aliquem locũ certum: qui curam loci habet pro ſuo conatu auertat donec Archiep. cõſulatur in eo negotio. *ibid.*

8 Interim nullus exponat menſas ad fidelium oblationes ea ex cauſa recipiendas. *ibid.*

9 Proceſſus, & acta omnia, quæ conficiuntur ad miraculorũ veritatem comprobandam, gratis in Cancellaria conficiantur. *Prou.* 5. *tit. de Cancell. & Not.* §. *Proceſſus.*

10 Miracula nè populo narrentur à Concionatore, quæ probata ſcriptoris fide non commendentur. *Prou.* 1. *tit. de prædic. verbi Dei.* §. *vt ſi quando.*

M I S S A.

1 Vbi plures Miſſæ celebrãtur, Rectores ſacriſtævè, libro cõfecto, Sacerdotum approbatorum nomina deſcribãt, notato etiam die litterarũ Epiſcopalium, quibus approbantur. *Diæc.* 2. *decr.* 6.

2 Poſt ſex mẽſes à data earum, nè celebrent, niſi litteris renouatis. *ibid.*

3 Liber alter habeatur, in quo, cum ab altari redierint, ſcribant Sacerdotes manu ſua diem quo celebrarint, & nomen ſuum ijs præſentibus. *ib. & Pro.* 4. *tit. quæ pert. ad ſanct. Miſſæ ſacrif.*

Digitized by Google

4 Eidem porrò libro ſubſcribere habeat ſingulis diebus Præfectus Eccleſiæ, vel Deputatus. *Ib. & Syn. Diœc. 34. c.3.*

5 Rectores Eccleſiarum hunc librum non habentes pœnam ſoluant aurei numi. *Diœc.* 11.

6 Non ſubſcribens Sacerdos ſoluat viginti ſolidos. *Syn. Diœc.34.c.3.* ſoluet duodecim. *Diœc.*11. *Monit. exec.*

7 Qui neglexerint celebrare, eorum nomina ad Archiepiſcopum deferantur ſi in vrbe; ad Vicarium Foraneum, ſi in Diœceſis, completo menſe, tribus poſt diebus menſis ineuntis. *Diœc. 2. decr. 6.*

8 Rectores in hac re negligentes mulctentur ijs ſumptibus, qui ſatis erunt ad eleemoſynā Sacerdotibus diſtribuendam, qui ſuppleant Miſſarū omiſſarum numerum. *ibid.*

9 Eleemoſynæ datę pro Miſſis, in capſula deponantur, cui præficiatur Clericus probatus, qui numerum Miſſarum, & cauſas notet, vt ſacriſta Sacerdotibus eas præſcribat, juxta voluntatē offerentium. *ibid.Decr.7.& Prou.4. tit. vt ſup.*

10 Peractis ſacris, pecunia depoſita, ijs Sacerdotibus pro rata diſtribuatur, *Prou. 4. ibid. Diœceſ. 2. decret.7.*

11 Nequè tota tamen eſt diſtribuenda Sacerdotibus, ſed eius curę Pręfectus eleemoſynā inter eos tantùm, qui celebrarint diuidet congruentē, reliquam pecuniam deponet apud virum idoneū, vt in alias Miſſas, aut res, arbitrio Archiep. diſtribuatur. *Dięc.3. decr. 26. & Prou. 4. vt ſup.*

12 Pro Miſſa, quę fit pro alio ſingulis diebus feſtis, & ferijs, nè maior eleemoſina detur, quā librarum 180. Imperial. *Diœc.3. decret. 16.*

13 Ad quam formam cęteræ dirigantur eleemoſynæ ſacerdotibus dandæ, qui certis diebus Miſſam fecerint. *ibid.*

14 Feſtis autem diebus duplum eleemoſynæ vetitum non ſit accipere, quod in ferijs erogandum eſt, modo tamen ob hanc duplicationem non augeatur certa 180. librarum,

15 Si Sacerdos plùs eleemoſynæ, quàm præſcriptum fuerit petet; etiamſi quod petierit nō ſit aſſecutus, pœna plectatur arbitrio Epiſcopi. *ibid.*

16 Nequè ſuſtentationis, aut neceſſitatis nomine plùs petere, aut exigere liceat. *ibid.* nequè vllo alio prætextu. *Prou. 4. vt ſup.*

17 Vbi plures Sacerdotes Miſſam facere debent, Rector Eccleſiæ certos eis dies præſcribat, & curet, vt Miſſæ totidem ſingulis diebus fiant niſi

aliud

Digitized by Google

aliud teſtatores velint. *Diac. 3. decr. 17. & Prou. 4. vt ſup.*

18 Vbi ob Eccleſiæ anguſtiam, vno tempore plures Sacerdotes celebrantes mutuò ſe impedire poſſint, nè eodem tẽpore plures, quàm duo celebrent, & in altaribus inter ſe diſtantibus. *ibid.*

19 Nequè, ſi fieri poteſt, alter ab altero audiatur; ſi verò tempus non patitur, vt Miſſæ illæ omnes celebrentur, in alterũ diem potiùs differãtur, quàm vt huic decreto nõ pareatur. *Viſit. Ap. tit. ſuum etiã inun. dilig. ob. Paroch. §. Miſſa verò. Prou. 4. vt ſup.*

20 Nè veſtes, ornamenta, indumentavè ad Miſſam, diuinaq; officia adhibeantur non benedicta. *Diœc. 2. decr. 9.*

21 In Eccleſijs, Oratorijs, & Capellis ritus Ambroſiani, nè Miſſa fiat ritu Romano; in Diœceſi, vbi ritus eſt tantùm Romanus, nè fiat ritu Ambroſiano, nequè alijs libris ad ea peragenda quiſquam vtatur, quam Breuiario, & Miſſali Pij V. iuſſu editis. *Diœc. 3. Decret. 19.*

22 In ferijs ſextis Quadrageſimę Sacerdotes Ambroſiani ritus, nè in regulariũ quidem Eccleſijs celebrent, etiam funeris, vel exequiarũ, vel alia cauſa oblata. *ibid. decret. 20.*

23 Qui tamen ritu Romano ſacrum facere ſolent, licet addicti Eccleſiæ Ambroſianæ, ijs nè ſit interdictum. *ibid.*

24 Qui capellas obtinẽt, ipſimet celebrent, niſi ad reſidentiã teneantur alibì, aut alia legitima cauſa interſit. *ib. decr. 21.*

25 Singula verò ob quæ Capellanus ſe ab hoc munere immunem aſſerat, ab Archiep. probentur. *ibid.*

26 Si vocandi ſint alienæ Diœceſis Sacerdotes, habeant ij teſtimoniũ Ordinarij ſui, quo approbentur ad Miſſam faciendam, & non ſuſpenſi à diuinorum officiorum munere. *ibid. decr. 22.*

27 Ijdem, tonſura, & veſte clericali induti ſint, vt noſtri, & à Vicario Foraneo probentur, an ſint idonei ad diuina officia, & Miſſam ritu Ambroſiano, ſi ibì ritus hic adhibeatur. *ibid.*

28 Qui quotidiè celebrare tenetur, ſi ſemel in Hebdomada intermittat, is, ne eo die alibì celebret, niſi ſubſtituto ſibi alio, qui ſuppleat quotidiano ſacrificio. *ibid. decret. 23. & Prou. 4. vt ſup.*

29 Sacerdos, qui quotidiè celebrare debet ex priuilegio, aut conuentione, quo die ſacrũ facere omiſerit, nè alibi audeat celebrare, ſiue gratis,

ſiuè mercede, nequè contra præſcripta à Sacr. Canon. & Concil. cum vllo conuenire. *Diœc. 32. cap. 13.*

30 Si recipiat eleemoſynam, ſua nō erit; neq; vlla facultas amplius cōcedetur, vt eleemoſynas huiuſmodi pro celebratione recipiant; etſi Capellani titulares fuerint, pecuniaria pęna mulctabuntur. *ibid.*

31 Sacerdos non obligatus poſſit recipere mercedē à fideli pro Miſſa facienda, ad præſcriptū taxæ, & breui, oneri ſatisfaciat. *ibid.*

32 Copioſiorem mercedē quæritantes damnantur, maximè ſi ex ijs ſint, qui alioquin tenētur ex cōuentione aliqua, aut alio titulo, vtriquè oneri ſatisfieri poſſe putantes. *ibid.*

33 Qui duas Miſſas celebrarit, vbi pro mortuis officia fiunt, ei non detur eleemoſyna pro tribus Miſſis etiamſi in alia Eccleſia pro anima eius, pro quo officia ſe celebraſſe aſſerat. *Diœc. 3. decr. 46.*

34 Eleemoſyna verò celebrantibus ipſa officia, nè detur in Eccleſia. *ibid.*

35 Officialis, cui incumbit hoc munus, ſi non obſeruet hoc decretum, mulctetur duobus aureis, & dimidia huius mulctæ detur denunciatori. *ibid.*

36 In eleuatione Sacræ hoſtiæ, & calicis, paruū tintinnabulum certis diſtinctis ictibus pulſetur. *Diæceſ. 4. decret. 13. Prou. 4. tit. quæ pert. ad SS. Miſs. ſacrif.*

37 Clericus inſeruat celebranti Miſſam, nō laicus, & in omni Parochiali. *Prouin. 4. tit. quæ pert. ad ſacr. Ord.*

38 Vt in vrbe præſtetur, Viſitator curet, vtque in Eccleſijs etiam Monialium, cōfratrijs, & hoſpitalibus. *Diœc. 11. tit. Mon. exec. decr. quæ ad ſac. & ſac. pert. §. de Clerico.*

39 Vbi non ſunt qui ſuſtentent Clericum, ea ratio ineatur, vt, ſi ex tituli nomine ſacrū ſit, eorum ſumptibus, qui titulum gerūt, ſi ex legato, cuius certa ſit ſumma, mercede ex eo detracta: ſi ex deuotione, eorum impenſis, quorum nomine ſit Miſſa, quicunquè ij ſint. *ibid. & Diœc. 4. decr. 28. §. in Miſſæ. §. in omni. §. quib.*

40 Si Parochus nō poſſit, de ſuo tenui reditu, populus ſuſtētet Clericum. *ibid. & Diœc. 4. vt ſup. §. ſin autèm.*

41 Si capellæ, altaris, aut legati cenſus adeò ſit exiguus, vt onus hoc ſuſtineri nequeat; contributione vndiquè ex ijs capellis, altaribuſvè, quæ in eadem Eccleſia, vel Parochię finibus ſunt, facta, huic clerici ſuſtentationi ſatisfiat. *Diœc. 4. ibid.*

Digitized by Google

4. *ibid.* §. *ſi verò.*

42 Si neque hac ratione prouideri nequit, ad Archiep. res deferatur, vt prouideat. *ibid.* §. *quòd ſi. Diœceſ.* 11. *ibid.* §. *quod ſi.*

43 Clerici quibus hac ratione prouiſum eſt, præſtent functiones in his Eccleſijs, in quibus illis prouiſum eſt. *ibid.* §. *quibus.*

44 Nè clericus in altari miniſtret, niſi priùs ſit inſtructus illius miniſterij functionibus, & probatus ab eo, qui ceremonijs præfectus eſt. *ib.* §. *Clericus, nè, & Prou.* 4. *vt ſup.*

45 Puero laico, nè fiat facultas miniſtrandi Miſſæ, niſi ab Archiepiſcopo, & priùs de peritia illius examen fiat, vel à Vicario Foraneo teſtimoniũ detur. *Diœceſ.* 11. *tit. Monit. exec. Decr. quæ ad ſacr. pert.*

46 Quod ſi antè id experimentũ aliquandò facultas alicui detur, ea conditio adſcribatur, nè ea facultate vtatur priùſquàm à Vicario Foraneo approbetur. *Diœceſ.* 11. *ibid.* §. *quod ſi antè.*

47 Mediolani non liceat Sacerdoti Diœceſano celebrare Miſſam, niſi abſentiæ ſuæ facultatem à Vicario Foraneo ſcriptam, & Vicarij Geralis, ſeù alterius Deputati manu ſignatam oſtenderit. *ib. tit. eod.* §. *Mediolani.*

48 Neque Diœceſanus, ad Miſſę celebrandę munus ordinarium, aut ad feſtorũ celebritates, aut funera ſinè Vicarij Generalis ſcripta facultate, recipiatur. *ibid.* §. *nec verò.*

49 Secùs, arbitraria pæna mulctentur, recipiẽtes verò mulcta aurei nummi damnentur. *ibid.*

50 In oratorio Cõfratriæ, ſcholævè nemini liceat celebrare ſinè ſcripta Archiep. facultate. *Diœc.* 11. *tit. Mon. exec decret. quæ ad diuin. offic. pert.* §. *nè Sacerdoti.*

51 Sub pęna Interdicti Oratorij, & Sacerdoti, ſuſpẽſionis à Miſſæ celebratione per dies quindecim. *ibid.* §. *Vbi secùs.*

52 Si ſæcularis Sacerdos, aureo inſuper nummo mulctetur. *ibid.*

53 Dùm Archiepiſcopus Miſsã celebrat, etiã priuatìm, Miſſa alia non celebretur ibi, donec benedictio ab eo data ſit, niſi aliter vrgenti de cauſa eidẽ Archiepiſcopo videatur. *Viſ. Apoſt. tit. ſuum etiam munus.* §. *dum autem. Prouin.* 4 *tit. quæ pert. ad Miſſ. ſacrif.* §. *dum in Eccleſia.*

54 Nemo celebrare Sacerdotẽ etiam Regularem in quouis loco, etiamſi iuriſpatronatus ſit, patiatur, niſi ſcriptam facultatem

cultatẽ ſingulis ſex menſibus renouandam impetrarit. *Pro. 1. tit. quæ pert. ad celebr. Miß. §. nemo*. Vel longiori tempore, arbitrio Epiſcopi. *Prou. 2. decr. 2. tit. 2.*

55 Si onus recipiatur ad tempus, vel perpetuus ibidẽ celebrandi, nominatìm mentio fiat in ſcripta facultate. *Prou. 1. tit. vt ſup. §. quòd ſi onus.*

56 Nullus admittatur in Eccleſijs, niſi Rectori conſtiterit eum eſſe Sacerdotem, aliovè munere non impeditum, aut exhibeat facultatẽ approbatam ab Archiep., maximè ſi alienę ſit Diœceſis. *Diœceſ. 32. cap. 13. §. nolumus.*

57 Si admiſſi celebrent ex deuotione, nè ad longum tempus; ſi eleemoſynam acceperint, ad vnum diem tantùm admitantur. *ibid.*

58 Vbi res longioris ſit, aut ordinarij oneris, ſpecialis facultas reportetur ab Archiepiſcopo. *ibid.*

59 Sinè hac facultate, præfectus eius loci, vbi Sacerdos litauerit, ſi Clericus ſit, ſuſpenſione afficiendus erit; ſi laicus, ab officio remouebitur, & alijs arbitrarijs pęnis mulctabitur; Celebrans, præter ſuſpenſionis pęnam, alias Epiſcopo arbitrarias incurret. *ibid.*

60 Parochi, Vicarij Foranei, ſuper hoc inuigilent, de negligenti obſeruatione Epiſcopum moneant. *ibid.*

61 Clerici alienæ diœceſis nè admittantur ſinè litteris teſtimonialibus ordinarij eorũ, duobus tantũ menſibus antè, ſi in Prouincia ſint; ſi extrà, in Italia, quatuor; ſex, ſi extrà Italiam datis; vel, ſi eæ antiquiores ſint, afferant etiam ſcriptũ teſtimonium de vita, & moribus ab ijs ordinarijs, in quorũ Dięceſi poſteà permanſerint. *Pr. 1. tit. quæ pert. ad celeb. Miſſ. §. Clerici.*

62 Neq; in Eccleſijs Regulariũ. *Prouin. 3. tit. de ijs, quæ pert. ad ſacr. Miſſ. §. quòd primo.*

63 Nè amplius detur facultas celebrandi plures Miſſas eodem die. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad celeb. Miſſ. §. facultates. Pro. 5. tit. quæ ad diu. off. pert. §. Grauia.*

64 In Eccleſijs, vbi plures Miſſę, is ordo ſeruetur, vt prima diluculò, reliquis debito interuallo diſtributis, poſtrema, quò tardiùs liceat, celebretur, ad præſcriptũ tabellæ, niſi feſtus ſit dies, quo, excepta prima, quæ in aurora dicitur, nulla dicatur priùs, quàm Parochialis non ſit abſoluta. *Pr. 4. tit. quæ pert. ad SS. Miſſ. ſacr. §. ſi verò plures. Prou. 1. tit. quæ pert. ad celeb. Miſſ. §. in Eccleſijs.*

65 Nullus celebret in ędibus priuatis,

natis, nec extrà Eccleſiam: & oratoria ab ordinario priùs viſitentur, & approbentur. *Prouin. 1. ibid. §. nullus ſacr. Prou. 4. tit. quæ pert. ad ſacr. Miſſ. §. Epiſcopus*.

66 Vinum album, vbi poſſit, in Miſſa adhibeatur. *ibid. §. ornamenta*.

67 Miſſa in Sabbato ſit de B. V. vel ſaltem fiat in ea commemoratio, ſi per ſacros ritus liceat. *ibid. die Sabbati*.

68 Nè plures tribus, vel ad ſummum quinquè Orationes dicantur in Miſſa, niſi vbi Eccleſiæ Inſtitutum aliud poſtulet. *ibid. §. nè plures*.

69 In Miſſis nouis tollantur sũptuoſa conuiuia, ludi, choreæ, & oblectamenta omnia. *ibid. §. tollant.*

70 Prima Miſſa nè celebretur, antequàm à Magiſtro Ceremoniarum ſit inſtructus Sacerdos, & cum licentia Epiſcopi. *ibid. §. Magiſter*.

71 In celebratione Miſſæ, ritus, & ceremoniæ à Rom. Eccleſ. traditæ, ad vnguem ſeruentur. *ibid. §. Præcipimus*.

72 Ab indecoro, abſurdoq; corporis, capitis, oris motu abſtineat: cum mouenda, vel ſumenda hoſtia, ita fiat, vt nè videatur iterùm ſuſtolli eleuatione peracta: ſecretis nec quidquam addat, nec ab eis detrahat: quæ palam, clarè, quæ ſecretò, ſecretò pronuntiet. Non tardior ſit, nec celerior, quã liceat: legat Miſſam, non memoritèr dicat, aut canat: nõ operto capite; ſemel in hebdomada ſaltem confiteatur: oratione ſe præparet. Miſſam priùs perlegat, & diſponat. *ibid.*

73 Sacris veſtibus induti Sacerdotes cum nemine colloquantur, nequè loquentibus dent aures. *ibid. §. vt ſacris*.

74 Non exeant à Sacriſtia, niſi cum ad altare eundem eſt. *ib.*

75 Nihil omninò ponant ſuper altare, non pileum, nequè biretũ, neq; chirothecas, neq; ſudariolum, *ibid. §. vt pileum.*

76 Nè in mora ſint ſacrificio, cuiuſuis expectandi gratia, cùm ad altare ſint: nequè denuò repetant eius initium ob eandem cauſam, neq; ſubſtineant, ea inchoata. *ib. §. vt ibi.*

77 Peracta Miſſa, gratias agant: nequè niſi abſoluto Euangelio, cum in fine Miſſæ fuerint, recedant: vaſa, aut linteolas colligant: non tollendæ, aut remouendæ rei cauſa manus admoneant, nequè candelas extinguant. *ibid. §. vt peracta*.

78 Qui beneficia Eccleſiaſtica habent, ſingulis ſaltem menſibus Miſſam de defunctis celebrent pro ijs, qui, vel illa dota-

ta-

tauerint, vel aliquid legarint, vel donarint. *Prouin. 2. tit. 2. Decret. 5.*

79 Omittens Miſſam, quam ex obligatione beneficij celebrare tenetur, ſiuè etiã mercenarius ſit, feſtis diebus pænam luat duorum realium, ſolẽnioribus,quatuor; ferialibus verò, vnius. *Prou. 7. tit. de Miſſ. §. quiſquis.*

80 Mulctæ in capſulam,quę erit ad hunc vſum in Sacriſtia,inferantur, & ex ijs ſtipendium detur Sacerdotibus, qui negligentum vices ſuppleuerint. *ibid.*

81 In qualibet collegiata,& Plebe conſtituatur ab Epiſcopo exactor, ſiuè executor obligationum, & onerum Eccleſiaſticorum. *ibid.*

82 Quibus in locis multæ adeò Miſſæ celebrãdę ſunt ob multa, & varia legata, vt pro ratione ſingulorum dierũ, quibus ex teſtatorum voluntate celebrandæ ſunt, nequeant omnes celebrari, vel etiã ob eleemoſynæ tenuitatẽ; Epiſcopus in Dięceſana Synodo re diligenter conſiderata, faciat quod magis in Domino cenſuerit expedire;ità tamẽ, vt in Miſſis, quas iure reductionis celebrari cõtinget,fiat commemoratio defunctorũ illorũ, qui pia legata reliquerunt, puta in ſecundo memẽto, & in collectis Miſſarum. *Prou.6. tit.quæ ad Miſs. §. quibus autem.*

83 Ceterùm, Miſſæ,quæ quouis nomine celebrandæ ſunt, nè omittantur:quòd ſi maius ſit onus ex inſtitutione impoſitum, quàm vt ferri poſſit, ad Archiep.fiat recurſus, vt prouideat:idemq;fiat de Annualibus,*Viſit.Apoſt.tit.quæ ad cler. pert. §. Miſſæ.*

84 Qui in altari certo celebrare debet,in aliò,nè celebret, niſi Epiſcopi licentia *Prou. 4. tit. quæ pert.ad SS.Miſſ.ſacrif. §. quicunque Sacerdos.*

85 Anno expleto, quæ Miſſæ prætermiſſæ ſunt, dicantur, niſi ab Epiſcopo aſſignetur eleemoſyna ad ornatum altarium. *ibid. §. Anno autem.*

86 Clericus,vbi poſſit, inſeruiat Miſſæ ſuperpelliceo indutus mundo, non lacero. Si contra fecerit, ipſe, ſacriſta, Eccleſiæ præfectus, Sacerdos permittens, pæna mulctẽtur arbitrio Epiſcopi, *Prou. 4. tit. vt ſup. §. Clericus.* Adſit autem talari veſte indutus, & ſuperpelliceo,ſaltem vnus. *Prou. 1. tit.quæ pert. ad ſacr. Miſſ.§.celebr.*

87 Liber Euangelij, & Inſtrumentum pacis, nè offeratur per laicum Principi, vel Magiſtratui. *ibid. §. caueatur.*

28 De-

88 Deponatur annulus in celebratione Miſſæ. *ib. tit. de vit. & honeſt. Cler. §. nulli Sacerdoti.*

89 De Capellarũ oneribus, numeroquè Miſſarum fundationis caueatur, nè Concil. Trid. legibus præiudicium fiat. *Pro. 6. tit. quæ ad Miſſ. per. §. Epiſcopus.*

90 Miſſa illa decenter celebratur, quæ vltrà horæ dimidiũ nõ producitur, nec antè tertiam horæ partem abſoluitur. *Diæc. 32. cap. 13.*

91 Præfecti, & Vicarij Foranei moneant delinquentes, & ſi opus eſt, celebrare prohibeant illos, donec ad Vicarium Generalem deferantur. *ibid.*

92 Decreta Vrbani VIII. De celebratione Miſſarum, omnia ſeruentur, ſinè vlla declaratione, aut interpretatione. *Diæc. 32. cap. 13 §. quæ iuſſu.*

93 Quicunquè Sacerdotes ad quotidiani ſacri celebrationem deligentur, ij ſtipendiũ illud idẽ habeant, quod erit conſtitutum huius Eccleſiæ Sacerdotibus. *ibid.*

94 Viſitatores, Præfecti Regionum, Vicarij Foranei, curent, vt vltimæ voluntates, & inſtituta ad animarum ſalutẽ ſuffragia adimpleantur ad præſcriptam formam, tàm ab ijs, quia ad onera illa tenentur, quàm per quos oneri ſatisfit. *ibid: §. Parochi.*

95 Condicentes priuatim inter ſe conuentiones, aut ad numerum aliquem Miſſas redigentes, etiamſi iuſto, & certo titulo, ea omnia ſint irrita, & nulla. *ibid.*

96 Vagantes, & conductitij Sacerdotes illùc ſe cõferentes, quò vocat merces copioſior, damnãtur, maximè ſi ob eãdem mercedem ab eo munere abducãtur, cui tenentur ex conuentione, aut quopiam titulo, vtriquè obligationi ſatisfacere putantes, contra Sac. Cong. Conc. Trid. & Concil. Prou. Decret., *ibid. §. Sacerdoti.*

97 Erigentes, fundãteſvè capellaniam, annexo quotidiè celebrãdi onere, aſſignent dotẽ 60. aureorum quotannis: Indumenta ſacra, Eccleſiaſticã ſuppelectilem, & alia neceſſaria ſuppeditabunt. Pro expenſis verò manutentionis, libras quadraginta ãnuas ſoluãt. *Diæc. 32. tit. Taxatio eleemoſ. §. quicunque.*

98 Qui capellam curauit faciendam, aut elegerit ſibi vni, prima vice paramenta ſuppeditet, & viſualem ſuppelectilem: ſacriſtia poſtmodum, vel cuius interſit, receptis 40. libris, manuteneant impoſterũ. *ibid. §. ſi tamen.*

Ec Sa-

Digitized by Google

99 Sacerdoti Mediolani pro alio celebranti dentur 60. aurei. In Diœceſi ſeptuaginta, vbi aliundè fuerit euocatus. Domus item ad habitandum detur, Omnia tamen à Viſitatore approbentur, qui poſſit augere eleemoſynam, ſi celebrationi ſit aliud onus iniunctum. *ibid.* §. *Sacerdoti*.

100 Si tamen beneficium ibidẽ habeat, detur eadem eleemoſyna, ac celebrantibus in Ciuitate. *ibid.*

101 Idem ad ratam ſeruetur, vbì paucioribus in hebdomada diebus celebrandũ erit. *ibid.*

102 Sacerdoti aliter non obligato, non plùs detur eleemoſynæ, quàm ad ratam modò taxatæ, niſi fortè maior ſpontè offeratur. *ibid.* §. *nec verò*.

103 Sacerdos, qui ſemel ſuſcepit munus celebrandi in vna Eccleſia, nè illud ſaltem per annũ derelinquat, vel intermittat ductus aliò ſpe maioris eleemoſynæ, ſub pæna ſuſpẽſionis ab vlteriori facultate deinceps impetranda ſex menſium interuallo, modò tamen iuſta, & legitima cauſa non militet, à Præfecto, vel Viſitatore approbanda. *ibid.* §. *Sacerdos*.

104 In facultatibus omnibus celebrandi expeditis in Cãcellaria Archiep., adnotetur ea ſumma pecuniæ, quæ celebrãtibus ſecundùm locorum differentiã fuerit præfinita per eos, ad quos ſpectat, approbata. *ibid.* §. *in omnibus*.

105 Viſitatores inuigilẽt in ſua Regione, an iſta mandentur executioni, vbi compererint delinquentes, admonito Archiepiſc. pro modo culpę puniant. *ibid.* §. *Porrò*.

106 In Eccleſijs, Oratorijs, capellis Monialium, etiam Regularibus ſubiectarũ, nullus Sęcularis Sacerdos celebrare ſinè ſpeciali facultate poſſit, ſiuè ex deuotione, ſiuè cum eleemoſyna, etiãſi ſinè onere perpetuo, aut ad tempus. Qui contra fecerit, à Miſſa celebranda ſuſpendendus erit ab Epiſcopo. *Prou. 2. tit. 2. decr. 3. Prou. 3. tit. de ijs, quæ pert. ad Miſſ. ſacrif.* §. *Sacerdotem. Diæceſ. 2. decr. 8.*

107 Excipiuntur illi dies, cum in ijs ipſis Eccleſijs funus, exequiæq; fiunt. *ibid. Diæc. 2.*

108 Eandem ſpecialem facultatem reportabunt Sacerdotes, ſi in Eccleſijs, capellis, Oratorijſvè Virginum S. Vrſulæ celebrare volent. *Diæceſ. 32. tit. dichiar. intor. alle licenze di celeb. le Meſſe.*

109 Nullus celebret Miſſam in oratorijs, capellis, confraternitatibus ſæcularibus, quæ intrà

Digitized by Google

trà fines alicuius Parochiæ ſunt, feſtis diebus, niſi abſoluta concione Parochi, quæ fit intra Miſſarum ſolemnia, ſinè ſpeciali facultate Epiſcopi. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad celeb. Miſſ. §. nemini. Prou. 3. tit. de ijs, quæ pert. ad Miſſ. ſacr. §. quòd Prouinciali primo.*

110 Epiſcopus concedens, vel prorogans facultatem Miſſæ celebrandæ, videat, an poſſit Sacerdos muneri ſatisfacere; ſi Parochus, an cum ea facultate poſſit in Eccleſia Parochiali munera, quæ debet, præſtare, & alia officia obire, quibus diebus contigerit, ad feſtorum celebritatem, ad funus, exequias euocatus, cõuenire, Miſſaſquè celebrare. *Pro. 4. tit. quæ pert. ad S. Miſſ. Sacram. §. Epiſcopus in facultate. Inſt. pro celeb. Miſſ. tit. vtſup. Syn. Diœc. 3. dec. 24.*

111 Quãdo autem Parocho extrà paroch. Eccleſ. liceat celebrare, hoc poſſit in quauis Eccleſia, non tamen Monialium, & facultate in ſcriptis impetrata, ſinè qua, nè recipiatur à Sacriſta, vel Rectore Eccleſiæ. *ibid. Diœc, 3. decr. 24.*

112 Facultas celebrandi, neceſſaria non eſt in his caſibus, ſcilicet.

Si quis obligatione beneficij aut tituli celebrare velit, modò in propria ſit Eccleſia, Capella, Oratorio. *Diœc. 32. tit. Dichiarat. intor. alle licenze di celebr. le Meſſ.*

Item, ſi celebrare intendat deuotionis ergo, aut etiã eleemoſynę receptione, ſinè onere tamẽ perpetuo, aut ad certum tempus, in Eccleſia, Capella, Oratorio, cui eſt adſcriptus, aut habet titulum beneficij. *ibid.*

Si eadem ratione, Præpoſiti, & Curati in Eccleſijs, Oratorijs, Capellis propriæ Plebis, aut Parochiæ reſpectiuè; modo tamen in propria Eccleſia, aut parochia, celebrãdi obligationẽ eo die non habeant, aut non verſentur in caſibus, in quibus ſpecialis facultas requiritur. *ibid.*

Si Sacerdotes Diœceſani ſint, etiã Curati, celebrare velint in locis, vbi habentur Congregationes menſtruæ. *ibid.*

Si in Ciuitate cum ſint Vicarij Foranei facultatẽ à Vicario Generali, ſeù Viſitatore proprio ſubſcriptam habentes, celebrare velint, non tamen in caſibus, vbi ſpecialis facultas deſideratur. *ibid.*

Si occaſione feſtiuitatis; tunc enim ſufficiet facultas Præfecti Portæ, in Ciuitate; in Diœceſi, Vicarij Foranei, qui eos tantùm ab Archiep. appro-

Digitized by Google

batos admittet, neque ad alterum munus explendum eo die obligatos alibi, aut, ni ſaltem alios ſubſtituerint. *ibid.*

113 Eodem modo admitti poſſunt ad Eccleſias Monialiũ occaſione funeris, & exequiarum, Sacerdotes, à Curatis, Rectoribus, Præfectis, ſeruatis ijs, quæ ſuprà. *ibid.*

114 Ordinarij, & officiales Metropolitanæ Eccleſiæ, Archiepiſcopi familiares, Dignitates, Canonici Collegiati, & Curati, modò vt tales dignoſcãtur, & nõ in caſibus ſpecialem facultatem requirẽtibus, poſſint ſinè facultate celebrare in Eccleſijs, Oratorijs, capellis huius Ciuitatis, & Dięceſis. *ibid.*

115 Sacerdotes itẽ aduenę confinium huius Dięceſis, ſi litteras teſtimoniales deferant, ad feſtiuitates, & exequias admitti poſſunt, ſeruatis tamen alijs in hoc genere deſcriptis. *ib.*

116 Sacerdotes aduenę, tam ſeculares, quã Regulares deuotionis ergo hùc accedentes, ſi dimiſſorias litteras, & patentes Superiorum nõ ſuſpectas, nec antiquiores bimeſtri, ſi in Mediol. Prouinc., quadrimeſtri, verò ſi extrà in Ital. modò tamen alias litteras ordinariorum, & Superiorum non deferant teſtãtes, in eorum locis a primis illis tẽporibus fuiſse; poſſint abſquè alia facultate celebrare, etiam Romano Ritu in ſepulcro S. Caroli, In Eccleſia S. Mariæ ad S. Celſum, apud Sanctã Mariam Seroni, Rhaudi, montis apud Variſium, & in alijs etiã Ambroſianis Eccleſijs; in his tamen non ad altare maius. *ibid.*

117 Eadem facultate gaudeant in ijſdẽ Eccleſijs, & in ijs, vbi deſtinabuntur, Prædicatores Romano ritu vtentes, quo tẽpore cõciones habebunt; nõ tñ ad Altare maius, ſi minus nõ deſit. In ijs verò locis huius Dięceſis, vbi ritu ſolũ Romano diuina officia celebrãtur, ritu celebrent nõ Ambroſiano, ſed Rom. & Miſſali Pij V. iuſſu edito vtantur. *ibid. & Dięc. 3. decr. 19.*

118 Rectores, & Sacriſtæ etiam permittant Regulares huius Ciuitatis, & Diœceſis deuotionis, eleemoſynæ, feſtiuitatis, aut exequiarum cauſa cõuenientes in Eccleſijs, Capellis, Oratorijs Archiep. ſubiectis, celebrare, modò dignoſcantur eſſe ex aliqua familia Monaſterij, aut Collegij huius Ciuitatis, aut Dięceſis, aut habeãt patentes Superiorum litteras, aut Dimiſſorias, & in-

inſtructi Ambroſiano ritu eodem celebrent. *ibid.*

119 Aliquandò tamen iiſdē permittitur deuotionis tantùm cauſa ritu Romano in ijs Diœceſis locis, vbi tantùm ſunt Eccleſiæ Ambroſianæ, non tamen ad Altare maius, cum aliud ſit. *ibid.*

120 Specialis tamē facultas exigitur ab ijs, ſi deuotionis cauſa, ordinariò, aut cū eleemoſyna quouis modo, maximè cum onere perpetuo, vel ad tēpus, aut vbi caſus exigat ſpecialem facultatem, excepto caſu feſtiuitatis, & exequiarum. *ibid.*

121 In Eccleſia S. Mariæ Montis apud Varallū ſufficiat facultas, quæ exigitur in Eccleſijs non monialium. *ibid.*

122 Eccleſiaſtici, aut laici delinquentes in his Decretis, ad preſcriptum edicti ſuper hac re, pro culpæ grauitate puniētur; celebrantes verò contra præſcriptam hanc formam, pænas dabunt ad Canonum, & Concil. præſcriptum. *ibid.*

123 In litteris, conceſſæ, vel prorogatæ facultatis celebrandi, exprimantur, altaris, capellæ, & Eccleſiæ vbi illud ſitū eſt, & locus, & eleemoſynæ emolumentum, quod inde capitur; ſtati dies, nmerus Miſſarum, quas ſtatis diebus celebrare quis tenetur, ex onere à teſtatore, vel ab Epiſcopo impoſito. *ibid. Prou. 4. tit. quæ pert. ad S. Miſſ. ſacr. §. in litteris.*

124 Addatur, ſi alio nomine adſtrictus ſit Miſsā alibi celebrandi, idquè etiam à Parochialis curæ munere legati, vel alterius obligationis cauſa, in qua item Eccleſia, in quo altari, quibus certis, vel ſtatis diebus onus præſtare debeat, quantum emolumenti, eleemoſynęvè indè conſequatur. Si eleemoſyna ratione legati ſit à Viſitatore taxata, aut alia diſpoſitione, ſi obligatus ſit ad reſidendum in aliqua Eccleſia. *Diac. 32. ibid. Prou. 4. ibid. Diœc. 4. Decret. 30. decr. Feder. Borr. de elem. quantit.* 1620.

125 Si hęc non exprimantur, facultas conceſſa, reſciſſa ſit. *ibi Diœc. 4. decret.* 30.

126 Prorogationem facultatis, aut conceſſionē petens, prius exhibeat votū Prefecti Portę, aut Vicarij Foranei. *Diœc. 32. tit. vt ſup.*

127 Prorogatio hæc, aut cōceſſio, detur ad tēpus, vltrà quod non liceat celebrare. *Prou. 4. tit. vt ſup. §. tum poſtremò.*

128 Has cōceſſurus animaduertat, an facultates veris ſint notatę expreſſionibus, & ſubſcriptionibus: an quę aduęnis con-

conceduntur ſubſcriptæ ſint à Pręfecto, aut Viſitatore, aut Vicario Foraneo, an perſeueret conceſſio, qua ceſſata, & his deſideratis reijciẽdæ ſunt illæ facultates. *Diac.* 32. *ibid.*

129 Nulli ſuffragatur eadem facultas Sacerdoti, ſi ſextis ferijs Qradrag., etiam in Regularibus Eccleſijs, quouis titulo celebrarit ritu Ambroſiano. *ibid. & Diœceſ.* 3. *decret.* 20.

130 In omnibus ſacriſtijs, huius edicti exemplar affigatur, ſub pæna 10. aureorum ipſis Sacriſtis, vbi neglexerint id pręſtare. *ibid.*

131 Miſſæ tempore, miniſtri nè vagentur per Eccleſiam, neq; dent operã candelis vendendis. *Prouin.* 1. *tit. qua pert. ad celeb. Miſſ.* §. *Sacerdote.*

132 Candelas accendant, Miſſale, vrceolos, & alia pręparent priùs, quã ad altare accedat Sacerdos. Nequè priùs cõfeſſionem ordiatur, quã hęc omnia ſint diſpoſita. *ibid.* §. *Miniſtri.*

133 Viduæ ob maritorum mortem, ad ſummum, nè ampliùs mẽſe ſint ſine Miſſo, & nulla valeat cõtraria conſuetudo: Secùs faciẽtes cogat Epiſcopus etiam cenſuris. *ibid.* §. *viduæ.*

134 Qui audiũt Miſſam, aperto capite ſint, nec in foribus Eccleſiæ, vel extrà ſubſiſtãt, niſi neceſſitatis cauſa. Nequè ità propè ad altare accedant, vt indecorum ſit, & Sacerdos perturbetur, nec priùs diſcedant, quàm Sacerdos Euangeliũ abſoluerit in fine Miſſæ. *ibid.* §. *nè in foribus.* §. *Aperto capite.* §. *nè ità,* §. *nè prius.*

135 Clericus, qui debet inſeruire Miſſæ, nè preces horarias, aut aliud de libro, aut officio recitet. *Prouin.* 6. *tit. quæ ad Miſſ.* §. *Clericus.*

136 Capſulæ cum inſcriptione *Pro Miſſis,* vel in eis affixæ picturæ, oſſa mortuorum, capita, & ſimilia aptata in cellulis ad id conſtitutis prope Eccleſiam, patenti in loco, omninò tollantur, & in hoc inuigilent Præfecti Portarum in Vrbe, & Vicarij Foranei in Diœceſi, nec ſinè Archiep. facultate in ſcriptis illæ conſtruantur. *Diac.* 34. *c.* 3.

137 In Eccleſia, vbi coacti fuerint Sacerdotes, qui ad menſuales conuentus in Diœceſi accedunt, pręter Miſſam ſolẽnem, & tria defunctorum nocturna pro defunctis in eadẽ Eccleſia ſepultis, ſinguli, vel ſaltem ſex ex propioribus Miſſam cum applicatione ſacrificij habeant ordine pręſcribendo à Vicario. *Syn. Diœc.* 34. *c.* 6.

Ne

Digitized by Google

138 Ne quis Sacerdos applicet ſacrificium pro ijs, qui primò eleemoſynam obtulerit. *Syn. Diœc.* 35. *Decret.* 15.

139 Neq; ſub quouis prætextu eleemoſynam pro Miſſis celebrandis, & officio, petat quo die Conuentus habetur Menſtruæ Cong. *Syn. Diœc.* 34. *c.* 6.

140 Non ſatisfaciunt ſuo muneri Capellani, ſeu Sacerdotes aliquibus tantum diebus ad celebrandum obſtricti, ſi Miſſas anticipatè celebrent, vel in aliud tempus id facere differant, illas poſtmodum continuato dierum ordine celebraturi. *Synod. Diœc.* 33. *Decr.* 16.

141 Subditi Archiep. in celebratione Miſſarum concordent cum Callendario, quod annuatim editur, neq; pro libito ſecus præſtent. *Syn. Diœc.* 34. *c.* 3.

142 Nemo, ſub pœnis Archiep. arbitrarijs, tam in Ciuitate, quàm Diœceſi, licèt Prothonotarius, aut Referendarius, per Clericum deferri ſibi faciat Calicem ad Altare, nec duos habeat miniſtros, neq; bugià vtatur, & qui vſum habent Pontificalium, non niſi in iſtis celebrantes illis vtantur. *ibid.*

MISSA CONVENTVALIS.

1 In Collegiata Eccleſia ritus Ambroſiani, in Miſſa conuētuali canatur lectio antè Epiſtolam, & Pſalmellus. *Diœc.* 3. *Decret.* 18. Idem fiat in omni Eccleſia, in qua ob celebritatem, Miſſa, & diuina officia canuntur. *Diœc.* 11. *Mon. exec. Decr. quæ ad diu. off. pert.* §. *quo paulò.*

2 In Miſſa conuentuali cuiuſq; Eccleſiæ, ob diei feſti celebritatem, ſeù aliam cauſam, idē ſeruetur. *Diœc.* 11. *Mon. quæ ad diu. offic. pert.*

3 Quo die Præpoſitum Miſſam conuentualem cantare contigerit, nè propterea canonicus hebdomadarius Miſſam celebrare in eadem Eccleſia omittat, præſertim ſi pauci ſint ibi Sacerdotes, & Populus multus. *ibid.*

4 Anniuerſaria celebrētur poſt Primam ſemper; aliæ Miſſæ pro ſeptimo, & trigeſimo defunctorum, celebrari poterūt poſt Miſſam conuentualem ſtata hora celebratam. *ibid.*

5 In Miſſa conuentuali diebus Dominicis, & ſolemnibus, nō ſolum Diaconus, & Subdiaconus parati, ſed etiam Canonici nō Sacerdotes, & Clerici quicunquè, cōmunicent. *ibidem.*

6 Sub pena amiſſionis diſtributio-

Digitized by Google

tionum arbitrio Viſitatoris, aut Vicarij Foranei, non tamen vltra dies octo, alijſquè pænis arbitrarijs, pro modo culpæ. *ibid.*

7 Quæ præſcripta ſunt de Clericorum cōmunione, intelligātur & de ijs, qui parochiali Eccleſię adſcripti ſunt. *ibid.* 8.

8 Dominicis diebus, & feſtis duplicibus, Canonicus Hebdomadarius Miſſam cantet, niſi ijs diebus ad dignitates ſpectet, vel Eccleſiæ inſtituto, vel Epiſcopi iuſſu. *Prou.* 1. *tit. de Miſſ. ſolem.*

9 Alijs diebus, niſi de more ſit munus Canonici, idem præſtabunt Manſionarij, aut alij deſignati. *ibid.*

10 Qui ſolemnem Miſſā in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiali celebrare tenetur, & ſuo muneri defuerit; niſi impetrarit facultatem à Præſidente Chori, vel Sacriſta, ſoluat decem ſolidos in vſum Eccleſiæ, vel Sacriſtiæ erogandos arbitrio Epiſcopi, vel ei dandos, qui illius loco celebrauit. *ib.*

11 Qui impeditur, vt nequeat Miſsā celebrare, moneat maturè Sacriſtā, qui de alio ſufficiendo procuret. *ibid.*

12 Epiſcopo, & dignitate in Eccleſia prædito, & Canonico, feſto die celebrāti ſolemnem Miſsā, adſiſtat Sacerdos Pluuiali indutus. *ibid.* (Sed limitatur in Conc. Prou. 4.) vide in hoc tit. num. 26.

13 Vbi munus aſſiſtendi nulli tributum eſt, Epiſcopus cum capitulo tribuat, vel ſacerdotes eligat, qui in orbē id obeant. *ibid.*

14 Huius officij ſint immunes, Hebdomadarij, Magiſter chori, Punctatores. *ibid.*

15 Diaconus, & Subdiaconus ſacris veſtibus induti ijſdem miniſtrent. *ibid.*

16 Cum verò miniſtrant, Dominicis ſaltē, & ſolemnibus diebus, Euchariſtiam ſumant. *ibid.*

17 Alijs inferioribus, vbi id fieri poterit, ſaltē in maioribus Eccleſijs aſſiſtāt Diaconus, & Subdiaconus ſacris veſtibus induti. *ibid.*

18 Qui ex iure, ſtatuto, conſuetudine certis diebus altari miniſtrare debent, ſi deſint, eius horæ diſtributionem nè capiant, ſed aliqua pars eius diſtributionis detur ijs, qui Præfecti iuſſu eorum vices ſuppleuerint. *ibidem.*

19 Vbi nemini id munus in Eccleſia impoſitum eſt, id ſuſcipiant quibus Chori Præfectus mandarit. *ibid.*

20 Dum ſingulis præbēdis propria munera ab Epiſcopo aſſigna-

ſignabuntur, Diaconi, & Subdiaconi aſſignentur, qui eo fungantur munere. *ibid.*

21 Qui celebrare contempſerit, aut neglexerit, nō ſolùm tridui diſtributionibus careat, ſed etiam ab ordinis ſui munere ſuſpēdatur arbitrio Epiſcopi. *Prou. 2. decr. 4. tit. 2.*

22 Duæ Miſſæ cantentur, vna de Die, altera pro Defunctis, vel alia de cauſa, ſi occurrat. *Pro. 3. tit. de ijs, quæ pert. ad Miſſ. ſacrif. & Prou. 4. tit. quæ pert. ad SS. Miſſ. ſacrif.*

23 Sub pœna toti Capitulo amiſſionis diſtributionum illius diei, & alterius diei, & alio die ſuppleantur omiſſa. *Prou. 4. tit. vt ſup.*

24 Symbolum fidei totū à Choro, nō alternatim organo canatur. *Prou. 3. vt ſup.*

25 Tempore ſecretorū nihil canatur non probatum ab Epiſcopo. *ibid.*

26 Miſſa in Aurora Natiuitatis Domini cantetur in Cathedrali, & Collegiatis præſente omni clero, qui debet, & ſolet intereſſe. *Prou. 4. tit. vt ſup.*

27 Quicunquè defuerit, dimidia parte diſtributionis mulctetur, quam proportionaliter amitteret, ſi à Miſſa mediæ noctis abeſſet: modò legitimū non adſit impedimentū. *ibid.*

28 Idem fiat in Parochiali, ſi prima, & tertia Miſſa cantantur. *ibid.*

29 Aſſiſtens Pluuiale indutus, negatur omnibus, Epiſcopo excepto. *ibid.* (cōtra Decret. Prou. 1. Vide hic num. 12.)

30 In feſtis duplicibus; duo Canonici pro Diacono, & Subdiacono celebranti miniſtrēt. *Prou. 4. tit. vt ſup.*

31 Sicubi etiam alijs diebus idē fiat, ſeruetur: *ibid.*

32 Vbi verò eſt penuria Canonicorū, liceat Epiſcopo duos nō Canonicos in officio Diaconi, & Subdiaconi ſubſtituere. *ibid.*

33 Diebus etiam ferialibus omninò Miſſa cātetur cum Diacono, & Subdiacono in Collegiatis, niſi Epiſcopus aliud cenſuerit ob exiguum numerum miniſtrorum. *ibid.*

34 Pro Miſſa cantata nihil plus mercedis detur in aliquo feſto, niſi itineris ratio poſtulet aliud. *Diac. 32. cap. 13. §. Paroch.*

35 Pro ea Miſſa, quam Sacerdotes celebrare tenentur quotidiano ritu, nè à populo eleemoſyna petatur pro Miſſa ſolemniter cantata. *ibid.*

36 Remoueantur capſulæ cum Inſcriptione, *Pro celebrandis Miſſis defunctorum*, aut alio quocunquè titulo, nec ad hoc perquiratur eleemoſyna, & pro hoc abuſu tollen-

Digitized by Google

do laborent Viſitatores. *ibid.*

37 Si quid dubij in his decretis orietur, vnus Archiep. erit arbiter, nulliquè alij datur libertas, hæc, aut interpretandi, aut explicandi. *ibid.*

38 In Eccleſijs Collegiatis, in quibus Canonici ſolebant canere Miſſam diebus feſtiuis & Capellani, feriatis non eximuntur à celebratione Miſſæ conuentualis, feſtis diebus reductis ab *Vrb. 8. ann.* 1642. 13. *Sept. Syn. Diac.* 34. *c.* 1.

39 Mulieres ne aſſumantur in Matrinas in celebratione Miſſæ nouæ, & ab adminiſtratione Sacerdoti arceantur. *Syn. Diac.* 34. *c.* 3.

40 Nullus Sacerdos celebret Miſſam ſinè miniſtro veſte talari, & ſuperpelliceo induto. *Ibid.*

41 Neq; ſibi lineum collare demat ſacrum facturus. *ib.*

42 Neq; externus Sacerdos, ſub grauibus pœnis etiam corporalibus, ſiue ſecularis, ſiue regularis facere Sacrũ permittatur ſinè legitimis litteris Ordinarium, ſeu ſuperiorum teſtimonialibus, & dimiſſorijs ritè recognitis, *ib.*

43 Nullus Sacerdos ritu Ambroſiano celebrans, ſacrificium faciat in quadrageſima ſextis ferijs, neq; in Eccleſijs Regularium, etiam, vel funeris, vel exequiarum, vel alterius cuiuſq; rei oblata cauſa. Neq; regulares, licet Romano ritu celebrent, in dictis ferijs in Eccleſijs ritus Ambroſiani, etiamſi in ijs in Quadrag. concionentur. *Ib.*

MISSA PAROCHIALIS.

1 Intra Miſsam hanc nihil profanum de altari pronũcietur, euulgeturvè. *Diec.* 4. *decr.* 12. Nequè ſi ſolemnis *ſit. Prou.* 4. *tit. de Verbi Dei prædicat.*

2 Opportuno tẽpore celebretur, nequè ad cuiuſuis auctoritatem differatur. *Viſit. Apoſt. tit. ſuum etiam munus &c.*

3 Celebretur autẽ duabus circiter horis poſt ſolis ortum, tribus ſignis præmiſſis dimidiæ horæ interuallo diſtinctis *Prou.* 4. *tit. quæ pert. ad SS. Miſſæ ſacrif.*

4 Vbi plures Miſſæ, vna celebretur in aurora quotidiè, niſi feſtis diebus populus à Prædicatione cognoſcatur auerti. *Viſit. Apoſt. tit. ſuũ etiã.*

5 Nemini liceat celebrare in oratorijs ſodalitatũ, capellis, & alijs locis in Dominicis, & feſtis diebus, niſi abſoluta cõcione, quæ fit intra Miſsã Parochialem. *Prou.* 1. *tit. quæ pert. ad celeb. Miß.* §. *nemini. Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ pert. ad ſacr. Miſſ.* §. *quòd Prouinciali.*

6 Nequè antequàm abſoluta ſit

ſit Miſſa Parochialis in iiſdē locis, qui ſunt intrà fines Parochię alicuius, niſi Parochus ob cauſam dederit facultatē. *Pro.4.tit.qua pert.ad S.Miſſ.ſacr.* §.*ſi verò plures.*

7 Si per illud ſacrum, quod in Aurora fit, populus à Miſſa Parochiali auocetur, illud feſto die iubeat Epiſcopus poſt Miſſam Parochialem fieri. *ib.* §.*quòd ſi.*

8 Quod tamen ad horam celebrandi pertinet, Epiſcopi iudicio ſit pro temporum, & locorum ratione decernere. *ib.* §.*Epiſcopi.*

9 Proponatur in loco cōſpicuo tabella, in qua notetur diſtributio celebrationum, hora, altare, Sacerdos celebraturus *ibid.* §. *proindè.*

10 Nè cuiuſquā gratia, metuvè Miſſa anticipetur, aut differatur, ſed ea hora fiat, quæ populo ſit magis accōmodata, nevè concionem, quam in illa habere debent, vllo modo omittant. *Pro. 1.tit.quę pert. ad ſac.Miſſ.*§.*vt ibi.*

11 Qui imperio, aut cōtumelia, aut minis, aut vi contra hæc fecerit; ſi clericus eſt, & beneficium obtinet, eo priuetur; ſi non habeat, per quinquenniū ſit inhabilis ad habendum; ſi laicus, excōmunicationis pœnam ſubeat, & per decenniū quicquam feudi, aut emphyteoſis nomine conſequi ab Eccleſia non poſſit. *ibid.* §. *vt ibi.*

12 Parochi frequenter hortentur populos, vt audiant Miſſam in Parochiali, & conueniant ad audiendum verbum Dei. *ibid.* §. *Parochi.*

13 Moneant & patres familias, vt feſtis diebus, filios, & eos, qui paſcunt greges Miſſæ iubeant intereſſe. *ibid.*

14 Curandum eſt diligenter, vt fideles audiant Miſsā in Parochiali, & fructum capiant ex Parochi laboribus feſtis diebus. *Prou. 4. tit. qua pert. ad S. Miſſ.ſacr.*§.*curandum eſt.*

15 Monitoriæ litteræ hac de re, habentur. *Prouin.4. in Actis.*

MISSA PONTIFICALIS.

1 Epiſcopus Miſſam maiorem, & Veſperas, niſi impediatur, Paſchalibus, & alijs maioribus feſtis diebus cantet. *Pro. 1.tit.de Miſſ.ſolem.*§. *Epiſcopus.*

2 Item in Natiuitate Domini, Diebus Circumciſionis, Epiphaniæ, Cænæ Domini, Paſchæ Reſurect. Aſcenſionis, Pētecoſtes, Corporis Chriſti, S. Io. Baptiſtæ, SS. Apoſt. Petri, & Pauli, Aſſumptionis B. Virg., omnium Sanctorum, Sancti, Sanctævè, cuius nomine Eccleſia Cathedralis dedicata eſt, Præcipui Patroni Ciuitatis

uitatis, Anniuerſario die cō-ſecrationis Eccleſiæ, & ſuæ. Primo item Synodi Diæceſanæ, ſtatis diebus ad ſolemnes ordinationes: alijs pro ſuæ Eccleſiæ conſuetudine,& ijs, quibus ex graui præſertim cauſa Miſſæ Sacrificium ſolemni ritu celebrare eorum vnuſquiquè cenſuerit. *ibid.* §. *in Sanctiſſima Natiuit.*

3 Quo die Miſſam ſolemnē in Cathedrali habent, & Veſperas,& matutinū, ſolemni ritu ipſi obeant. *ibid.* §. *quo ſtudioſius.*

4 Nequè omittant intrà Miſſarum ſolemnia concionem ad populum. *ibid.* §. *Tum.*

5 Ad Miſſas Epiſcoporum ſolemnes conueniat populus, nec prius diſcedat, quam ab Epiſcopo benedictionem acceperit. *ibid.* §. *quarè.*

6 Ad hoc præſtandum,hortetur illum Parochus ſæpiùs.*ibid.* §. *vt id.*

7 Abeunte, vel impedito Epiſcopo,prima dignitas, vel hac abſente,ſecunda, vel dignior Canonicus id munus obeat, *ibid.*§. *cum Epiſcopus.*

8 Prçnunciētur Pōtificalis Miſſa, & Veſperæ die feſto proximè præcedenti, in Cathedrali, Collegiatis, & Parochia libus.*Prou.6.tit. quæ ad diu. off. pert.* §. *ſolemnes Miſſæ.*

9 In Miſſa ſolēni Epiphaniæ Domini, in Metropolitana Eccleſia poſt Euangelij recitationem,ab Archidiacono de ſugeſtu, vt moris eſt,vnà cum Paſchæ Reſurrectionis Domini denunciatione, indicetur ſtata dies habendæ, & ineundæ Synodi. *Diœc.* 4. *decr.* 45.§.*Certam.*

MISSIONES.

1 Deligentur ex vtroquè Clero Sacerdotes ſpectatæ vitæ,qui ſemel extrà ordinem ſingulis annis totam Diœceſim luſtrātes ſubditorum Epiſcopo cōfeſſiones excipiant,concionibus paſcant, ſacris myſterijs, & Doctrina Chriſtiana iam imbutos, cæteris diuinarum rerum auxilijs reddant inſtructiores.*Diœc.* 32. *cap.* 10. §. *Verùm præter.*

2 Quotquot prędictis Sacerdotibus peccata ſua confeſſi, & Euchariſtiæ cibo refecti fuerint, plenariam omnium peccatorum ſuorū Indulgentiam obtinebunt, ab Vrbano VIII.Pont. Max. conceſſam. *ibidem.*

MONIALES
Regularibus ſubiectæ.

1 Officiales Curiæ Archiepiſcopalis inuigilent,nè,non ſolum violetur monaſteriorū clauſura egreſſu, ingreſſuvè prophano,ſed, nè inter agendum,

dum, vel colloquendum cum Monialibus; ſiuè laici, ſiuè Regulares, aut quouis titulo, vel priuilegio gaudentes, aliquid aduerſus Eccleſiaſticas Cõſt. admittãt. *Diœc. 32. cap. 34.*

2 Si qui peccaſſe comperti fuerint ex Sac. Can. decreto in eos animaduertatur. *ibid.*

3 Miniſtri Curiæ Archiep. non ſolum Greg. 15. Conſt. cuius initium eſt *Inſcrutabili*, ſed Declarationes etiã Sac. Cõc. Trid. ſuper eadem Conſt. à S.D.N. Vrb. VIII. approbatas, curent diligentiſſimè obſeruari. *ibid.*

MONIALIVM
Confeſſarius.

1 Sint earum Confeſſarij ætate graues, litterati, moribus integri. Niſi neceſſitas poſtulet, ne ſit Parochus. Vbi ſunt duo Parochi, vel plures eiuſdem Parochiæ, ſaltẽ vnus ſit, qui ab hoc munere abſtineat. Nè verò plus, quam triennio in eo munere perſeueret. *Syn. Diœc. 34. c. 9.*

MONIALIVM
Ægrotantium cura.

1 Locus cõmunis Ægrotantiũ conſtituatur, extra cuius fines nè cubet ægrotans Monialis; nec in eo deliciarũ cauſa diutius moretur valetudine recuperata. *Prou. 4. tit. de Monial. §. communis.*

2 Ægrotantium curæ Præpoſitæ miſericordes, patientes, diligentes ſe præbeant infirmis. *Pro. 1. tit. de præfectis. §. quæ Præpoſita.*

3 Cibus ægrotis, & medicamẽta parentur, vt Monaſterij facultates tulerint. *ibid.*

4 Præfecta, ægrotas ſingulis diebus viſitet, ac vigilet, an neceſſaria prouideantur. *ibid.*

MONIALIVM
Auſcultatrices.

1 Audiẽdis reliquarum ſermonibus eæ præponantur, quæ ætate matura, & ſpectata probitate ſint. *Prou. 1. tit. de præfectis. §. Moniales reliquarum.*

2 Quidquid intùs & foris dictũ, factumvè fuerit, audiant, & animaduertant. *ibid.*

3 Si quid earum culpa cõmiſſum fuerit indignum Dei ancillis, grauiſſima pœna, ſui Superioris arbitrio puniantur. *ibid.*

MONIALIVM
Clauſura.

1 Nulli Moniali Profeſſæ liceat è Monaſterij ſeptis egredi, niſi ex cauſa legitima ab Epiſcopo approbanda. *Pro. 1. tit. de Clauſ. §. quemadmodum.*

2 Hæc facultas nè detur, niſi ex grauiſſima cauſa, & neceſſitate, & iis ſolũ Monialibus, quibus ex Sum. Pontif. conceſſu egredi permittatur. *ibid.*

3 Apoſtatæ, fugitiuæ, & delicti cauſa eiectę è Monaſterijs, qui cū ſacro veſtitu, aut ſinè illo vagantur cum ſcandalo Religionis, cogātur ab Epiſcopo, & ſuis Superioribus, implorato etiam ſeculari auxilio, ad ſua monaſteria redire, ibiquè delictorum pænas ſoluere *ib.*

4 Si iudicio Superiorū non reſtituendæ videātur in Monaſteria, inter Conuertitas adſcribantur cū bonis, quæ attulerunt ad Monaſterium. *ibid.*

5 Ea bona, illis defunctis, redeant ad prius Monaſterium. *ibid.*

6 Si quæ Monialis, etiam curæ Regularium ſubiecta, è clauſuræ finibus exierit ſinè facultate a Papa impetrata, agat in eam Epiſcopus cenſuris, aliiſquè iuris redemijs. *Prou. 5. tit. quæ ad Monial. §. contrà Mon.*

7 Occaſione correctionis, pænitentiæ, ſeu examinis in cauſis etiam criminalibus, Monialis nè educatur è clauſura ne ad breue quidem tempus, etiamſi in aliud Monaſteriū conducēda ſit. *Pro. 6. tit. quę ad Monial. §. occaſione.*

8 Monialis, quæ intrà ſepta Monaſterij, marē, aut fæminā cuiuſuis conditionis, ætatiſvè ſint, etiamſi matres aut ſorores, introduxerit, tribus menſibus in carcerem cōcludatur, ſextiſquè ferijs pane & acqua ieiunet, velum ad annum illi adimatur. *Pro. 1. tit. de Clauſ. §. ſi qua Monial.*

9 Præfecta Rotæ, Præfecta Monaſterij, aliæquè, quarum cōſenſu id factum fuerit, eādem pænam ſubeant. *ibid.*

10 Clericus Regularis, aut ſæcularis, laicus cuiuſcunquè gradus, dignitatis, cōditionis, diu, vel noctu Monialiū ſepta ingredi audens, prætet excommunicationis pænā ex Cōc. Triden. ſubeundam, alijs itē pęnis pro culpæ grauitate plectatur. *ibid.*

11 Si Eccleſiaſticus ſit, aut obtineat beneficia, ex voluntate Ordinarij, ſuorum ordinum munere prohibeatur, beneficijſquè ſuis priuetur. *ibid.*

12 Excipiuntur qui facultatem ſcripto ingrediendi exaratā quotannis renouandum habent, ob neceſſariam eorum operam Monaſterio. *ibid.*

13 Epiſcopus nè det hanc facultatem, niſi in caſibus neceſſarijs. *ibid.*

14 Statuat item, adhibitis omnibus Monaſteriorum Superioribus, quæ opera in Monaſterijs neceſſarium externorum ingreſſum requirant, & quā rationem in hac re præſcripſerit, ea ab omnibus etiā Regularibus inuiolate ſeruetur. *ibid.*

Digitized by Google

15 Euulgentur item hæ cauſæ. *Prou.4.tit.de monialibus.§. cauſa neceſſaria.*

16 Intrà ſepta Monaſterij, mares, & fæminæ cuiuſuis ordinis, etiãſi ſeruientes monialibus, licet ętate cõfecti, ne pernoctent, ſub pęna excommunicationis ipſo facto pernoctanti, tum Præfectæ permittenti, quibus addantur aliæ pænæ Superioris arbitratu. *ibid.§. intrà ſepta.*

17 In eiſdem ſeptis nè boues, equos & iumẽtà cuiuſuis generis alant. *ibid.*

18 Si contrà fiet, Præfecta per tres menſes ab officio amoueatur. *ibid.*

19 Iis, qui ob neceſſitatẽ facultatem ingrediendi habent, imperent illæ ſolum Moniales, quas Præfecta delegerit, aliæ nec imperent, nec alloquantur. *Prou. 4. tit. de Monial. §. Miniſtris.*

20 Cum in eo loco ſunt Moniales, vbi ab alijs, qui foris ſunt, etiam à concionatore, aut Superiore videri poſſunt, ſermoni, concioniuè interſunt, facie ſint operta contecta velo vſquè ad os deducto. *ibid. §. Moniales tum &c.*

21 Idem præſtent, cũ cuiuis, etiã medico obuiam prodeunt, illum excipiunt, vel deducunt. *ibid.*

22 Aliquot Medici probentur, quos etiam cõceſſu Superiorum Monaſterij intrà ſepta adhiberi liceat, vbi ob morbi grauitatem plures Medici requiruntur. *ibid. §. Probentur.*

23 Furnorum vſus in vnoquoq; Monaſt. introducatur, vt piſtores ab ingreſſu arceantur. *ibid.*

24 Si à Monialibus furnus expurgari, inflamariuè poſſit, nè ad hęc vir introducatur. *ib.*

25 Facultas ingrediendi ſepta Monaſterij, in ſcriptis detur, ſecus non ſuffragetur, niſi cũ Epiſcopo fiat ingreſſus. *Prou. 6. tit. qua ad Monial. §. facultas. Prou. 7. tit. de Monial. §. ſtatuimus.*

26 Ab vno Epiſcopo detur hęc facultas, neque eo præſente detur à Vicario Generali, qui eam dare poteſt ſolùm, cùm ſpeciatim ad hoc illi datur ab Epiſcopo facultas. Huic verò vni, & non alijs de mandetur. *ibid. §. Epiſcopus.*

27 Qui ex officio Epiſcopi, & Prælati ingrediendi facultatẽ habent, ex cauſa ingrediãtur, & vrgenti; paucos homines, ſeniores, & religioſos ſecum ducant, & Conſt. Greg. XIII. accuratè ſeruent. *ibid. §. Epiſcopi.*

28 Reliqui facultatem habẽtes ingrediendi ab Epiſcopo ingre-

grediantur quoquè ex vrgenti cauſa, ne ſubeāt excommunicationem à Greg. XIII. latã, à qua abſolui nequeunt, niſi per Sedem Apoſtol. *Prou.* 5. *tit. quæ ad Monial.* §. *caueant.*

29 Quæ anniuerſaria ex teſtamento debentur in Eccleſijs Monialiū fieri, ea prę̄ſtentur in exteriori Eccleſia. *ibid.* §. *nè præterea.*

30 Proceſſionis in ſolēnit. Corp. Chriſti faciēdę gratia, nullus Confeſſarius aut Superior ingrediatur ſepta Monaſt. nec vllum eo nomine ingredi patiatur Epiſcopus. *ibid.*

31 Nequè item cauſa benedicēdi, vel aqua benedicta Monaſterij loca aſpergendi. *ibid.*

32 Nequè cauſa veſtiendi puellas, aut ad profeſſionem admittendi. *ibid.*

33 Nequè Miſſæ celebrãdę cauſa, ſed tantùm cũ Epiſcopus Monialem conſecrare velit; quo caſu, nè moniales egrediantur, ſed Epiſcopus introeat cum neceſſarijs tantũ miniſtris, intuſquè celebret, ritũquè ex Põtificali conſecrãdi, ſeruet. *ibid.* §. *neq; Miſſæ.*

34 Si quis abſquè Epiſcopi facultate ingredi ſepta Monaſterij auſerit, pænam excommunicationis ipſo facto ſubeat à ſolo Pontif. Romano abſoluendus. *Prouin.* 6. *tit. de Monial.* §. *ſiquis, & Prou.* 7. *tit. de Monial.* §. *ſtatuimus.*

35 Singulis annis clauſuram viſitent Epiſcopi, ſaltem alternis, omnium etiam Regularibus ſubiectorum Monaſteriorum. *Prou.* 7 *tit. de Monial.* §. *quo circa.*

36 Si quæ, clauſuræ reſtitutioni, aut conſeruationi repugnarit, vel contradixerit, per cenſuras Eccleſiaſticas ab Epiſcopo compeſcatur. *ibid.*

37 Epiſcopus in viſitatione clauſuræ Monial. etiã Regularibus ſubiectarũ, diligenter inſpiciat facultates ſepta ingrediēdi, quas Præfecta apud ſe ſeruare debet, & poſtulanti Epiſcopo exibere. *Prou.* 7. *ibid.* §. *Epiſcopus.*

38 Quærat etiam è Monialibus, an clauſura inuiolatè ſeruetur. *ibid. & Pro.* 6. *tit. quæ ad Monial.* §. *Epiſcopus autem.*

39 Abbatiſſa, vel Prioriſſa, & aliç moniales, quç marē, vel fæminā intra ſepta Monaſterij ſinè Epiſcopi facultate admiſerint, ipſo facto excommunicationis pęnam ſubeāt, & afficiantur pænis, ac cenſuris, ſuſpēſione ab officio, priuatione ſuffragiorum, & alijs ad arbitrium, præter eas quæ à Greg. XIII. Conſt. ſtatuūtur *ibid.* §. *ſi quem marem. Prou.* 6. *tit. quæ ad Monial.* §. *Abbatiſſę.*

40 Sin-

40 Singuli Prouinciæ Epiſcopi, intra duos mẽſes, & deinceps quotannis, Edicto Epiſcopali Euulgent quæ de clauſurę cuſtodia cauenda ſunt. *Prou. 7. tit. de Monial. §. vt verò. Pro. 6. tit. quæ ad monial. §. quoniam.*

41 Edictũ verò quod vniuerſæ Prouinciæ cõmune ſit, vulgari lingua edatur, quotannis etiã promulgetur. *Prou. 7. ibid.*

42 Edicatur etiam Monialibus Regulariũ curæ ſubiectis. *ib.*

43 Epiſcopus, ſi expedire iudicet, peſſulum, vectemvè ſingulis oſtijs clauſuræ, ab exteriori parte claudendũ, apponi mãdet, arbitratu ſuo, & clauem cõmittat noctu probo, fidoq; viro. *Prou. 6. tit. quæ ad monial. §. quò autem.*

44 Promulgetur Bulla Pij V. ſemel in anno interdicens ſingulis cuiuſuis ordinis mulieribus ingreſſum in Monaſt., ſæpiùs etiã arbitrio Epiſcopi. *Pro. 3. tit. quædam quæ ad monial. pert. §. Conſtitutio illa.*

45 Exequatur Epiſcopus Bullã Greg. XIII. de clauſura non violanda. *ibid. §. quod SS.*

46 Curet eam exequi in omnibus Monaſterijs, etiam Regularibus ſubiectis. *ibid.*

47 Quæ non paruerit, pæna violatæ clauſuræ afficiatur. *ibid.*

48 Ad tuendam clauſurã caueatur, nè triticum, fruges, annona, in vllis monaſterijs, præterquam ad monaſterij vſum, & neceſſitatem, aſſeruetur. *Prouin. 4. tit. de monial. §. ad tuendam.*

MONIAL. COLLOCVTIO cum exteris.

1 Moniales cum nemine externo colloquantur, niſi licentiã ſcriptam, à Superiore Monaſterij obſignatam, aut ab eius ſubſtituto, & in Cancellaria Epiſcopali gratis ſcriptam detulerit. *Pro. 1. tit. de Clauſura. §. Moniales.*

2 Quę contrà fecerit, trium mẽſium facultate cum exteris loquendi priuetur, cuiuſuis ſexus ſint, etiã propinquis; & ſingulis ſextis ferijs eius tẽporis diſciplina afficiatur publicè, & oret pſalmo, Miſerere. *ibid.*

3 Licentiæ ſcripto allatæ, à Prę fectis rotæ accipiantur; & ad Præfectam Monaſterij priùs deferantur. *ibid. §. licentię.*

4 Præfecta Monaſt. legitimè recognoſcat licẽtias, & permittat cum ijs tantùm loqui Moniales, qui ſcripto exprimuntur; idq; ad communem collocutionis feneſtellam, non ad ianuã, nec in Eccleſia, aut alibi; præſentibus etiam arbitris ei muneri præfectis. *ibid.*

5 Accedentes ad colloquendũ citiſſimè ſe expediant. *ibid.*

Digitized by Google

6 Diebus quibus Euchariſtia ſumitur; item Aduentus, Quadrageſimæ, in vigilijs de præcepto, tempore diuinorũ officiorum, cum nemine colloquantur externo, niſi poſtulet neceſſitas: *ibid. §. non eſt ferendum*,

7 Auſcultatrices, & colloquentes cum externis, quæ audierint ab eis, nè cum aliqua cõmunicent; niſi ad ſe aliquid deferri Præfecta ex cauſa velit. *ibid. §. moniales*.

8 Vigilent Præfectę, & Auſcultatrices, nè quis ficto in ſcriptis nomine ad colloquendũ accedat. *ibid. §. vigilent*,

9 Qui deliquerit; is ab Epiſcopo; monialis quæ collocuta fuerit, quæq; ſcientes permiſerint, à ſuo Superiore, grauiter puniantur. *ibid.*

10 Patres, & fratres ſeruatis alijs regulis, poſſint cum filiabus, & ſororibus ſinè alia facultate loqui; nõ tamen ſepta ingredi. *ibid. & Prou. 4. tit. de monial. §. quòd in Concil.*

11 Nemini (quicunquè is ſit) liceat adire Monaſteria Monialium cauſa docendi cantũ figuratum. *Prouin. 1. ibid. §. nemini*.

12 Vbi intùs ſolũ à Monialibus ſonatur organo, poſſit Epiſcopus permittere alicui probato viro ad cõmunem feneſtellam collocutionis docere ſonandi artem tantùm. *ibid. §. in ijs tamen*.

13 Monialis diſcens, intus ſit ad eandem feneſtellam, cui aſſiſtent ſemper duæ audiendis ſermonibus præpoſitę. *ibid.*

14 Quę contrà fecerit, licèt Præfecta, velo priuetur, & alijs pęnis afficiatur arbitrio Superioris. *ibid.*

15 Quicunquè ſinè facultate acceſſerit ad Monaſt., & cũ moniali ſermonẽ habuerit, grauiter puniatur. *Prou. 1. tit. de clauſur. §. quicunq;*

Nè quidem nomine inuiſendi puellas tantùm, aut eas alloquendi, quæ ibi educãtur, ſub pænis Epiſcopo arbitrarijs, niſi habeatur facultas ſcripta, ab Epiſcopo, aut Vicario. *Pr. 6. tit. quæ ad Mon. §. nè quis. Prou. 7. tit. de Monial. §. nullus igitur*.

16 Nullus Regularis ſinè facultate Sacr. Congr. accedat ad Monaſteria, ſub pænis ab eadem Sac. Congreg. impoſitis. *Prou. 3. tit. de Monial. §. nulli itẽ*.

17 Regulares cũ ſororibus monialibus ſemel in anno loqui poſſint ſuperiorum permiſſu, præsẽtibus Auſcultatricibus; ſi quos verò ſecũ adduxerint, loqui cum Monialibus non poſſint, ſub eadem pæna, ac ſi ſinè facultate loquerentur. *Prou. 1. tit. de Concionat. Confeſſ. viſit.*

Digitized by Google

viſit. §. Regularibus.

18 Nullus, cuiuſcunq; ſit gradus aut ſtatus, poteſtatem cuiquã faciat, aut colloquendi, aut ingrediẽdi Monaſt. Monial. quauis conſuetudine, ſtatuto, lege, priuilegijſvè, etiam à Sede Apoſt. roboratis antè Conc. Trid. promulgationẽ. *Prou. 6. ibid. §. neque.*

19 Qui contra fecerit, pænam excommunicationis ipſo facto incurat, & alias Epiſcopi arbitrio. *ibid.*

20 Quę monialis abſque legitima facultate, vt ſuprà, obtenta, quemquam admiſerit ad collocutionem, aut loca rotarum, biennio, omni ſuffragio mulctetur. *ibid. §. quæ verò. & Pr. 7. tit. demon. §. Pænis item.*

21 Iterùm delinquens, ab Epiſcopo eius arbitrio puniatur. tertiò verò, excõmunicationem ipſo facto ſubeat. *ibid.*

22 Præfecta Monaſt. facultates omnes, tam colloquendi, quã ingrediendi intrà ſepta, ſeruet apud ſe, oſtẽdendas Epiſcopo viſitanti, & poſtulanti, & referendas in regeſtum. *ib.*

23 Collocutionum loca, tã interna, quã externa, perpetuò clauſa ſint claui, quæ apud Præfectam cuſtodiatur. *ib. §. collocutionum loca.*

24 Diebus ad colloquẽdum vetitis, clauis adhibeatur oſtio loci exterioris collocutio iũ in Monaſterijs; quæ clauis noctu ab Epiſcopo cõmittatur Cõfeſſario, alijvè pio viro, arbitratu ſuo. *ib. §. vt autem.*

25 Ijs diebus nè det clauem, niſi habenti ab Epiſcopo facultatem in ſcriptis. *ibid.*

26 Deligat Epiſcopus aliquot ſolertos, & pios viros, qui feſtis maximè diebus ſingula Monaſteria, etiam regularibus ſubiecta, foris vndiquè perſpiciant, & videant ſi quid minùs rectè ſe habeat, & an quis ſinè facultate cum monialibus loquatur. *Pr. 4. tit. de Monial. §. viri aliquot pij.*

MONIALIVM communes leges.

1 Abrogata ſit facultas in Cõc. Prou. 1. data, vt monialis organiſta ſonãdi artem Epiſcopi conceſſu docere poſſit exteros, ſed hac arte perita poſſit alias Moniales inſtruere. *Prou. 2. tit. capita quadam. cap. 3.*

2 Atramentum, calamũ, aliudvè ad ſcribendum aptum, habeat priuatim in cubiculo, vel alibì. *Prou. 5. tit. quæ ad Moniales pert. § monialis.*

3 Si quandò ſcribere velit, faciat conceſſu Præfectæ. *ibid.*

4 Inquirat autem Præfecta ſcribendi cauſam, & approbet, det ad ſcribendum opportuna, quæ repetat finita ſcriptione

Digitized by Google

tione, & ſcripta videat. *ibid.*

5 Libros apud ſe Monialis non habeat, niſi Epiſcopi ſcripto, aut eius, cui id curæ dederit, approbatos. *ibid.*

6 Nè Moniales benedictionē, thurificionemvè ſibi mutuò, nequè alijs impartiantur. *Pro. 4. tit. quæ pert. ad ſac. ord. §. nè verò laici.*

7 Fructuum, florumvè vaſa, eos vendendi cauſa, nè teneantur in Monaſterijs. *Prou. 4. tit. de monial. §. fructuum.*

8 Offellæ, aut vendendi, aut donandi cauſa, nè conficiātur à Moniali, aut Monaſt. *Prou. 1. tit. de clauſura. & Prou. 4. tit. de Monial. §. offulas.*

9 Abſtineat Monialis à dandis muneribus. *ibid.*

10 Per rotā, aut Monaſterij portam nè detur eleemoſyna, ſed per Curatores locorum piorum, aut per alios pios viros, qui procul à Monaſterio id faciant. *ibid. §. eleemoſina.*

11 Medicamēta, quæ foras dari, aut vendi permittuntur, dentur ſolū ab aromataria ſeniore, & Monaſterij, non priuato nomine dentur. *ibid.*

12 Nō liceat Moniali ijs qui extrà clauſtra sūt, parare medicamenta, manum admouere medēdi cauſa, vel aliud quidquam exercere pertinens ad rē medicam. *ibidem. §. Moniali.*

13 Vbi in priuatis cellis extructus eſt caminus, ità obſtruatur, vt in eo accēdi ignis nequeat. *ibid. §. caminus.*

14 Cum verò obſtruitur, cardines euellantur ad perpetuitatem, Idem ſit de feneſtris, & oſtijs obſtruendis. *ibid.*

MONIALIVM communis victus.

1 Curetur omninò, vt communis vitæ ratio, & vſus introducatur. *Prou. 4. tit. de monial. §. curetur.*

2 In victu, & veſtitu eluceat cōmunitas, & indiferentia. Omnis proprietas, & poſſeſſio, etiam rei ad neceſſitatem cōceſſæ, arceatur. *Prou. 1. tit de communi vict. §. in omnibus.*

3 Monaſterij prouentus, eleemoſynæ; quæſtus ex laboribus, liuelli, legata, bona mobilia, & immobilia, ex teſtamēto, donatione, aliavè cauſa relicta, ad cōmunem Monaſterij vtilitatem conferantur. *ibid.*

4 Pręfecta, ex ijs ipſis bonis maximè prouideat illius neceſſitati, ad quam pertinerēt, niſi obſtaret votū paupertatis. *ib.*

5 Cōfeſſores, & Præfectæ ſuadeant Monialibus, vt veſtes lineas, laneas, vel pelliceas, vel cuiuſuis generis, in communi loco ſeruandas tradāt, & præficiendas ex Monialibus

bus duas, quo tempore mutātur officia, illis veſtibus excutiendis, purgandis, ſarciendis; vtquè opus fuerit ſororibus eas diſtribuat, & nullus apud ſe præter ad quotidianum vſum neceſſarias habeant. *ib.* §. *vtq; omnis*.

6 Aegrotarum veſtes, & contagionis nomine ſuſpectæ, ſeparatim cuſtodiãtur, aut apud ipſas relinquantur. *ibid.*

7 In vnoquoq; Monaſterio, locus communis veſtiũ ſtatuatur, in quo indumẽta cuiuſuis generis, veſteſquè omnes aſſeruentur, nec in cellulis, aliovè loco priuatìm reponantur, quod eo ipſo tempore neceſſarium non ſit. *Prou. 4. tit. de monial.* §. *in vnoquoque*. *Et* §. *in loco veſti ario*.

8 Dona, quę ſingulis mittũtur, ad Præfectam adferantur, illiſq; nulla vtatur, ſine facultate præfectæ. *Prou. 1. tit. de communi victu.* §. *Bona*.

9 Nulli permittat Præfecta nũmos apud ſe habere. *ibid.*

10 Nequè medicos quouis nomine, nequè de Præfectæ cõſenſu; niſi officij ratio alitèr poſtulet. *Pro. 4. tit. de monial.* §. *Monialis*.

11 Secùs faciẽs, puniatur vt proprietaria, etiam Præfecta, quæ permiſerit, & Monialis, quæ reſciuerit, & biduì ſpatio rem Præfectæ non denunciauerit. *ibid.* §. *quam pænam*.

12 Inquirat Præfecta cũ diſcretis ter in ſingulos annos, cellas, & ſupellectilem ſingularũ, & ſi quid proprij, aut ſuperflui ſit, ſeruetur. *ibid.* §. *ter*.

13 Vbì proprietaria depręhenſa fuerit, biennio priuata ſit actiua, & paſſiua voce; puniaturq; iuxtà ſui ordinis cõſtitut. maximè vbì furtìm ex cõmuni, aut alicuius vſui deſtinato ſibi aliquid vindicarit. *ibid.*

14 Speculum, catellus, vnguenta, ſuffimenta, e monaſterio auferantur, & apud quam hęc fuerint puniatur acriter. *ibid.*

15 Quęcunquè monialis, eleemoſynas, donationes, legationes, venditiones, cuiuſcũquè ſint generis, facere prohibetur. *ibid.*

16 Secùs faciẽs, per menſem velo priuetur, ter diſciplina ſe affliget. *ibid.*

17 Poſſit Pręfecta, aliquid deuotionis, & religionis cauſa cõcedere elargiendum propinquis, & bene merentibus. *ibid.*

18 Communi campanulæ ſono ad menſam omnes conueniant benedicendam à Præfecta, Vicaria, vel maiori diſcreta, eis abſentibus. *ibid.*

19 Ordine decumbant, gratias agant priuſquam diſcedant. *ibid.*

20 Inobedientes, vno die obſonio priuẽtur, & in vltimo loco ad menſam recũbant. *ibid.*

21 Ad primam, & ſecundam mẽſam, manè, & Veſperi ſpiritualis liber legatur. *ibid.* §. *manè &c.*

22 Vno loco dormiant omnes, aſſeruante Præfecta loci claues apud ſe. *ibid.*

23 Communis dormitionis locus vbiquè ſtatuatur. *Prou. 4. tit. de mon.* §. *Antiquus.*

24 Singulæ in ſingulis lectis, & cellis dormiant, vbì ſufficiẽs cellarum numerus. *ibid.* §. *ſingulæ autem.*

25 Cellæ, diù, noctuquè apertæ ſint. *ibid.*

26 Dato ſigno receſſus, clauſoq; dormitorio, viſitet Præfecta, vel Vicaria, aut vna ex diſcretis omnes cellas, & an omnes ſuis dormiant locis. *ibid.* §. *dato autem ſigno.*

MONIALIVM Conuerſæ.

1 Nè amplius hæ ſint in funere ducendo, ſed cogãtur in monaſterium redire, Si renuant, deferantur illorũ nomina ad Epiſcopum, qui eas, & cogat intrà ſepta ſtare, & puniat. *Diæc. 2. decret. 34.*

2 Quæ de clauſura, etiam conuerſis, ſeruanda præſcripſit Greg. XIII., ſeruari ad ijs curet Epiſcopus. Et vbi non paruerint, puniãtur pæna violatæ clauſuræ. *Pro. 3. tit. quædam, quæ ad Mon.* §. *quod SS.*

3 Quæ de eadẽ clauſura à conuerſis ſeruanda Pius V. decreuit, etiam ſeruari curet Epiſcopus. *Prou. 2. cap. 1.*

4 Si quis obſtiterit quominùs executioni mandetur, ſex mẽſium ſpatio conſulat Pontif. quidq; præſcripſerit, præſtet. *ibid.*

5 Eandem à Regularibus diligentiam ſeruari curet. *ibid.*

6 Nè fęminæ ſæculares monialibus veſtibus indutę ad funus prodeant. *Diæc. 2. decr. 34.*

MONIALIVM cura temporalis.

1 Miniſtræ bonorum monaſterij fideles ſint, & acuratam eorum rationem præſcriptam habeãt. *Prou. 1. tit. de Præfectis.* §. *Præfecta.*

2 Singulis tribus menſibus ad capitulum sũmatìm referant rationes dati, & accepti. *ibid.*

3 Singulis annis, rerum omniũ, quæ adminiſtrarint, rationẽ, Superiori ſeparatim reddant, aut eius Vicario aut, ſi fuerint, curatoribus, Monaſterijs deputatis. *ib. & Prou. 4. tit. de monial.* § *ſingulis annis.*

4 Quantum verò tritici, vini, obſonij, cæterorumq; ad annuam ſuſtentationem vnicuiquè Monaſterio ſatis eſſe iudicarit

dicarit

Digitized by Google

dicarit Epiſcopus, id ipſe accuratè præſcribat. *Pro. 4. ibid.*

5 In præſcripta adminiſtratione, ſi negligẽs fuerit Pręfecta, ab officij ſui munere ſuſpendatur. *ibid.*

6 Si quæ miniſtra ſibi vindicarit, aut perperam perdiderit monaſterij bona, arbitrio Superioris puniatur. *Prou. 1. ibid.* §. *quæ autem*.

7 In ſingulis monaſterijs ſit capſa, in qua cõmunis pecunia aſſeruetur, quę duabus diuerſis clauibus claudatur, quarũ vna apud Præfectam Monaſterij, altera apud maiorem Diſcretam aſſeruetur. *ibid.* §. *vt autem*.

8 Aperiri capſa, in ea quid collocari, ab eadem quid auferri non poſſit, niſi Præfecta, maior diſcreta, & ſcriba monialis, quæ eius rationem ineat, interfuerint. *ibid.* §. *nec verò*.

9 Duabus item clauibus diuerſis, horrei locus, & vbi farina aſſeruatur, claudatur, quæ ſingulæ à ſingulis matribus ei officio Præfectis cuſtodiãtur, cumquè aliquid exportatur, vel importatur, adſint. *ibid.* §. *Duabus item*.

10 Præfecta, & moniales, bona Monaſterij alienare, permutare, locare, contrahere non poſſint, niſi ſciente, conſentiente, & præſente earum Superiore, aut eius Vicario, ſeruatiſquè à iure ſeruandis; ſecùs irritus ſit contractus. *ibid.* §. *præfecta*.

11 Nequè ædificare poſſint ſinè conſenſu Superioris, eorumquè, qui monaſterij curatores ſunt. *ibid.*

12 Iſti verò videant, vt quam minimo poteſt ſumptus fiat *ibid.*

13 Si quæ alienationes bonorũ iuriumq; Monaſterij alicuius fient, de ijs certior fiat Epiſcopus. *Prou. 4. ibid. vt ſup.* §. *quamobrem*.

14 Bonorum verò, & iuriũ omnium, ad quodcunq; Monaſterium, etiam regularibus ſubiectum, ſpectantium, fiat inuentarium ſexmeſtrũ ſpatio, ad archiuium Archiep. deferendum, nè fraus fiat, numero Monialium ab Epiſcopo præfinito. *ibid.* §. *Bonorum*.

15 Conſtituantur ab Epiſcopo ſingulis Monaſterijs curæ ſuę ſubiectis, Curatores, ſi non habeant, qui ab Epiſcopo tamen omnes, & ſinguli amoueri poſſint. *ibid.* §. *ij verò*.

16 His certæ Regulæ præſcribãtur ad muneris ſui partes rectè cognoſcendas. *ibidem.* §. *Monaſterij*.

17 Sinè curatorum permiſſu, æs alienum, quod quinquaginta nummorũ aureorum ſummã exce-

excedat, nè in vllo monaſterio contrahatur. *ibid.* §. *Aes alienum*.

18 In magni tamen momenti rebus, conſulant Curatores Epiſcopum. *ibid.*

19 Nè ſæcularibus negotijs moniales ſe implicent. *ibid.* §. *nè ſæcularibus*.

20 Epiſcopus curet Monialium prædia locari, idquè ſub haſta auctione facta, niſi aliud expedire cenſuerit. *ibid.*

21 Famuli, & Procuratores, nè à Præfecta admittãtur, ni priùs ſuperior, ætatem, & mores illorum probarit. *Prou. 1. tit. de concionat. Confeſſ.* §. *Præfecta*.

22 Ab eodem ſuperiore probẽtur nunc Monialibus ſeruientes. *ibid.*

23 Iſti ſint, Tonſores, Medici, furno, aut priſtino præpoſiti, & ij, quibus introeundum ſit intrà ſepta Monaſt. *ibid.*

24 Res monaſterij procurantes, quotannis reddant ſuæ adminiſtrationis rationem ijs, ad quos ſpectat. *ibid.*

MONIALIVM cura ſpiritualis.

1 Superiores, quorum curę Sanctimonialium monaſteria commendata ſunt, ineunte anno tranſmittant ad Epiſcopum eorum omnium Regularium Indicem, Qui Confeſſarij, vel alterius officij neceſſariũ munus obire debent. Si quos mutari cõtigerit, eorum item nomina ad Epiſcopum deferantur. *Prou. 7. tit. de Monial.* §. *ſuperiores*.

2 Concionatores Monialiũ, bis ſaltem in ſingulos menſes ad cancellos collocutionis monialium, vel ad feneſtellas Eccleſiæ, Dei verbum prædicẽt. *Prou. 1. tit. de Concion. Confeſſ. Viſit.* §. *qui Monaſterijs*.

3 Concionatoribus tamen, nè liceat cum monialibus ſeparatim colloqui, ſinè licentia Superioris Monaſterij. *ibid.* §. *Conc.*

4 Confeſſores prouecti, & prudentes præficiantur monialibus, qui ſaltẽ ſemel in ſingulos menſes audiant peccata monialium, & Euchariſtiam adminiſtrent. *ibidem.* §. *Præficiantur*.

5 Confeſſor Regularis, nè monialium peccata audiat, niſi priùs ab eius Superioribus probatus fuerit, & probationẽ oſtenderit Epiſcopo, aut Vicario, vbi fuerit monaſteriũ. *ibid.* §. *nemo Regularis*.

6 Nullus Monialium confeſſor vltra triẽnium eſſe poſſit, niſi iuſta cauſa probetur ab Epiſcopo, aut ſuperiori ſuo, ſi Regularis ſit. *ibid.*

7 Monaſterij ſepta confeſſor nè ingrediatur niſi aliqua de cauſa à

ſa à Superiore probata, aut cauſa adminiſtrandi Sacramenta periculosè laboranti. *ibidem ÿdem*.

8 Cum verò ingreditur, & ibì moratur, duę, aut tres moniales antiquiores illũ comitentur. *ibid. §. quo tempore*.

9 Idem præſtent quotieſcunq; alius ingreditur, licèt Superior, aut Viſitator. *ibid. §. Eademquè*.

10 Detur tamen priùs ſignum campanæ ſe recipiendi, cum quis ingreditur, & vbi præfecta hoc nõ ſeruarit, ab officio remoueatur, Superioris arbitrio. *ibid.*

11 Confeſſores, nè in foreſterijs cibi capiendi cauſa morẽtur, niſi tempore Confeſſionis. *ibid. §. Confeſſores*.

12 Nequè ibi noctu cubent; niſi inſtante mortis periculo alicuius Monialis; aut vbi nõ eſt propinquum Monaſterio habitaculum. *ibidem. §. Cõfeſſores*.

13 Nulli cõfeſſori liceat aſſiduè habitare forìs in foreſterijs, & ædibus Monialium, aut earũ ſumptibus ibì viuere; nec ſi in loco Monaſterium tangente, feneſtræ, aut rotæ ſint, & ſi ſunt, muro obſtruantur. *ibid. §. nemini*.

14 Vbi Moniales confitentur; clatri lamina, & linea tela feneſtellulæ eius loci ſit, vt remoueri nequeat; videri non poſſint, ſed audiri moniales. *ibid. §. Clatri*.

15 Qui Confeſſor in ijs deliquerit, priuetur officio, & facultas illud monaſteriũ adeũdi, diuinaquè adminiſtrãdi adimatur, arbitrio Superioris. *ib. §. qui verò*.

16 Eandem pęnam ſubeant Regulares, alijq; clerici, qui ſomnum, aut cibum in locis collocutionũ, aut foreſterijs monialiũ capiẽt; qui minùs, quã ſecundo gradu cognationis coniunctis munera dederint monialibus, aut ab eis acceperint. *ibid. §. eandem*.

17 Poſſint ſuperiores ſuo arbitratu cũ illis colloqui, veſci, & cubare in foreſterijs, cum viſitant; modò ibi monaſteria ſui ordinis non habeant. *ibid.*

18 Vbi illa habuerint, in illis diuerſentur. *ibid.*

19 Viſitantes nihil accipant à monialibus. *ibid. §. ÿdem*.

20 Inopes ſuperiores poſſint viuere ſumptu monialium, cum eas viſitant; aut eas adeunt vtilitate ipſarum. *ibid.*

21 Cõfeſſor extraordinarius detur monialibus quotannis. *ib. §. Preterea*.

22 Nè ſit Extraordinarius, qui ſemel ordinarius fuit, niſi aliter Epiſcopus iudicarit. *Pro. 3. tit. quadam qua ad mon. §. qui ordi-*

narius Confeſſor.

23 Confeſſarij,neque à ſingulis, neque ab vniuerſis, neque à Præfecta, ne Monaſterij quidem nomine, quidquam accipiant,licèt minimum, niſi ſi quid detur annuæ certæ portionis,iuſſu Epiſcopi,ad ſuſtẽtationem. *ibid.* §. *Confeſſarij.*

24 Hæc portio detur certa pecuniæ ſumma, niſi Epiſcopus alitèr conceſſerit. *Prou.* 4. *tit. de Monial.* §.*quibus verò.*

25 Nequè aliquid accipiant prętextu illo, quòd ſint dona Eccleſiaſtica, vt corporalia, & huiuſmodi, aut opere, artificiovè elaboratum; Nequè laborem,aut opus, quod in purgandis,ſarciendis, vel reficiẽdis veſtibus ponitur. *Prou.* 4. *ibidem.*§. *Confeſſarij,& Capellani.*

26 Eadem, qua Confeſſarij,lege nè quidquam accipiant Capellani, ſacerdotes, & miniſtri monialium. *ibid.*

27 Niſi ratione ſtipendij aliquid eis detur, Epiſcopi permiſſu, certa pecunia erogandum. *ibid.*§.*quibus verò.*

28 Sacerdotes verò diuinam rẽ facturi, in Eccleſijs monialiũ benè audiant, & à Superiore monaſterij probentur. *Pro.* 1. *tit. de Concionat. Confeſſ. viſit.* §. *Sacerdotes.*

29 Ducti mercede, non à Monialibus,ſed à Superiore, aut eius iuſſu, à Confeſſore Monialium deligantur. *ibid,*

30 Iſti, nè colloquantur cũ Monialibus, niſi cũ facultate in ſcriptis. Poſſint tamen cum Sacriſtis ad rotam Eccleſiæ, de ijs,quæ ad Miſſæ ſacrif. neceſſaria ſunt. *ibid.*

31 Item poſſint loqui cum Pręfecta, & de rebus quæ ad ſuũ munus ſolummodò ſpectant. *Prou.*4.*tit. de Monial.*§.*cum qua.*

32 Si ſecùs fecerint,cũ Moniales, tum Capellani, Epiſcopi arbitrio punientur. *ibid.*

33 Socij quoquè Confeſſorum, ſint ętate prouecti, à Superiore ſuo probati, neq; cum aliqua moniali loqui poſſint, niſi cum Rotæ Præfecta, aut foreſteriæ,ſi quid confeſſoribus ſit opus, cum cõfeſſiones audiunt, ſub pæna ijs danda, qui ſinè facultate loquuntur cũ monial. *ibid.* §. *Socij Confeſſ.*

34 In ſingulis Monaſterijs quotidiè legatur caput vnum conſtitutionum Regulæ,aut ordinis,cui adſtrictæ sũt Moniales, & legatur ab aliqua Moniali,cæteris profeſſis audientibus,incipiẽdo à primo & procedẽdo ordine, ad extremum caput. *Prou.* 1. *tit. de propria Regula* §. *quia.*

35 Conſtitutiones etiã has prouinciales frequenter legant Moniales, quas Confeſſarij

illis

illis ſemel legant in vulgarē linguam conuerſas. *ibid.*

MONIALIVM
Diſcretæ.

1 Diſcretæ, probitate, & prudentia cæteris Monialibus antecellant. *Prou. 1. tit. de Præfectis. §. Diſcretæ.*

2 Vbi Moniales plures non ſint 40. ſint quatuor Diſcretæ; ſi plures, ſint ſex. *ibid.*

MONIALIVM
Diuina officia.

1 Moniales omnes die noctéq; chorum frequentent, & ſacris officijs interſint, illis ſolùm exceptis quarum præfecta iuſti impedimenti excuſationem acceperit. *Pro. 1. tit. de diu. offic. §. cum ad Sanctimoniales.*

2 Adſint initiò diuinorum officiorum congruenti ſui ordinis veſtitu, in proprijs locis vſq; ad finem, nec priùs indè diſcedant, quam maior in choro ſignum diſceſſus dederit. *ibid. §. Adſint.*

3 Soni, cantus non ſpiritualis, colloquia, riſus, amoueantur. *ibid. §. ſoni.*

4 Qui contrà fecerit, Præfectæ arbitrio puniatur pro modo culpæ. *ibid.*

5 Moniales Velatæ, Conuerſæ, præter horas canonicas, & eas orationes, quas ex officio recitare debent, quotidiè in chorum conuenientes, per horam vacent orationi mentali. Semihora manè poſt matutinū; altera verò ſemihora poſt nonam, aut completorium. *ibid.*

6 Meditentur verò vitã, & Doctrinam D. N. I. C. eiuſq; myſteria, & quatuor nouiſſima. *ibid.*

7 Nè in choro, aut ſeptis, ſed in publica Eccleſia aſſeruetur SS. Chriſti corpus. *ibid. §. quoniam.*

8 Diebus feſtis poſt diuina officia, vacent lectioni ſpirituali coniunctim, vel ſeparatim. *ibid. §. Diebus feſtis.*

9 Superior, aut Confeſſor videat, nè inanibus lectionibus vacent, ſed omnes monaſterij libros perſpiciat, & recognoſcat, & ſingulas cogat ſingulos proferre in virtute Sanctæ obedientiæ. *ibid. §. quòd nè.*

10 Organum impoſterùm nè conſtituatur, ni priùs locus probetur à Superiori, vbi ponendū eſt. *Prou. 1. tit. de Clauſura. §. organum autem.*

11 Nè intùs moniales, aut foris per alios vtantur alijs muſicis inſtrumentis, quàm organo, & Narpicordio. *ibid.*

12 Muſicum item inſtrumentū, Muſici, & cantus figuratus, in exteriori Eccleſia omni tem-

Digitized by Google

pore prohibentur. *Prou.* 4. *tit. de Monial.* §. *quod de cantu*.

13 In exteriori verò Eccleſia nihil præter Miſſam ab alijs canatur. *ibid.* §. *nec verò*.

14 Nè magnifici, aut ſumptuoſi apparatus fiant, cum feſtus Eccleſiæ Monialium celebratur. *Pro.* 1. *tit. de Concion. Viſit.* §. *nè magnifici*.

15 In ijs etiam feſtis diebus, muſici, figuratum cantum, aut quotuis muſicum inſtrumentum adhibentes, nè admittantur. *ibid.*

MONIALIVM Eccleſiæ.

1 In Eccleſijs Monialiũ nemo celebret Miſſam, ſinè ſpeciali facultate, exceptis ijs diebus, cum ibi funus, exequiævè fiunt. *Diœc.* 2. *decret.* 8. *Prou.* 2. *tit.* 2. *Decret.* 3.

2 Qui contrà admiſſerit, à Miſſæ celebratione ſuſpẽſus ſit Epiſcopi arbitrio *Prou.* 2. *ibid.*

3 Non ipſofactò ſubeant hanc ſuſpenſionis pęnam. Ità limitatur. *Prouin.* 3. *tit. de ijs, quæ pert. ad Miſſ. ſacr.* §. *Sacerdotem.*

4 In Parochialibus Eccleſijs, quæ Monialium Monaſterijs annexæ ſunt, perpetui Vicarij conſtituantur. *Prouin.* 1. *tit. de Concionat.* §. *in Parochialib.*

MONIALIVM Ianitrices.

1 Ianuæ ſeptorum Monaſterij ſemper ſint clauſæ, vna ſaltẽ claue ab antiquiore Ianitrice ſeruanda. *Prou.* 1. *tit. de Præfectis &c.* §. *Ianua.*

2 Nunquã aperiantur, niſi duabus Ianitricibus præſentibus. *ibid.*

3 Noctu claudantur duabus diuerſis clauibus, quarum vna apud Præfectam, altera apud antiquiorem Ianitricem ſit. *ibid.*

4 Cum ianuæ aperiuntur, nè moniales conueniant videndi, aut cũ mare, ſeù fæmina colloquendi cauſa. *ibidem* §. *cum autem.*

5 Quæ ſecùs fecerit, in cellam includatur, quamdiù videbitur Superiori: Ianitrix verò, quæ id ſua culpa permiſerit, aut Superiori non detulerit, eadem pæna plectatur. *ibid.*

MONIALIVM Monaſteria.

1 Quæ extra męnia ſunt locorum, in vrbes, vel oppida transferantur; non tamen in Eccleſias ſæculares, vbi animarum cura geritur. *Prou.* 3. *tit. quædam, quæ ad Monial.* §. *quæ Monial.*

2 Habeant duas tantùm ianuas ad illorum ſepta. *Prou.* 4. *tit. de monial.* §. *Monaſterium.*

3 Vna

3 Vna iumentis, & curribus, alia alijs commodis ſeruiat. *ibid.*

4 Vbì vna ſufficit, nè altera addatur. *ibid.*

5 Conſtet è duplici, & firmo aſſere, & ſit ſinè rimula. *ibid.*

6 Limen ſit è ſolido marmore, ſtrictìm portæ cohærens. *ib.*

7 Ianua curruum, & iumentorum, altera ex firmis aſſeribus adiungatur in ipſo Monaſterio ad cancelli ſpeciem, à prima ianua paululùm diſtans, formaquè ſit ad præſcriptum fabricæ Eccleſiaſticæ. *ibid.*

8 Ad alteram ianuam, vbi rota, quam turnum vocant, adiungetur, aſſiſtent duæ Moniales Ianitrices. *ibid.*

9 Hæ tres Ianuæ claudātur clauibus fabrili opere diuerſis; quarum vnā, etiam die, Prefecta Monaſterij; alteram, quæ profeſſione antiquior eſt, apud ſe perpetuò habeat.

10 Omnes Rotæ amoueantur, præter illam ianuę communi adiunctam; alteram in parlatorio; tertiam in cellula confeſſionum, & quartā in Eccleſia ad ſacras veſtes recipiendas Miſſæ Sacrificio neceſſariam. *ibid.* §. *Rotæ omnes*.

11 Cibus omnis, etiam Confeſſarij, detur è communi Rota. *ibid.*

12 Singulis rotis è parte anteriori Monaſterij adiungatur vncus, nè rota pro libito verti queat. *ibid.*

13 Vbì plura parlatoria, in vno tantùm rota ſit, Iudicio Superiorum. *ibid.*

14 Rotæ in Eccleſiam ſpectanti binæ valuæ ligneæ apponantur; tam ab interiori, quàm ab exteriori parte. Interiorum verò claues teneantur à Præfecta; exteriorum, à Capellano. *ib.*

15 Rotarum altitudo, non maior ſit cubito, & vncijs octo latitudo, cubitalis. Rota verò Confeſſionis, minor ſit ab omni parte dimidia præſcripta quantitate. *ibid.*

16 Nulla feneſtra è Monaſterio in Eccleſiam, ſacriſtiamvè exteriorem ſpectet, ac nè rima quidē in ea extet, vndè aſpectus, aut collocutio fieri poſſit. *ibid.* §. *nulla*.

17 Feneſtra, qua hoſtiæ eleuatio proſpicitur, altior nè ſit duobus cubitis, & 12. vncijs; lata verò, vt altaris latitudo eſt. *ibid.*

18 Feneſtræ munitę, clathra ferrea configantur, diſtintia duo palmi ſpatio. *ibid.*

19 Virgæ ferreæ eiuſdē clathræ inter ſe diſtent ſolùm tribus vncijs. *ibid.*

20 Ità inſerantur inter ſe, vt dimoueri nequeant. *ibid.*

Digitized by Google

21 Valuis ab interiori parte claudantur, ſera, & claui apud Prçfectam ſeruanda.

22 Quæ feneſtræ à latere altaris, Eccleſiæ vè, aut loco Superiori ſunt, vt Moniales eos, qui in Eccleſia exteriore ſunt, intueri poſſunt, deſtruantur, & extruatur ſuper altare ad præſcriptum inſtructionum, vndè Miſſæ ſacrificiū intueri Moniales poſſunt. *ibid.*

23 Feneſtella ad Eccleſiam verſus ſpectās, vndè ſumunt Moniales Euchariſtiam ità altè fabricetur, vt Sacerdos genua flectere non cogatur, ſed commodè ſtare poſſit. *ibid.* §. *feneſtella.*

24 Huic feneſtellæ, valuç ligneæ parietem æquantes apponantur: earūmq; clauis apud Confeſſarium perpetuò ſit. *ibid,*

25 In altari maiori ſolùm, Sanctiſſimum Sacram. ſeruetur, ardente lampade ſemper in interiori Eccleſia, & in exteriori quoq; cum fores patent, *ibid.*

26 Reliquiæ verò Sacrç, in feneſtella in pariete interioris Eccleſiç defixa ſeruentur, quæ aperiri ab exteriori tantùm Eccleſiæ parte, poſſit. *ibid.*

27 Tribus iſta clauibus diuerſo opere fabricatis claudatur, quarum vna pænes Epiſcopum, Confeſſarium altera, altera apud Præfectam ſit. *ib.*

28 Feneſtella Confeſſionum altitudinis vnciarum 16. latitudinis, 12. tantum ſit. Septa verò ſit clathris ferreis, lamina ferrea, foraminum, inſtar ciceris tenuuium plena, panno lineo nigro obducta, ligneis tabulis affixa, itaut diuelli facilè nequeat. *ibid.* §. *feneſt. Confeſſ.*

29 Feneſtellæ collocutionum, duos habeant fereos clathros, ſeu cancellos; qui ſaltem palmo alter ab altero diſtent, *Prou.* 1. *tit. de clauſura.* §. *vt igitur,*

30 Inter virgas ferreas, quibus cancelli conſtant, vncia tantum interſit. *ibid.*

31 Ita ſint ſolidæ illæ virgæ, vt flecti nequeant. *ibid.*

32 Intimo cancello, quò ad colloquēdum accedunt Moniales, ferrea lamina apingatur, quæ moueri nequeat, ſitquè exiguis foraminibus perforata. Apponatur itē lineus pannus nigri coloris ligneis tabellis affixus inſtar feneſtræ, quæ aperiri poſſit, cum erit loquendum. *ibid.*

33 Fieri in ea lamina poſſit quadrata feneſtellula nouem vnciarum, eiuſquè clauis cuſtodiatur à Præfecta. *ibid.*

34 Liceat hæc aperiri tantùm, cum colloquendum ſit cum Epiſcopo, Superioribus, parentibus, fratribus Monialiū alijſq;

Digitized by Google

alijſq; arctiſſimè coniunctis generis propinquitate; cum audiēdus ſit Sacer ſermo, aut conficiēdum aliquod inſtrumentum. *ibid. & Prou. 4. tit. de Monial. §. nè feneſtra laminæ.*

35 Quæ Moniales, vel lege, vel conſuetudine ab exteris hominibus conſpici nunquam ſolent, huius feneſtellulę cōceſſione non gaudeant. *ibid.*

36 In vllo Monaſterio Monial. etiam Regularibus ſubiecto, vlla feneſtra, oſtium, foramē ſit, vndè aliquis proſpectus ſit extrà Monaſterium, neq; aperiatur, aut pateſiat ſinè Epiſcopi conceſſu. *Prou. 4. tit. ſup. §. è feneſtra in vllo.*

37 Feneſtræ, cancelli, loci, per quos in externam Eccleſiā proſpectus pateat Monialibus, tollantur, præter feneſtram Rotæ, Communionis, & ad videndam hoſtię elationem in Miſſa, quæ perpetuò lineo pāno contecta ſit; tuncquè ſolùm amoueatur, cum Sacerdos eleuat hoſtiā; &ità ſit fabrefacta, vt Sacerdos celebrans nequeat moniales videre. *Prou. 1. tit. de Clauſur. §. omnes.*

38 In foreſterijs vllæ feneſtræ, nè exiguę quidem inſint, quę in Monaſterium ſpectent. *Pr. 4. tit. de Monial. §. nè in locis.*

39 Parlatoria interna, eadem ſpatij circūſcriptione, nullo interiecto pariete cōtineantur, vt ab Auſcultatricibus exaudiri poſſint omnes collocutiones. *Prou. 4. tit. de Monial. §. loca.*

40 Eadē parlatoria ſemper ſint clauſa, eorumquè claues ſint apud antiquiorem Auſcultatricem; nec aperiantur niſi longioris ſermonis cauſa. Ianitrix verò ex clathrata ianuæ feneſtellula reſpondeat, clauſa ianua; Rotariæ, ex Rota, pulſantibus reſpondeant. Cum autem intùs ſint loquentes in parlatorijs, hæc ſemper pateant. *Prou. 1. tit. vt ſup. §. oſtia locorum.*

41 Oſtia, per quæ à ſeptis Monaſterij ad exteriorem Eccleſiam patet aditus, ad menſē obſtruantur. Id verò negligens Præfecta, officio, velo, Superioris arbitrio priuetur. *ibid.*

42 E vicinorum ædibus, nè inſpiciantur Monaſteria, maximè ſi fratrum, aut presbyterorum ædes illi immineant. Tollantur idcircò, ſi expediat, altiùs parietes eorum ſumptibus, quorum intereſſe iudicauerint Epiſcopus, & Monaſteriorum Curatores, quacunq; appellatione remota. *ibid. §. curent Epiſcopi.*

43 Vt Moniales ab externorum aſpe-

aſpectu, & auditu ſint liberæ, & ſecurè eis liceat per monaſteriũ ambulare, curent Epiſcopi, implorato ſæcularium principum auxilio. *ibid.*

44 Vndè Monialium aſpectus fieri poſſit, nè Regulares in ea loca migrent in poſterum, nec aedes illarum Monaſterijs proximas ædificandi cauſa emant. *ibid.*

45 Id ipſum præſtent Moniales. *ibid.*

46 Aedes proximæ Monaſterijs Monialium, nè famoſis mulieribus locentur; nèvè ibidẽ ſpectacula, cantus, ſaltus, ludi, prophanæ, inaneſvè res exerceantur. *ibid.*

47 Tecta hoſpitij, & aliarum cuiuſuis generis domorum penitùs diſiungantur à tectis monialium. *Prou. 4. tit. vt ſup. §. tecta.*

48 Vbi à vicinorum, & maximè Religioſorum proſpectu caueri omninò non poteſt; feneſtræ monialium, ſi aliundè recipere lumen poſſunt, obſtruãtur, ſin minus, prouideatur ſtructura in Inſtructionibus demonſtrata; & idipſum fiat de porticibus, & logijs, vt aiunt. *ibid. §. quibus Monaſt.*

49 Horti nimis latè patentes in Monaſterijs, in anguſtiores fines concludantur, Vbi quotidiana cultoris opera indigeant. *ibid.*

50 In nouorum Monaſteriorũ ſtructura obſeruetur in poſterũ, vt nulla eorũ feneſtra, aut ſpecula, aliò, quàm intus Monaſterij ſeptum ſpectet. *ibid. §. quando.*

51 Idem ſeptum claudatur porticibus clauſtriſvè, non ſimplici pariete. *ibid.*

52 In eiuſdem medio conſtitui poteſt viridarium. *ibid.*

53 Aedificata Monaſt. recõcinnari ad hanc formam curet Epiſcopus, quo ad eius fieri poteſt. *ibid.*

54 Epiſcopus exequatur Bullam Greg. XIII. de oſtiolo obſtruendo, quo aditus è Monaſterio patet ad exteriorem Eccleſiam. *Prou. 3. tit. quædam, quæ ad Mon. §. quod Sanctiſs.*

55 Idipſum exequatur in Monaſterijs etiam Regularibus ſubiectis. *ibid.*

V. *Fori Eccl. & Secul. Concord.* vbi, de Virginibus Variſij. cap. 13.

MONIALIVM
Magiſtra nouitiarum.

1 Nulla, nouitiarũ curã habeat, niſi ſola Magiſtra electa, & id etiã loco à cæteris ſeparato *Prou. 1. tit. de Præfectis. §. nouitiarum.*

2 Quæ hoc munus, nouitiã aliquam inſtruendi, ſibi temere aſſumpſerit, iure ſuffragij actiuè, & paſſiuè priuetur, arbitrio Superioris. *ibid.*

MO-

MONIALIVM numerus.

1 Is numerus ſtatuatur, qui pro modo, & facultate loci, & cõſuetis eleemoſynis ſuſtentari commodè poſſit; idque faciat Epiſcopus intrà annum. *Pro. 1. tit. de Monial. numer. §. ex Trid.*

2 Hunc numerum augeri nè liceat, niſi facta acceſſione fructuum annua, quæ ſufficere poſſit. *ibid.*

3 Vbì duodecim non ſunt profeſſæ, & velatæ, quæq; Monaſterij fructibus, & eleemoſynis ali nequeunt, eas transferat Epiſcopus ad aliud Monaſterium eiuſdem ordinis, aut cum alijs vniat, & ſi Regularium Monaſteria ſint, conuocet Superiores illorũ ad hoc *ibid. §. Monaſteria.*

4 Si verò non expediat vnio, ſinat Epiſcopus eas tempore interire, dempta omni facultate alias acceptandi. *ibid.*

5 Horum verò Monaſteria, & fructus attribuantur ijs locis, quibus ex legibus eius ordinis deberi videbuntur. *ibid.*

6 In domicilijs pœnitentiũ mulierum non conſtituatur certus numerus. *Prou. 6. tit. qua ad Monial. §. nec verò.*

7 Exequatur Epiſcopus Bullã Greg. XIII. de certo monialium numero conſtituendo. *Prou. 3. §. quadam, qua ad Monial. §. quòd.*

8 Id etiã efficiat in Monaſterijs Regularibus ſubiectis. *ibid.*

9 Quod Pius V. de monialium numero decreuit, id ipſum ſeruari curet. *Prou. 2. c. 1.*

MONIALIVM laborum Præfecta.

1 Communis laborerij locus quam primùm conſtituatur. *Prouin. 4. tit. de Monial. §. in vno quoquè.*

2 Vna, aut duæ moniales maturæ, & prudẽtes præficiantur monialium laboribus. *Prou. 1. tit. de Præfectis, & alijs miniſtris &c. §. quo tempore.*

3 Ad rotam hæ recipiant elaboranda, idoneis, quæ opus ſunt, diſtribuant; rebus perfectis ex eadem rota reſtituant, mercede recepta, ea præſente, quæ rotæ præeſt. *ibid.*

4 Cognatorum aut affinium nihil elaborandum vlla recipiat. *ibid.*

5 Secùs faciens diſciplina caſtigetur ſingulis vicibus in ipſo laborerio. *ibid.*

6 Non iuſta cauſa abſtinens ab huiuſmodi laboribus, obſonio priuetur quo tẽpore non laborauerit. *ibid.*

7 In loco laborerij lectio quotidiè adhibeatur ſpiritualis. *ib.*

8 Curent Pręfectæ laborum, nè profani ſermones, inanis cantus,

tus, aut à monialium inſtituto abhorrens, nec dicatur, nec canatur in loco laborerij. *ib.* §. *Curet laborum, & Prou. 4. tit. vt ſup.*

9 Nulla monialis, exceptis ianitricibus, aliquid quidquã laboret, quam in cõmuni laborerij loco. *Pro. 4. tit. vt ſup.* §. *nè Monialis.*

10 Laborum Magiſtra librũ habeat, in quo quidquid ex laboribus lucri capitur, diligenter exaret. *ibid.*

11 In operibus, vel reſtituendis, vel recipiendis, nulla alia monialis ſe ingerat, niſi laborum magiſtra, cui aliquã ſociam, peritiorem adhibere liceat, ſi neceſſe ſit. *ibid.*

12 Nè ſint in Monaſterio multiplicia laboreria. *ibid.*

MONIALIVM officialium electio.

1 Epiſcopi poſt duos menſes à promulgatione harum conſt. Abbatiſſas, ſeu Præfectas quaſcunquè, quæ ſuum officium perpetuum eſſe profitentur, edicto, ſi opus ſit, moneat, ſub pæna priuationis ipſo facto, vt iura ſibi à Sede Apoſt. conceſſa, ad alterum menſem ſibi, aut eorum Vicarijs, ſimul etiã Superioribus illarum, ſi regulares ſint, exhibeant. *Prou. 1. tit. de Præfectis.* §. *Epiſcopi.*

2 Quæ eo tempore non exhibuerint, declaret Epiſcopus illas priuatas eo dignitatis gradu, & aliæ in earum loco ſufficiantur. *ibid.*

3 Honores, & officia, cuiuſuis generis ſint, ſui monaſterij, directè, vel indirectè, per ſe, vel per alias nè quærat Monialis, ſub ea pæna, vt tribus ſextis ferijs ad pedes ſingularum tã quærens, quam fauentes quærenti, deoſculētur terram, ſuã ambitionem accuſent, & ſi officium fuerit conſecuta, eo, cæteriſquè muneribus, Superioris arbitrio, priuetur. *ibid.* §. *nulla.*

4 Præfecta, quocunquè nomine appelletur, nè minor eligatur 40. annis; quæquè in vitæ honeſtæ laude vixerit octo annis. *ibid.* §. *Præfecta.*

5 Vbi in eodē Monaſterio huiuſmodi non reperiatur, ex alio eiuſdem ordinis eligi poſſit. *ibid.*

6 Vbi & in hoc videatur Superiori incommodum, poſſit ex eodem Monaſterio eligi maior natu 30. annis, quæquè ſaltem quinquēnio à profeſſione laudabiliter vixerit. *ibid.*

7 In reliquis ſeruentur ſingulorum ordinum Conſt. *ibid.*

8 Præfectæ, Vicariæ, Diſcretæ, quæ a Capitulo eligi ſolent, tacitis ſuffragijs eligantur coram

ràm Superiore, aut eius miniſtro,qui ſtet extra Cancellos, ſeu clatros. *ibid.* §. *huiuſmodi*.

9 Eligi tamẽ ad hæc officia iſtæ non poſſint, niſi Pręfecta habeat duas ex tribus partibus calculorum, vel accedat. *ibid.*

10 Vicaria,& Diſcretæ, pluribus dimidia parte creentur. *ibid.*

11 Vbi plures germanæ moniales ſint in eodem Monaſterio, ſi vna ex illis Præfecta eligatur, nulla ex alijs gaudere poſſit officio,aut Vicariæ, aut Diſcretæ,aut Scribæ,aut Ianitricis, aut celerariæ. *ibid.*

12 Minora officia,ab eo qui electioni præeſt, vnà cum confeſſore, Præfecta, Vicaria, Diſcretis, tribuantur quibus pro eorum conſcientia oportunũ videbitur. *ibidem.* §. *Minora verò*.

13 Vbi tamen hæc minora officia capituli ſuffragijs eligi conſueuerunt, nihil hoc decreto in illis Monaſterijs ſit derogatum. *ibid.*

14 Officia, duorum ſint, aut triũ ad ſummum annorum, vbi eſt conſuetudo. *ibid.*

15 Tantumdem ſaltem temporis vacent ab ijſdem officijs officiales; nec in ijs confirmari poſſint, niſi graui de cauſa, iuditio Superioris. *ibid.*

16 Si malè adminiſtrarint, poſſint antè tempus præfinitum

amoueri. *ibidem.*

17 Ad officia delectæ, nè recuſent exequi. Quæ aliter fecerit ſinè iuſta cauſa à Superiori probata, iure ſuffragij actiuè, & paſſiuè priuetur, arbitrio Superioris. *ibid.* §. *quæ delecta*.

MONIALIVM Præfecta.

1 Pręfecta Monialium,illorum animę,& corporis ſaluti conſulat, ad perfectionem vitæ hortetur, pacem, & concordiam inter eas ſeruet, videat nè vlla alterius officium occupet, niſi auxilij cauſa, ipſiuſquè iuſſu, vt ſilentium ſeruetur, acerrimè puniat eas, quæ reliquarũ pacem, & concordiam turbarint, etiam per Superiorem Monialium. *Pro.* 1. *tit. de Præfectis.* §. *Præfecta*.

2 Huic omnes Moniales obedientiam præſtent. *ib.* §. *huic*.

3 Huius iuſſa negligens, recuſans impoſitam pęnitentiam, ſuperbè,aut iniuriosè reſpondens,excuſando,defendendo, impediens, nè illa reprehendat, aut caſtiget errãtes, à Diſcretis accuſetur ad Superiores,quæ ſi facere neglexerint, diſciplinam ſibi ſemel adhibeant, & humi cibum capiant. *ibid.*

4 Singulis hebdomadis Capitulum culparum habeat. *ibid.* §. *ſingulis*.

5 Impoſitam in hoc capitulo pænitentiam à Præfecta, nè recuſent moniales, nequè ſuperioris temporis delicta ſibi inuicem obijciant. *ibid. §. caueant.*

6 Quæ hoc cōmiſerit, ad pedes ſingularum Monialium exoſculetur terram, & diſciplinā faciat. *ibid. §. qua.*

7 In negotijs paulò grauioribus nihil decernat Præfecta, niſi ſciant,& cōſentiant Diſcretę. *ibid. §. in negotijs.*

8 In ijs, quæ maioris ſunt deliberationis, capitulum vniuerſum conuocet, in quo illi ſtetur, quod maior pars capituli decreuerit. *ibid. §. in ijs.*

9 In omnibus, tacitis ſuffragijs vtantur, nec calculos inter ſe tradant in manus. *ibid.*

10 Quæ id commiſerit, priuetur Capitulo, nequè eligere, neq; eligi poſſit ſuffragio, arbitrio Superioris. *ibid.*

11 Nulla poſſit ſuffragium ferre, niſi triennio poſt profeſſionem. *ibid.*

MONIALIVM Nouitiæ.

1 Præfecta, quæ Virginē aliquā non explorata per Epiſcopū eius volūtate, examinevè adhibito, religioſum habitum ſuſcipere, aut profeſſionē facere permiſerit, ab Epiſcopo ſeuerè puniatur. *Prouin. 5. tit. quæ ad Monial. §. ſi quæ Monialium.*

2 Ne concedatur facultas induendi habitum religioſum, niſi per publicum Inſtrumentum conſtet de depoſito cum effectu facto dotis ſpiritualis in loco pro temporum varietate ab Archiep. approbando. *Syn. Diæc. 35. decr. 56.*

MONIALIVM Profeſſio.

1 Nulla nouitia ad profeſſionē admittatur antè tempus pręſcriptum à Sac. Concil. Trid. *Prou. 1. tit. de nouitijs. §. quoniam*

2 Moneat Præfecta Monaſt. triginta ante diebus Epiſcopum, de tempore profeſſuræ vt, vel per ſe, vel alium delegatum de profeſſurę voluntate, de conditionibus ad eius regulę obſeruantiam requiſitis, de idoneo Monaſterio, inquirat; rei votorumquè grauitatem demonſtret; vinculū, cum quo ſe vult obſtringi profeſſura intelligat. *ibid. §. Præfecta.*

3 Si id facere neglexerit Præfecta, amoueatur ab officio quamdiù Epiſcopo videbitur. *ibid.*

4 Nouitia examinetur extrà ſepta Monaſterij, & in publica eius Monaſterij Eccleſia. *ib.*

5 Eleemoſynæ gratia datum ad profeſſam ſuſtentandam; id, quo

quo tempore puella religionis habitum ſuſcipiet, apud virum, monialibus, & earum ſuperiori probatum, deponatur. *ibid.* §. *quod verò*.

6 Nulla bonorum renuntiatio fiat à nouitia, niſi duobus mẽſibus antè profeſſionem, & facultate ab Epiſcopo, vel eius Vicario priùs impetrata. *ibid.* §. *nulla autem*.

7 Nulla ad profeſſionẽ admittatur, quæ legere, aut officiũ dicere neſciat. *ibid.* §. *et quoniam*.

8 Qui eam examinare tenetur, id debet experiri. *ibid.*

9 Diei, & anni, quo profeſſio facta eſt, mentio fiat in libro ad hunc vſum confecto, manu eius, quæ ſcribæ officio fungitur. *ibidem.* §. *Profeſſionis. autem.*

10 Eidem libro ſubſcribat Profeſſa (ſi ſciat) & Superior, qui eam profeſſam fecerit. *ibid.*

11 Quo die profitetur, vel veſtitur, in foreſterijs, vel ædibus Monialium, ab eius propinquis, & amicis, nè conuiuia fiant, nevè bellaria dentur. *ib.* §. *quo die*.

12 Puella ad profeſſionem recipienda, recipiatur ſuffragijs occultè latis; idquè ſeruetur etiam in monaſterijs ſubiectis Regularibus. *Prou. 4. tit. de Monial.* §. *puellæ cum ad cætera*.

13 Pęnitentibus mulieribus liceat profeſſionem emittere, ea ętate, eoquè temporis probationis ſpatio, quibus iure communi permiſſum eſt, aut proprijs conſtitutionibus cautum. *Prou. 6. tit. quæ ad Monial. pert.* §. *in ijs mulieribus*.

14 Compertę inhabiles ad profeſſionẽ, aut recuſantes emittere, nè è Monaſterijs eijciantur, niſi cauſis à iure permiſſis. *ibid.*

15 In earum renuntiatione, & obligatione, conſtitutiones earum, & Superioris earum, aut ius commune ſeruetur. *ibid.*

16 Si quid in anno probationis nouitiæ dederint, mulieresvè acceperint, pœnis plectantur, niſi ſpeciatim aliter caueatur. *ibid.*

17 Poſſit Epiſcopus prorogare illarum probationis, & nouitiatus tẽpus, mulieres verò inhabiles ad officium, & velum nigrum ſuſcipiẽdum, etiam ſi illarum domus cõuerſis opus non habeat, contrà inſtitutum repellatur. *ibid.*

18 Profeſſionem excipiẽdi cauſa, veſtiendi, Confirmationẽ miniſtrandi, nè Epiſcopus, Superior, etiam Regularis, aut Cõfeſſarius ſepta Monaſt. ingrediatur, ſed à feneſtella vndè porrigitur Sanctiſſimũ Sacramentũ monialibus, omnia

nia hæc miniſtrentur. *Prou. 5. tit. quæ ad monial. §. nec etiam cum veſtibus.*

19 Ratio veſtiendi,& profitendi ineatur ad præſcriptum libri edendi auctoritate Concil. Prouin. 5. *ibid. §. vt & in puellis.*

20 Præfecta Monaſt., nè admittat ad profeſſionem vllam antè examen Epiſcopi, ſub graui pæna ab eodem infligenda. *ibid. §. ſi qua.*

21 Examinetur autem nouitia antè profeſſionem ad crates Monaſterij, nec è ſeptis egrediatur; modò ad rectius inueſtigandam nouitiæ voluntatē Epiſcopus non iudicet educendam in Eccleſiam exteriorem Monialium, aut aliā vicinam Eccleſiam. *ibid. §. cum nouitia.*

22 Examen autem fiat ſpectantibus,non tamen audientibus duab⁹ matronis propinquioribus,ſi fieri poteſt,vel ab ipſa nouitia, vel à monialibus deligendis. *ibid. quæ in Eccleſia.*

MONIALIVM Receptio.

1 Oblata puella ad ſuſcipiendū habitum Religionis, Præfecta, & Superiores, cum eorū conſenſus requiritur, admoneant Parentes, vel offerentes, non cogendas puellas ad ſuſcipiendum habitum Mo-

nialium,ſub pæna excommunicationis. *Prou. 1. tit. de puellis ad relig. adm.*

2 Petens recipi, illius propoſitum tentetur, nec per plura Monaſt. vagari permittatur. *Pro. 4.tit.de Monial. §. cū puella.*

3 In ijs Monaſterijs, vbi minor ſit numerus quinquaginta, duæ tātùm, aut tres germanæ ſorores vnius generis, & familiæ: vbi maior, tres recipiantur, vel quatuor tantùm, ſi capitulo id videatur. *ibid. §. In ijs.*

4 Præfecta, & moniales, de puella illa quidquam polliceri, aut Capitulum cogere non audeant, priuſquàm libero loco ab ijs, ad quos ſpectat examinata, & probata, facultatem ſcripto reportarit ſuſcipiendi religionem in eo Monaſt.,conſentiente etiā illius Monaſterij Superiore. *ibid. §. Præfecta.*

5 Ab ijs omnibus, de moribus, vita, ætate, quæ maior ſit 12. annis, & de libera puellæ voluntate, inquiratur. *ibid. §. ab ijs.*

6 Anno hæc antequàm examinetur, & in Capitulo proponatur, propoſitum ſuſcipiendi Religionem in eo Monaſt, patefaciat Epiſcopo, monialibus, eorumquè Superioribus. *ibid. §. quæ anno.*

7 Eo-

Digitized by Google

7 Eodem tempore, cui audiendi puellas munus eſt, religionem ſuſceptura, ſemel in mẽſe confiteatur, & Euchariſtiã ſumat, ſæpiùs alloquatur moniales in loco collocutionũ, à quibus ſincerè inſtruatur de ſpectantibus ad eius vitæ Inſtitutum. *ibidem* §. *quo etiam tempore*.

8 Pro admittenda, tàm ad habitum, quam ad profeſſionẽ nouitia, ferantur tacita ſuffragia. *ibid.* §. *de puella*.

9 Nec verò recipiatur, aut admittatur, niſi duas ex tribus partibus ſuffragiorũ tulerit, *ibid.*

10 Secùs admiſſa, irrita ſit & nulla admiſſio. *ibid.* §. *puella*. Vbì agitur de pęnitẽtibus mulieribus, ſufficiat maior pars. *Prou. 6. tit. quæ ad Mon.* §. *Regulæ*.

11 Si Præfectæ culpa id accidat, velo ad ſex menſes priuatur eo ipſo, & ab officio ſubmota intelligatur. *ibid.* §. *Præfecta*.

12 Præfecta ſtatim de ſuffragiorum exitu Superiorem admoneat. *ibid.* §. *Præf. autem*.

13 Epiſcopus interdicat monialibus, pæna anathematis à Concil. Trid. propoſita, ne à parentibus, conſanguineis, curatoribus puellæ in Monaſterium recipiendæ, pecuniã ſumant titulo mutui, aut depoſiti, aut quocunquè alio, antequam illa profeſſionem emiſerit. *Pro. 2. tit. 3. cap. 2.*

14 Idem, impenſas in religionis ingreſſu, & profeſſionis tempore, puellæ, vel Monaſterij cõmodo fieri ſolitas, æſtimet, præſcribat pecunię ſummam, alimentorum nomine Monaſterio dandam, quæ eo nomine decreta, apud certum, & probum hominem deponatur, vt profeſſione confecta illam tradat monaſterio. *ibid.* & *Prou. 1. tit. de nouit. ad profeſſ.* §. *quod verò*.

15 In domicilijs pænitentium mulierum id locum non habeat, ſed eleemoſyna loco dotis, & alimenti, in neceſſarijs expenſis alimenti erogetur: reliquum verò in alias Monaſt. neceſſitates, aut emptionem bonorum immobilium erogetur, arbitrio Superioris. *Pro. 6. tit. quæ ad Mon.* §. *nec verò*.

MONIALIVM Sepultura.

1 Vbì mori contingat Monialis, Confeſſor ingrediatur ſepta monaſterij, cum ſocio à Superiore approbato, tunc, cum eius corpus ad ſepulturã deferendum eſt, pièq; & celeriter officio ſuo fungatur. *Pro. 1. tit. de Præfectis &c.* §. *ſi verò aliqua*.

2 Ex-

2 Extrà ſepta Monaſterij cadauer nè efferatur ad ſepeliendum. *Prou. 4. tit. de Monial.* §. *nè verò.*

3 Intrà ſepta monaſterij nulli ſit ſepulturæ locus, niſi monialibus. *ibid.*

MONIALIVM Translatio.

1 Quæ Monaſteria extrà vrbis, aut oppidi mænia ſita, Epiſcopus, in vrbes, & oppida, quę frequentiora, & tuta ſint, trasferri opportere iudicauerit, nè illa in Eccleſias ſæculares transferat, vbi cura animarum agitur. *Prouin. 3. tit. quædam, quæ ad monial.* §. *quæ monial.*

2 Cum verò moniales ad aliquod Monaſterium transferuntur, benè manè, ſub auroram, à viris ætate, moribuſquè grauibus, cognatione propinquioribus eò deducãtur, & à pauciſſimis illas conſpici curet Epiſcopus. *Prou. 5. tit. quæ ad monial.* §. *ſi quandò.*

MONIALIVM Veſtitus.

1 Cum primùm ſuffragijs capituli aliqua recepta eſt; ſtatim nigro, vel fuſco veſtitu, aut albo, non ſerico induatur, eoquè vtatur, donec in Monaſterium introeat; & intereà à choreis, & inanibus ſpectaculis abſtineat. *Prouin. 1. tit. de puell.* §. *cum primùm.*

2 Recepta, poſt ſex tantùm menſes ab eius receptione, veſtibus moniali ũ veſtiatur, conceſſu Epiſcopi, & Superioris Monialium, quibus liberum ſit, vel producere, vel contrahere illud ſemeſtre. *ibid.* §. *quæ verò.*

3 Nulla pompa, aliorumvè inuitatu, manè deducatur ab intimis propinquis ad monaſterium, in cuius Eccleſiam interiorem introducatur, vbi Miſſa audita, Euchariſtiaquè ſumpta, habitis de more ceremonijs ad id genus, coràm Monialibus à Superiore veſtiatur, à quo & ſermo rei accõmodatus habeatur. *ibid.* §. *tumultus.*

4 Nè Superior, gentilium fæminarum ſed à S. Eccleſ. celebratarum, nomen imponat. *ibid.*

5 Semel veſtita puella antè profeſſionẽ exire extrà clauſtra non poſſit, ni fortè de ſuſcepta religione pæniteret. *ibid.*

6 Vbi ſemel exierit, nulla imposterum introeundi facultate poſſit gaudere. *ibid.*

7 Nouitię cauſa, antè profeſſionem Monaſterio nil detur, niſi pro victu, & veſtitu tempore Nouitiatus: quod tamen totum repræſentetur, antequàm

quàm puella ingrediatur monaſt. *ibid.*

8 Mos ſolemniter velandi moniales ad vsũ reuocetur, modò intra monaſterium id fiat. *Prou.4. tit. de Moniali §. vbi Religioſus iſte.*

9 Nulli moniali liceat induere albas, & veſtes, aliavè indumẽta vſui Miſſæ ſacrificij dedicata. *ibid.*

10 Nè veſtiantur moniales antè ſacram confirmationem; ſi facultas ſit breui illam ſuſcipiendi. *Pro. 3. tit. quadam, quæ ad Monial. §. Puella.*

11 Moniales, veſtes ſæcularium non induant, aut marium, aut fœminarum, licèt animi gratia, neque alias ab earum profeſſione alienas. *Prou. 1. tit. de Clauſur. §. Moniales, nè animi &c.*

MONTES PIETATIS.

1 Erigantur ex auctoritate Põtificia in inſignioribus etiam oppidis; nec in eis quicquam præter ſortem, niſi pro miniſtris, & alijs neceſſarijs ſumptibus, ex auctoritate Summi Pontif. recipiant. *Prou. 1. tit. de piorum locorum admin. §. Epiſcopi.*

2 Nemo deponat pecuniã, vel mutuò det, vt indè aliquid, nè minimum quidem, lucri, recipiat, & qui ex pacto quicquam perceperit, cum eo, tãquàm vſurario agatur. *Prou. 2. tit. 3. Decret. 21.*

3 Adminiſtratores horum mõtium, antequàm ad adminiſtrationem accedant, iurent ſe fideliter, & accuratè ſuum munus executuros. *Prouin. 1. vt ſup. §. adminiſtratores.*

4 Curet Epiſcopus diligentiſſimè obſeruari, quæ de his montibus in primo Concilio decreta ſunt, & compellat illorũ inſtitutiones ſibi ab adminiſtratoribus oſtendi. *Pro. 2. decret. 21. §. quæ prætereà.* *V. Loca pia.*

MONVMENTA.

1 Vicarij Foranei in Diœceſi, & Præfectus in vrbe, ſi eis cõſtiterit iam anteà contigiſſe, aut ſi in poſterum conſtabit aliqua contingere haud indigna; quæ inter Eccleſiæ Mediol. monumenta referantur, & omnia, & ſingula conſcribant, ſicquè exarata, vt ex eis rei totius cognitio haberi poſſit, ad Archiep. aut deputatum ad hanc curam, tranſmittant. *Diac. 32. cap. 35.*

2 Quæ memoriam perpetuitatis exigere videntur hæc ſunt.

Eccleſiarum nouę fabricationes.

Collegiorum, Hoſpitalium, Sacrorum ædificiorũ erectiones.

Digitized by Google

Rerum antiquarum inſcriptiones.

Aliquorum vita ſanctè traducta, aliquibus rebus antè, vel poſt mortem nobilitata. *ibid.*

3 Curet Epiſcopus, cum locus pius in vrbe, vel Diœceſi ædificatur, illius originem, inſtitutum, titulum, & alia eiuſdem generis opportuna, in marmore, lapidevè ſolido, aut in ænea tabula incidi, & loco illuſtri eiuſdem ædificationis collocari. *Prou. 4. tit. quæ ad pia loca. §. cùm ad pia.*

4 Idem fieri curet in locis iam ædificatis, vbi commodè fieri poteſt. *ibid.*

5 Fiat quoquè monumentum voti publici nuncupati, quod in perpetuū præſtari debeat, eiuſquè cauſa, & conditiones incidãtur in tabella lapidea, locoquè conſpicuo cõſtituatur. *Prouin. 5. tit. de votis. §. vtquè voti.*

6 Vt liberationis à peſte ſit perpetuum monimentum, curet Epiſcopus; puta, Eccleſiæ, vel altaris, aut hoſpitalis eo nomine, ædificatione, anniuerſaria eleemoſyna, feſti diei celebratione, ſolemni Miſſa, anniuerſaria ſupplicatione &c. *Prou. 5. tit. Peſte reſtincta. §. Epiſcopus autem.*

7 Monimenta, quæ Epiſcopus compererit dierum feſtorum ex voto, conſuetudinevè, votorum, piorum inſtitutorum, & conſuetudinum, ea diligẽtiùs conſcripta in Epiſcopali Archiuio aſſeruanda curet, & hæc omnia perueſtiget, tum ex Eccleſiæ ſuæ libris veteribus, tùm ex publicis Ciuitatis ſcriptis, & monumentis. *Pro. 3. tit. de feſt. dier. cultu. §. Epiſcopus. §. quæ præterea.*

8 Qui feſti dies, & quæ inſtituta ijs monumentis notãtur, Epiſcopi cura ſeruentur. *ibid. §. certoſquè.*

9 Hæc ipſa verò monimenta, quæ in aliquo ſolo Diœceſis oppido, locovè, voti publici, aut conſuetudinis ratione ſeruari oportet, in eius etiam loci Parochiali Eccleſia aſſeruentur. *ibid. §. monimenta.*

10 Curet Epiſcopus diligentiſſimè conquiri monimẽta rerum, Epiſcopali ſtudio, curaq; geſtarū, tùm eorum qui præceſſerunt, nomina, genus, & paſtorales eorumdem actiones: quæ omnia in certum librum referri curet, vt eorum memoria perpetuò aſſeruetur. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ ad Epiſ. for. §. Epiſcopus, id quod.*

11 Idem præſtet de monimentis Indulgentiarum perpetuò cõceſſarum quibuſuis Eccleſijs, etiam Regularium, vt vbi

vbicunquè illa ſint, diligentèr conquiſita, ſummatìm referantur excripta in certum librum, eo nomine confectū, aſſeruandū in Archiuio Epiſcopali. *Prou. 4. tit. de Indulg. §. quacunquè.*

12 In quibus Eccleſijs vitæ SS. conſcriptæ extant, mittantur ad Archiep. recognoſcendæ, nec priùs publicè legantur in Eccleſia, quàm ab eodē ſint probatæ. *Diac. 11. Mon. exec. decret. quæ ad dies feſt. §. quæ in re.*

13 Vbi non extant, ſaltèm nomina, & quæ ex probatis monumentis comperiri poſſunt, mittantur, vt eorum vitæ cōſcribi queant. *ibid. §. vbi verò.*

14 Interim legātur vitæ in breuiario adſcriptæ, in veſperis vigiliarum ſolemnium ad vſū duarum lectionum. *ib. §. dum verò.*

MVLCTÆ FORI Eccleſiaſtici.

1 Quoties delicti cauſa clerici mulctandi ſunt, quæ ab illis pecunia exigenda eſt, nullo modo perueniat ad Epiſcopum; nequè conuertatur in eius commodum, ſed tertia pars aſſignetur delatori, reliqua pijs locis, aut operibus, eius arbitrio. *Prou. 3. tit. de Pœnis. §. quotieſcunq; Prou. 4. tit. de foro Epiſc. §. pœna.*

2 Quam pecuniam, ſi qui piorū locorum, aut operum adminiſtratores intrà menſem ab eo die, quo ſolui debet, numerandum, non exegerint, ſeminario iam nunc adiudicata intelligatur. *ibid.*

3 Qui notarius, attributionis Inſtrumentum non fecerit, triduò loca pia, quorū intereſt, ea de re admoneat. *ibid. §. notarius.*

4 Si ſecùs fecerit, eis ipſe ſua pecunia ſatisfaciat. *ibid.*

5 Certum codicem confici curet Epiſcopus, in quem attributiones, & ſolutiones referantur, & in Archiuio Epiſc. ſeruentur. *Prou. 4. tit. de for. Epiſc. §. Rurſuſq;*

6 Vicario, alijvè Iudici Epiſcopalis fori nullam partem pœnarum, aut mulctarum conſequi liceat, quouis colore. *ibid. §. nec verò.*

7 Sed omnes, cuiuſuis generis ſint, piorum locorum vſui, aut pio operi verè attribuantur, nulla prorſus parte ſeruata, aut alij vſui applicata. *ib. §. pœna.*

8 Mulctæ, canonicis, aut in dignitate conſtitutis aſſignatæ, & nullis certis locis attributæ, vſui Sacriſtiæ, aut fabricæ illorum Eccleſię ab Epiſcopo attribuantur. *Prou. 3. tit. quæ generatim. §. quibus in Decretis.*

9 Ad aliū vſum illas conuerti, remitti, tranſigi de ijs ipſis, ab vniuerſo etiam capitulo non liceat, ſinè Epiſcopi auctoritate. *ibid.* §. *nequè.*

10 Mulctæ ob delicta Eccleſiaſtica, vel mixti fori, ab Eccleſiaſticis iudicibus laicis irrogatæ, ſic diuidentur, vt tertia pars pijs locis, aut operibus, tertia ad fiſcum principum ſæcularium, reliqua accuſatori detur. *Prou.* 1. *tit. de pænis,* §. *multas verò.*

11 Mulcta tùm clericis, cùm laicis imponenda, ſi ſint ſoluendo, nè illas remittat Epiſcopus, niſi graui de cauſa; ſin inopes, illam aliqua alia ſalutari pænitentia commutet. *ib.* §. *quibus verò.*

12 Pænæ, & mulctæ in Viſitatione Apoſtolica præſcriptæ, in eius ipſius Eccleſiæ, in qua decernuntur, commodum, atq; ornamentum, vel in aliū pium vſum, Archiep. arbitrio, conuertantur; vbi mulcta non eſt appoſita, ab eodē Archiep. pro ſua prudentia apponatur. *Viſit. Apoſt. tit. quæ pert. ad loc. pia.* §. *ex pænis.*

13 Qui tenetur eas ſoluere, ſoluat ex præſcripto Decretorū Conciliorum. *Pro.* 5. *tit. quæ generat.* §. *quicunq; verò.* & *Pr.* 4. *tit. quæ generatim.* §. *His decretis.*

MVSICI.

1 Cantores laici, nè conducantur, niſi de licentia Archiep. in ſcriptis, quotannis renouāda. *Diæc.* 4. *decr.* 29.

2 Iſti in Miſſa ſolemni, & diuinis officijs, in proceſſionibus, funeralibus, & in alijs Eccleſiaſticis actionibus, habitu clericali vtantur: omninò verò in choro; & per omnes corporis partes, & ſi fieri poteſt ſint clerici. *Prou.* 4. *tit. quæ pert. ad Sanctiſſ. Miſſ. ſacr.* §. *cum clerici,* & *Diæc.* 4. *decret.* 29. §. *Dum hoc. Pro.* 1. *tit. de Muſic.* §. *Cantores.*

3 Excipiuntur ij, qui deuotionis gratia, non mercede operam nauant; qui tamen licētiam ſcripto habeant. *Diæc.* 4. *ibid.* §. *ab hoc autem.*

4 Nequè Regularis extrà ſuam Eccleſiam ad cantoris officiū adhibeatur, niſi de Superioris ſui, & Archiepiſcopi in ſcriptis facultate, & ſuperpelliceo indutus. *ib.* §. *nec verò.*

5 Qui contrà hæc præſcripta laicum ad muſici, cantoriſvè officiū admiſerint, adhibuerint; quiquè contrà cantoris officiū ſuſceperint, vel obierint, pænam ſubeant arbitrio Epiſcopi irrogandam. *ibid.* §. *quicunquè.* & *Prou.* 4. *tit. vt ſup.* §. *nec verò.*

6 Qui ſuſceperit, commiſerit con-

conduxerit, dederit, permiſerit, quicunque ſit; eaſdem pęnas luat. *ibid. §. eas autem.*

7 Cantus, & ſoni graues ſint, pij, ac diuinis laudibus accomodati. *Prou. 1. tit. de Muſica. §. cantus.*

8 Pręter organum, inſtrumenta Muſicalia nè adhibeantur. *Diœc. 32. cap. 18. Prou. 1. tit. de muſici. §. organa. & Diœc. 35. decr. 19.*

9 Idipſum fiat in Eccleſijs monialium, & Regularium. *ib.*

10 Sub graui pœna, nè Cātores, tàm Eccleſiaſtici, quàm laici, etiam Regulares, præſertim Moniales, nouam vllam modulationem, ſinè Epiſcopi approbatione, aut veterem aliquam à Sacr. Rituum Cōgr. non approbatam, & recognitam, inter diuina officia canant. *Diœc. 32. cap. 18. §. vt autem.*

11 Præfecti portarum in ciuitate, Vicarij Foranei in Diœceſi, nè id præceptum violetur occaſione ſolemnitatis, aut inſignioris diei, curabunt. *ibid.*

12 Vicarius Monialiū prophana inſtrumenta muſicalia à monialibus aſportanda curabit. *ibid.*

13 Archipresbyter, & Archidiaconus Metropol., & Præfectus Cong. rituum, etiam cō-uocatis ad cōſilium alijs Collegiatarum Præp. & peritis in tali re hominibus, libros cantionum ſacrarum in lucem emiſſos recognoſcant, & ſi quid minùs pium compererint, eorum vſum prohibeant. *ibid. §. id porrò.*

14 Prohibiti verò in poſterùm libri, in catalogum referantur, & publicentur. *ibid.*

15 Noui nihil ex ſcripto priùs canatur, quàm ab eadē Cōg. fuerit approbatum. *ibid.*

16 Sub pœna arbitrio Archiep. reſeruata, inter Miſſæ celebrationem, & dum diuina officia recitantur, nihil à cātoribus miſceatur, quod ſit alienū, ſed tantū reſponſoria & antiphonę, quæ in Miſſali, aut Breuiario pars Miſſæ, aut officij erunt. *ibid. §. volumus.*

17 Cęteræ ſacræ cantiones approbatæ, extrà diuina officia poſſint adhiberi ex aliqua occaſione. *ibid.*

18 Eccleſiaſtici, maximè Collegiatarum Præfecti, & Rectores cantum firmum Ambroſianum retinere ſtudeant, nequè aliquid de veteri inſtituto immutent. *ibid. §. cantum illum.*

19 Si quid eius cantus ex libris antiquis immutandum videbitur, nè fiat inconſulto Archiepiſcopo. *ibid.*

20 Qui ſecùs fecerit, aliquid demendo, addendo, grauibus pœnis arbitrio Archiep. afficietur, & eius impēſis in priorem formam liber ille reducetur. *ibid.*

21 Nemo admittatur ad quotidianam diſtributionem, ni priùs ad functiones ſuas obeundas aptus iudicetur. *ibid.*

22 Qui tertiò reiectus fuerit, inſufficiens officio cenſeatur. *ibid.*

23 Viſitatores obſeruent, an Parochi munus ſuum in hac parte impleant. *ibid.*

24 Vbi imperitum, & negligentem repererint, & ſinè libello hac in re edito, à choro remouendū curent, re cum Archiep. communicata, qui de illo erudiendo, coadiutoreq; ſufficiendo interim prouideat. *ibid.*

25 Aduentante Epiſcopo in Eccleſiam feſtis diebus, organo excipiatur, quouſque in ſua ſede ſederit. *Prou. 5. tit. quæ ad diuin. off. §. organiſta.*

26 Idem fiat cum diſceſſerit. *ibid.*

27 Idem, cùm celebraturus ſacras induit veſtes. *ibid.*

28 Mulieres, nè in diuinis officijs accōmodent ſuas voces in Eccleſijs, ſed poſſint tantùm ſæculares viri pij, nec prorſus imperiti in Parochijs foreſibus Parochum ſuum in Miſſa maiori, & Veſperis adiuuare, vbi cleri copia nulla eſt. *Diac. 32. cap. 18. §. in Parochijs.*

29 Cantiones vulgari idiomate conceptæ ne inter Miſſarum ſolemnia, & dum diuina officia peraguntur, etiam, dùm Sacra Euchariſtia publicè exponitur, aut etiam in functionibus quibuſcunq; ſpiritualibus, & Oratorijs interdicūtur, & Tempore Quadrageſimæ etiam Inſtrumenta muſica. *Syn. Diac. 35. Decr. 19.*

30 Ad ius diſtributiones percipiendi, ij tantùm admittātur, qui ad cantus ad ſua munera pertinētis modulationē præſtandam, examine præcedente idonei fuerint, ex *Cōc. Prou. 4. & Syn. Diac. 35. Decr. 20.*

NOTARIVS.

1 INſtituatur Collegium Notariorum Curiæ Epiſcopalis, quod certo numero cōſtet. *Prou. 1. tit. ne notarijs.*

2 Statuta ab Ordinario probāda conficiantur, & officiales deligantur, qui iudicent de controuerſijs inter ipſos. *ib.*

3 In cauſis, quę inter Notarios, & litigatores extiterint, ſe omnino non interponant, ſed eas, ordinarij iudicio relinquant. *ibid.*

4 Poſt-

4 Poſtulantibus teſtimonium formulæ Curiæ, quod ſtylum vocant, de aliqua cauſa, nè detur, niſi ei maior Collegij pars ſubſcribat. *ibid.*

5 Eius etiam formulæ exemplũ ab Ordinario approbatum, & ſubſcriptũ publicè in Collegio aſſeruetur. *ibid.*

6 Qui in Coll. Notariorum adſcribi voluerit, examine probetur ab Ordinario, neq; niſi idoneus recipiatur. *ibid.*

7 Excommunicati, infames, & omnes, qui à teſtimonio dicendo iure repelluntur, reijciantur. *ibid.*

8 Qui 25. annum nõ attigerint, & per quadriennium in Notariatus officio integrè, peritèquè non ſint verſati, non admittantur. *ibid.*

9 Probati non recipiantur, antequàm iurent ad præſcriptam formulam in Prou. 1. *ibid.*

10 Nullus Notarius, Iudicibus Ordinarij delegatis, arbitris, nec arbitratoribus, originales proceſſus deferat, ſed eorum tãtùm exempla fidelitèr collata; niſi alicuius inopia aliud aliquãdò ordinario ſuaderet. *ibid.*

11 In huiuſmodi exemplis, nihil ſuperuacaneum ſcribant, nequè dies feſtos ad ſubſtantia non neceſſarios apponat. *ib.*

12 Nequè productarum citationum repetitione cum inhibitione, vel ſinè ea. *ibid.*

13 Nec dignitates, iudicium, vel litigatorum repetant. *ibid.*

14 Nec in carta bibula ſcribant, nec ea litera, quæ legi facilè non poſſit: ſin minus, malè ſcripta, Notarij impenſa melius ſcribantur, vel dimidia tantùm taxæ pars, ſeù minor, ſeù maior, arbitrio Ordinarij, ſoluatur. *ibid.*

15 In literis dimiſſorijs, ſeu teſtimonialibus ſeruetur Decret. Conc. Trid. In alijs, quæ merè ſpirituales ſunt, nihil omninò accipiãt, præter ſcripturæ mercedem ab Ordinario ſtatuendam. *ibid.*

16 Eadem intelligantur de ſcribis, & Cancellarijs Epiſcopalibus. *ibid.*

17 Notarij, intrà mẽſem à morte teſtatoris, Epiſcopo denũtient legata, ſub pena excommunicationis eo ipſo ſubeũdæ. *ibid. tit. de piorum locorum adminiſt.*

18 Bis in anno hoc Decretum ſuis Parochianis euulgẽt Parochi. *ibid.*

19 Hæc ſanctio, vt faciliorem haberet executionẽ ſic moderatur in conc. Prou. 2., vel excommunicationis pænam ipſo iure incurrant notarij, ſi ſciunt ſe, rogatos, teſtamenta de rebus piarum cauſarum no-

nomine relictis, feciſſe, & ſpatio ſex menſium, poſtquã teſtatoris mortem ſciuerint, nõ denũtiauerint pia legata. Cæterùm impoſterùm, triũ menſium ſpatio, poſtquàm teſtatoris mortem cognouerint, teneantur ſub eadem pœna, ni denuncient. *Conc. prou. 2. Decret. 17. titul. 3.*

20 Vt defunctorum verò notariorum exemplaria, in quibus notata ſunt pia legata, conquiri poſſint, etiã per cenſuras Epiſcopus, qui, Notarios ſuperiori excõmunicatione innodatos priùs non abſoluet, quàm eiuſdem Epiſcopi arbitratu ſatisfecerint. *ibid.*

21 Porrò Notarij, Acta in codicem referant, nõ in pagellas, menſe ſaltem, poſtquàm rogati ea confecerint. *Prouin. 3. tit. de ijs, quæ ad Epiſc. forum. pertinent.*

22 Teſtium dicta, & atteſtationes in cauſis ciuilibus, nè ſcribantur ab alio, quàm ab ipſo cauſæ Notario, ſiuè Actuario, vel ab alio eius nomine. *ibid.*

23 In omnibus, quibus Epiſcopi auctoritas, decretumvè ſit interponendum, tantùm notarius adhibeatur. *ibid.*

24 Habeat notarius apud ſe ſuis ſumptibus exemplum inſtrumentorum, quæ cõfecerit. *Ib.*

25 A nullo, qui in foro Epiſcopali, cauſas, lites, & negotia, cuiuſcumq; generis ſint, duobus antè annis habuit, aut de præſenti habet, quidquam, recipiat, licet ſponte oblatũ, nec eſculentum, directè, vel indirectè. *Prou. 5. tit. de Cancell. & Not.*

26 Nè quid ſumat ab officio ſuo alienum, niſi officij ratio aliter depoſcat, aut iubeat Epiſcopus.

27 Nè acta, tàm ciuiliũ, quàm criminaliũ cauſarũ, geſta, tabulas, inſtrumenta, proceſſus originales vllo titulo oſtendat, aut exibeat, niſi in pluteo, & gratis. *ibid.*

28 Nè aliò transferri permittat, præterquàm iudici cauſæ. *ib.*

29 Qui contra fecerit puniatur ab Epiſcopo, & ſi quid damni promanauit, reſarciat. *ibid.*

30 Exẽpla cauſæ, ſinè Vicarij facultate ſcripta, nè dent. *ibid.*

31 Delinquẽtes in hoc genere, amiſſionis officij pœna, & alijs arbitrio Epiſcopi mulctetur. *ibid.*

32 Nouiter vtantur Epiſcopi, auctoritate examinãdi quoſcunquè notarios vtcunquè creatos, & quos repererint in officio non idoneos, vel in officio deliquiſſe, eiuſdẽ officij in negotijs, litibus, & cauſis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus

bus exercitio, in perpetuum, vel ad tempus prohibendi; neq; eorum Notariorum appellatione interdictiones ordinariorum ſuſpenduntur. *Pro.7. tit. de Notarijs probandis. §. meminerint.*

33 Iudices, alijq; in litteris remiſſorialibus, & compulſorijs, Eccleſiaſticis tamen deputati, teneantur in ijs exequendis Notarios ab Epiſcopo approbatos omnino eligere. *ib. §. illud etiam.*

OBLATIONES.

1 Modeſtè, & grauiter inuitandus populus ad oblationes. *Prouin. 1. tit. quæ pert. ad bon. & iur. adm. §. cum pro cuiuſquè.*

2 Non in eo vaſculi aut ſacculi genere recipiantur, vt cerni quid quiſquè dederit, poſſit. *ibid.*

3 In his muſica inſtrumenta prohibentur, organo excepto. *Prou.2. decr.24.*

4 In Miſſa nè fiant cum patenæ oſculo, ſed crux, aut ſacra imago præbeatur ad oſculũ. *Prou. 3. tit. de his quæ pert. ad Miſſ. ſacr. §. Nè patena.*

5 Reſtituatur, & retineatur oblationum inſtitutum. *Pro. 4. tit. de Parochijs §. Oblationum. Diac. 11. tit. monit. exec. decr. §. de oblationibus.*

6 Primò mares, deinde fœminę offerent. *Prou. 4. ibid.*

7 Celebranti, ab altari paululũ ſe remouere licet; at vagari per Eccleſiam non licet. *ibid. §. Sacerdoti.*

8 Nè accipiatur oblatio ab ijs, qui iniquo animo inter ſe diſſident, vt Vſurarij, Meretrices, Sacrilegi, Raptores, & notoriè criminoſi. *ibid. §. ab ijs.*

9 Capellanis, alijſquè Sacerdotibus, Eccleſijſquè, præter parochialem, & Cathedralem, interdictũ ſit oblationes inter Miſſę ſacrum accipere, aut exigere. *ibid. §. Capellanis.*

10 Pactiones cum Parocho de oblationibus diuidendis irritæ ſint, & nullæ, & grauitèr puniatur pactũ idem iniens. *ibid. §. ſi cum Parocho.*

11 Fiat oblatio quandò cantatur offertorium. *ibid. §. quæcunq;*

12 In Miſſa plana, antè oblationem hoſtiæ. *ibid.*

13 Si extrà Miſſam fiat, ſtata prece, benedicatur oblatio cum offerentibus. *ib. §. ſi quid.*

14 Manè potius fiat, quàm à prandio. *ibid. §. videat Epiſc.*

Sinè ſpectaculis popularibus, tumultibus, clamoribus, aut profanis actionibus. *ibid.*

15 Imagines cereæ voti cauſa oblatæ, nè venditentur; con-

 ſum-

ſumptæ verò vetuſtate, cũ licentia Epiſcopi in vſum Eccleſiæ conuertantur. *ibid.§.nè imagines. Diœc. 2. dec. 22.*

16 Antequã perceptæ ſint oblationes, nè vendantur, locenturuè, neq; pactio vlla ſecreta, etiam cum Parocho, ineatur cum aliquo. *ibid. §. nec verò.*

17 Nè Sacramenta, aut Sacramentalia denegentur debitoribus Decimarum,& oblationum, nequè in eorumdem adminiſtratione exigãtur,ſed per viam iuris procedatur. *Diœc. 32. cap. 25.*

18 Habentes præcipuum domicilium in Parochia, & gaudẽtes Parochialibus muneribus tenentur omnes ad ſoluẽdas primitias, & oblationes, modò ſtatìm, & in continenti exemptionis, & immunitatis probationem paratam nõ habeant. *ibid.*

19 Quidquid oblatũ erit Sacerdoti Miſſam celebranti, præter illorum dierum oblationes, quæ ad Epiſcopos ipſo iure ſpectant, vel quæ ad Sacerdotes, vel ad Eccleſias,Eccleſiarum fabricas, ſcholas, pia loca, legitima auctoritate pertinent, aut impoſterùm quouis modo, & iure ſpectabunt; id omne, ſi in Eccleſia cathedrali fiat, in illius Eccleſiæ,aut alterius pij loci,aut operis vſum, iuſſu Epiſcopi conuertatur; ſi in Parochiali, aut alia Eccleſia offeratur, oblatio ſit Parochi, intrà cuius fines, aut in cuius Parochia oblatio fit, *Prou. 4. tit. de Parochijs.§.quidquid porrò. Diœc. 11. tit. mon. exec. decret. quæ ad Paroch.§.de oblationibus.*

20 Parochus vrbis vnuſquiſquè die feſto præcedente Dominicam, in qua oblationes in vnaquaquè regione publicè fiunt certo ordine, præmoneat populum, vt nè conquirendis eleemoſynis, & earum oblationum occaſione inſtrumenta muſicalia per vrbem adhibeantur, & alia præſtentur ad præſcriptum decreti Diœceſ. *ibid. §. Vbi pia.*

OBSTETRICES.

1 Nonniſi approbatæ, & benè edoctæ ad Baptiſmum in caſu neceſſitatis adminiſtrãdum, à Parochis admittãtur. *Diœc. 32. cap. 9.*

2 In Diœceſi probentur à Vicario Foraneo, in vrbe, ab eo, cui Epiſcopus id commiſerit, & probatio fiat ſcripto. *Prou. 5. tit. quæ ad Baptiſ. §. Obſtetrices.*

3 Dum autẽ probata baptizat, curet, vt ſaltem duę mulieres, pręſertìm mater, ſi poteſt, teſtes adſint, quæ audiant

verba

ab illa prolata in baptizãdo. *ibid.*

4 Sciant formam Baptiſmi, de illaquè fiat Parochis relatio. Sciant etiam abijciendam ſuperſtitionẽ circa Infantis pelliculam; non baptizandos infantes propè fluentem aquã; vel in limine cæmeterij non ſepeliendos. *ibid.*

5 Parochus verò dum inquiret, an infans ſit baptizatus, obſtetricem, & teſtes de verbis prolatis interroget, vt ei conſtare poſſit de vera forma baptiſmi. *ibid. §. Parochus.*

6 Hanc baptizandi formã, tùm generatìm omnibus, tùm peculiariter obſtetricibus planè oſtendat Parochus in Eccleſia, in qua, & inquirat an illam probè teneant. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad Sacr. Baptiſ. §. Baptizandis formulam.*

7 Magna hac in re diligentia vtantur Parochi. *Diœceſ. 11. Mon. exec. Decr. quæ ad ſacr. pert. §. de inſtructione.*

8 Tempore peſtilentiæ plures inquirantur obſtetrices, & ijs adiuuantibus eodem tempore, mulierum peſtilẽtiæ morbo laborantium, partum, indulgentiam à S. Pontifice impetret Epiſcopus. *Prouin. 5. tit. Præparatio adium ſpirit. §. ad omnem.*

OLEA SACRA.

1 In quaq; Eccleſia Parochiali vaſcula duo habeãtur chryſmatis, & cathecumenorum, item, duo olei infirmorum, vt alterum ſit apud parochũ, dum alterum mittit pro nouis oleis. *Prou. 4. conſt. p. 2. tit. quæ ad Sacram.*

2 Vbì plures Parochi, plura quoquè vaſa olei infirmorum. *ibid.*

3 Acceptis oleis nouis, comburat vetera in lampade, bambacio in ſacrarium exuſto. *ib. §. Parochus.*

4 Si deſit oleum, nec aliundè poſſit haberi, guttatim infundatur oleum non conſecratum. *ibid. §. ſacro oleo.*

5 Regulares cuiuſuis ordinis, in propria Diœceſi, ab Eccleſia Cathedrali, non aliundè, olea ſacra ſumant, ſub pœna arbitrario Epiſcopi. *Prou. 6. tit. de ſacramental. §. Monachi.*

6 Nè Parochi laicos homines, aut Clericos ſacris ordinibus non initiatos mittant pro ſacris oleis. *Prou. 2. tit. 1. decret. 9. Diœc. 2. decr. 14.*

7 Claues oleorum ſacrorum cautè à Parocho cuſtodiantur. *Diœc. 4. decret. 9.*

8 Nè aſſeruentur olea infirmorum in armario ſacrarum veſtium, ſed in ipſis Eccleſijs, in feneſtella ad præſcriptum cõfecta.

fecta. *Diac.* 11. *tit. Mon. exec. Decret. quæ ad dies feſt.* §. *nè ſacra reliquia.*

9 Reliqua olea in ciborio Baptiſterij. *Prou.* 3. *tit. quæ ad Sacram.* §. *Sancti item Diac.* 11. *ibid. vt ſup.* §. *quibus. Viſit. Apoſt. tit. quæ ad cult.* §. *vaſcula pro oleis.*

10 Vaſcula ſacri Chriſmatis, & oleorum Sacrorum ità bambacio intrinſecus munita ſint, vt nè quid olei ſacri effluere poſſit. *Diaceſ.* 11. *tit. Monit. exec. decret. quæ ad ſacr. pert.* §. *Vaſcula ſacri.*

11 Vas olei infirmorum, alibì nō teneatur, quàm in Eccleſia. *Viſit. Apoſt. tit. quædam quæ ad cult.* §. *vaſcula pro oleis. Prou.* 3. *tit. quæ ad Sacram.* §. *ſacrum præterea.*

12 Si concedatur domi teneri, feneſtella cōſtruatur in loco decenti, vt in honore cuſtodiatur. *ibid. Viſit. Apoſt. Prou.* 4. *tit. quæ pert. ad extr. vnct.* §. *quibus Parochis.*

13 In hac honeſta, olei Sacri ad Baptiſmum, & extremam vnctionem, adſeruatione, vigilent Viſitatores, & Vicarij Foranei. *Diac.* 32. *cap.* 23. §. *Præcipimus.*

14 Cum oleum chriſmatis conſecratur, omninò interſint, & dignitates, & perſonatus, & Canonicatus obtinentes, & alij Clerici cathedralis Eccleſiæ, & quos ex alijs Eccleſijs, etiā Diœceſis, Ordinarius vocandos duxerit. *Prou.* 1. *tit. quę pert. ad Baptiſ. adm.* §. *cum oleum.*

15 Qui in cathedrali olea diſtribuit, is in librum certum Eccleſiarū nomina referat, quibus dederit. *Prouin.* 2. *tit.* 1. *decret.* 9.

16 Pari ratione Præpoſiti, & Plebani ſuos Parochiales notent in libro, quibus ea diſtribuerint. *ibid.*

ORATIO PVBLICA.

1 Orationis veſpertinæ ſignū, campanæ ictibus diſtinctis, detur, vt Epiſcopus præſcripſerit. *Prou.* 4. *tit. de Oratione.* §. *Orationis.*

2 In vicis, pagis, vbì ob campanę exiguitatem audiri difficilè poteſt id ſignum, detur cōtinuo ſono per horæ quadrantem. *ibid.* §. *vbi vero.*

3 Si qua in Parochiali Eccleſia deſit, qui det eiuſmodi ſignū, per Epiſcopum, vel Vicarium Foraneũ alia ratio ineatur, quia campanæ item ſono id ſignum detur. *ibid.* §. *rurſus.*

4 Vbi domicilia proxima ſunt, in Eccleſia, maximè diebus feſtis, illam fieri orationem curet frequenti concurſu, Parochus. *ibid.* §. *Vbi domicilia.*

5 Si verò adeſſe negligat Parochus, mulctetur iudicio Epiſcopi.

Digitized by Google

copi. *ibid.*

6 Nè tardiùs in Eccleſia ducatur, quàm ad ſtatam horam, qua ſub noctis crepuſculum ſalutationis Angelicæ ſignū datur. *ibid.* §. *ipſe*.

7 In pagis, vicis maximè frequentioribus ab Eccleſia diſtantibus, cōſtituat Epiſcopus Eccleſiam, aut oratoriū, ſeu capellam illis commodiorē, aut crucem, ſacramvè imaginem in triuio collocandā curet, quò conuenire ad orationem liceat, ſi dificilior ſit ad Eccleſiam Parochialem acceſſus. *ibid.* & *Diac.* 32. *cap.* 19. §. *in ijs locis*.

8 In his oratorijs, capellis, aut locis, eadem oratio adhibeatur, quæ in Parochialibus Eccleſijs. *ibid.*

9 Nè vi pluuiæ, niuis, aut alia quacunq; cauſa in locis Diœceſis populus vllo die deſiſtat ab hoc orationis Inſtituto. *ib.* §. *ſi quando*.

10 Sacerdotes, aut Clerici illius oppidi, vel loci hoc piū opus promoueant. *ibid.*

11 Vbinequè his rationibus cōuenire poteſt populus ad orationem, ſaltem domi cum familia certo loco fiat. *ibid.* §. *At vbi*.

12 Hic locus deligatur à Parocho, quo tempore conſtituit cenſum animarum. *Diac.* 31. *cap.* 19.

13 Curent Epiſcopi matutinā, & veſpertinam orationem paulò antè auroram, aut ſub ortum ſolis vbiquè locorum introduci, vel in Eccleſia ab ōnibus, vel domi certo loco à ſingulis, etiā in ipſis agris, & ea matutina hora omnes quicunquè ſint vacent orationi, antequàm rem vllam, artificium, negotiumvè aggrediantur. *ibid.* §. *norint*.

14 Nimbis, procelliſquè imminētibus, in Eccleſiam cathedralem, vel Parochialem, vel aliam propinquiorem fideles ad orandum conueniant; ſi non poſſint conuenire, domi orent precibus ex ritu Eccleſiæ ſtatis ad tēpeſtates depellendas. *ibid.* & *Diac.* 32. *cap.* 29. §. *tempeſtate*.

15 Hoc officium præſtet Parochus ex ritualis præſcripto, & conuocet ad hoc populum; idq; moneat aliquandò in cōcionibus. *ibid.* §. *Parochi*.

16 Orationi Veſpertinæ interſit Parochus; & vbi impedimēto detentus adeſſe nequeat, prouideat, vt cantatis ab alio litanijs eam precationem omninò alius obeat. *Diœceſ.* 32. *cap.* 19.

17 Etiā matutinæ. *Diac.* 11. *mon. exec. decret. qua ad diu. off.* §. *de retinendo*.

18 Deligatur vir diligens, & pro-

probus, qui matutinæ orationis ſignum det campanæ pulſu. *Diœc.* 32. *cap.* 19.

19 Quoties longior ſit futura calamitas publica, inſtituatur ad illam auertendam precatio ad ritualis præſcriptum. *ibid.*

20 Tali tempore non liceat Parochis Sanctiſſimum Sacramētum, aut extra Eccleſiam deportare, aut in ipſo altari exponere, ſed ſatis erit aperto ſanctuarij oſtiolo illic deuotè adorare pſalmis, & præcationibus Eccleſiæ adhibitis. *ibid.*

21 Nè intermittatur conſuetudo orandi pro mortuis prima hora noctis. *ibid.* §. *conſuetudo*.

22 Stata hora, in Parochialibus, & Collegiatis detur ad hoc, ſignum campanæ. *ibid.*

23 Indulgentiæ Greg. XIII. ijs conceſſæ, qui hanc precationem obierint, promulgabuntur. *ibid.*

24 Oratio pro defunctis Veſpertina, fiat ab omnibus eadē hora; eſtate, hora prima noctis, hyeme, ſecunda. *Prou.* 6. *de fun.* §. *Pro fidelibus. Diœc.* 11. *mon. exec. decret. quę ad. diu. off. pert.* §. *de oratione*.

25 Eadē hora ſeruetur à Regularibus. *Diœc.* 11. *ibid.*

26 Detur ſignificatio ſono cāpanæ ritu Salutationis Angelicæ, ſed per ictus tres diſtinctos inter primum, & ſecundum, & tertium ſignum. *ibid.* §. *huius orationis*.

27 Ad dandum ſignum Salutationis Angelicæ manè, Veſperi, & meridiè, alioquè tempore, eadē ratio in omni Eccleſia ſeruetur, de more producta, præſtetur, non tamen more feſto. *ibid.* §. *ad dandum*.

28 Initio orationis publicetur Indulgentia, quæ illius ſit propria. *ibid.*

29 Affigatur tabella capellę maioris clathris, ex qua populus cauſam orationis intelligat. *ibid.* §. *in initio*.

30 Antiphona de B. V. ſingulis Sabbatis pro ratione temporum canatur in omni Collegiata, quibus omnes choro addicti interſint. *ibid.* §. *de Antiphona*.

31 Item in parochiali. *Prou.* 3. *tit. de diu. offic.* §. *Religionis*.

32 Quibus ex communi reſidētiæ cenſu tantum diſtribuatur, quantum dari ſolet pro hora tertia Dominicæ ſequentis. *ibid. Diœc.* 11. §. *ijs autem*.

33 Tantumdē conſequantur ex eodem cenſu, qui die feſto in Eccleſia Veſpertinæ orationi interſuerint. *ibid.*

34 Quæ tamen oratio hyeme etiam ante horam Salutatio-

nis

nis Angelicæ habeatur. *ibid.*

35 His orationibus ordinarijs, & alijs extraordinarijs, clerici, & Sacerdotes in propria Parochiali Eccleſia interſint, alioquin pæna mulctentur ad præſcriptum Conc. *Pro. 4. de diſtrib. §. idem ſtatis, ib. §. his omnibus.*

36 Oratio nō pro defunctis vbiquè locorum celebrari in ſua Diœceſi curet Epiſcopus. *Pro. 6. tit. quæ ad ſun. §. itaque.*

37 Eius hora ità aſſignetur, vt oratio Veſpertina non impediatur. *ibid.*

38 Indulgentiæ conceſſæ à Greg. XIII. euulgentur ineunte Aduentu Domini. 1. Quadrag. & die Pentec.

39 Parochi, & concionatores hortentur populum, vt nequè publicè, nequè priuatìm opus aliquod aggrediatur, niſi primo Sanctis precibus Deo adhibitis. *Diœceſ. 8. tit. de Oratione.*

ORATIO 40. Horarum.

1 Retineatur, & propagetur. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad Sacr. S. Eucharist. §. vt oratio. Prou. 4. tit. quæ ad Sanctiſs. Euch. §. oratio.*

2 Extrà ambitum templi non deferatur in hoc caſu Euchariſtia. *ibid. Prou. 1. §. vt Sacramentum.*

3 Noctu nemo conueniat præter orantes cuſtodes. *ibid.*

4 Interdiù mares ſeparatìm à fæminis orent, quantum fieri poteſt. *ibid. §. interdiù.*

5 Nè vlla in Eccleſia extra ordinem conſtituatur ſine Epiſcopi conceſſu. *Prou. 2. tit. 1. Decr. 16. et Prou. 4. tit. quæ ad Sanctiſs. Euch. Sacr. §. Primò in ijs.*

6 Cerei ad ſummum decem in altari, ad minimum ſex. *ib. §. Cerei.*

7 Lampades nè plures, quàm 12. aut 13. nec pauciores quam tres. *ibid.*

8 Epiſcopo permittente maior aliquandò numerus ex cauſa adhibeatur. *ibid. §. licebit.*

9 Hæc oratio fiat in conſpectu Sanctiſſimi Sacram. quod in maiori, vel alio, arbitrio Epiſcopi, altari, collocetur. *ibid. §. fiat autem.*

10 In ijs ſolùm celebretur Eccleſijs, vbi Sanctiſſimum Sacram. aſſeruatur. *ibid. §. primò.*

11 Et in ijs ſolùm, quas Epiſcopus ſtatuerit. *ibid.*

12 Cum palàm proponendum eſt Sanctiſſimum Sacramentum, pridiè illius diei, veſperi, & paulò antè, eodē die dentur ſolemnia ſigna campanis de more. *ibid. §. Orationis initio.*

13 Adſit Sacerdos pluuiali indutus, qui illud exponat, & Clerus illius Eccleſiæ, aut Paro-

rochiæ ſuperpelliceo indutus, qui illum adiuuet. *ibid.*

14 Vbì Clerici pauciores ſint, quàm ſex, aliundè euocentur alij, qui hunc numerum ſuppleant. *ibid.*

15 Conueniant cum luminibus accenſis. Etiam homines illius Eccleſiæ, vel Parochiæ, maximè, qui ſunt ſodalitatis Corporis Chriſti. *ibid.*

16 Dum exponitur Sanctiſſimũ Sacramentum proceſſio habeatur per Eccleſiam cũ cereis accenſis; Idemquè fiat in reponendo ſtatis precibus. *ib.* §. *proceſſio*.

17 Dum expoſitũ eſt, duo Clerici, quorum alter Diaconus ſẽper ſit, ſuperpelliceo induti, capite aperto ſemper aſſiſtant; noctu verò ſaltem vnus in ordine ſacro conſtitutus. *ibid.* §. *dum illud*.

18 Vbi Sanctiſſimo Sacramento oratio fit, affixa ſit tabula precum ex inſtituto Eccleſiæ accõmodatarum pro calamitatum ratione, loco conſpicuo, & grãdiuſculis litteris exſcriptæ ſint. *ibid.* §. *ad altaris*.

19 Curetur eo tẽpore, quo frequentior eſt populi cõcurſus, haberi ſermonem breuem ad piæ meditationis ſtudium aptum. *ibid.* §. *ad excitandum*.

20 Statuantur ab Epiſcopo vnicuiquè vrbis regioni aliquot viri graues, & ſpirituales, & ex his vnus Eccleſiaſticus, qui alijs præſit, & hi curam gerant huius orationis 40. horarum quo tempore illa celebratur. *ibid.* §. *vt autem*.

21 Horum cura ſit curare, vt ad hanc normam oratio eadem celebretur, & vbì proxima eſt in aliqua Eccleſia, eiuſdem miniſtris id ſignificare. *ib.* §. *eorum præter cætera*.

22 Quæritet Parochus cum aliquot ab Epiſcopo probatis viris Parochialis viciniæ, ab eius Parochiæ incolis, eleemoſynã eo nomine, vt ſumptibus huius functionis ſatisfiát. *ibid.* §. *porrò*.

23 Si quid ſupererit ex illa eleemoſyna, poſt ſumptus neceſſarios, illa erogetur in illa Eccleſia, vel alia, vbì maximè neceſſaria ſit ad cultum Sanctiſſimi Sacramenti. *ibid.* §. *quæ eleemoſyna*.

24 Nequè hoc, vel alio prætextu vaſa patula exponantur ad colligendam eleemoſynam, ſed Epiſcopi conceſſu capſulas proponi liceat. *ibid.* §. *nec verò*.

25 Curatores huius orationis videant, nè ad momentũ quidem diù, vel noctù intermittatur. *ib.* §. *orationis huius*.

26 Supputentur viciniæ Parochialis Eccleſiæ incolæ, & in di-

diuerſas claſſes diſtributę, ſua hora ſingulæ ad orandum conueniant, nullumq; ſpatiũ intermiſſionis relinquant. *ib.* §. *cui rei*.

27 Hoc orationis tempore mares à fæminis diſtinguantur interiecto tabulato ad inſtructionum præſcriptum. *ibid.* §. *hoc orationis*.

28 Noctù, nè detur fæminis ſtata orandi hora. *ibid.*

29 Si noctù orantes deſunt, Sãctiſſimum Sacramentum in tabernaculo reponatur. *ibi.*

30 Vbì tamen hæc oratio intermittitur, continenti orandi ſpatio compenſetur. *ibid.* §. *quod ſi forte*.

31 Cum noctù oratio celebratur, clauſa ſint Eccleſiæ oſtia; ſed pulſantibus, & ad orandum conuenientibus, etiam ſingulis aperiantur. *ibid.*

32 In Eccleſijs Monialiũ, noctù vllus vnquam intromittatur. Sed orẽt Moniales per ſtatas horas eo tempore, repoſito Sacramẽto in tabernaculo, e quo ſummo mane educatur. *ibid.* §. *in Eccleſijs*.

33 Pręfinito eo tempore 40. horarum, diutius nè celebretur in Eccleſia, vbì cõceſſum eſt. *ibid.* §. *præfinito*.

34 Nè prorogetur id tempus ſinè Epiſcopi conceſſu. *ibid.* §. *id vero*.

35 Si noctù huius orationis initium, & finem fieri minùs decentèr animaduertat Epiſcopus, ad lucem produci Epiſcopi iuſſu liceat. *ib.* §. *tamen*.

36 Per horam, antequàm in vna Eccleſia oratio hęc terminetur, in altera, vbì proximè futura eſt, de more ritè inchoetur. *ibid.* §. *per horam*.

37 Inuiolatè ſeruentur quæcunquè de Eccleſia vbì exponẽdum Sãctiſſimum Sacramentum eſt, de pertinentibus ad cultum, & venerationẽ eiuſdem, aut ad altaris, vel capellæ, vbì exponendum eſt, ornatũ, tùm quando ordinariè, cum extraordinariè exponetur, pręſcripta ſunt, *ibid.* §. *quęcunq;*

38 In cathedrali Eccleſia, cùm exponitur oratio 40. horarũ, in eam, tam initio, quàm in fine eiuſdem orationis, illius Eccleſię clerus, & ſi Parochia ſit, eius Parochiæ populus, & Clerus vniuerſus vrbis, tàm ſęcularis, quàm Regularis, qui ſupplicationibus publicis intereſſe ſolet; ſodalitates itẽ omnes, cunctuſquè populus, ſuis parochialibus Sanctorũ inſignibus diſtinctus vniuerſè conueniat. *ibid.* §. *in Eccleſia Cathedrali*.

39 Sigillatìm, tàm ſęcularis, quã Regularis Clerus, tùm popu-

lus pro ratione Parochiæ in claſſes diſtinctæ,ſtatis ſibi horis ſpeciatim attributis, ad eã Baſilicam cõueniat more ſolemnium proceſſionum, cruce prælata, pſalmis, & precibus de more adhibitis.*ib*.§. *ſigillatim*.

40 Quo ordine proceſſerit, eodem redeat. *ibid.*

41 Nè imminente tempeſtate, ad hanc ſedandam, ſeù ſignãdam, Sacerdos adhibeat vas, in quo Sanctiſſimum Sacramẽtum aſſeruatur, ſed tabernaculum accenſis luminibus patefaciat, vt preces piè,& religiosè fiant à populo. *Diœc*.3. *decret*. 9.

O R A T O R I A.

V. Altare. Capellani.

1 In his deſignandis, vel probandis hæc ſeruentur.

Nè ſint in interiorum ædiũ partibus, in quibus Domini, vel familia frequẽtius verſentur, ſed commodo loco à cubiculis,triclinijs, & ab aula ſeparata. *Prou*.1. *tit. quæ pert. ad celeb. Miſſ*. §. *in eis autem*.

2 Nec ita anguſta ſint,vt audiẽtes Miſſam ad oſtium, aut feneſtram ſtare cogantur, aut ibi ſacris intereſſe,vbi promiſcuè profanum aliquid exerceatur. *ibid*. §. *nec ità*.

3 Cui permiſſum erit, eò rariùs vtatur, nè Eccleſiam Dei minus frequentent. *ibid*. §. *cui autèm*.

4 Magna verò de cauſa tantùm eadem permittant Epiſcopi. *ibid*. §. *oratorium*.

5 Oratoria in vijs, vbi Miſſæ ſacrificium non fit,altare nullũ omninò habeant. *Prou*.4. *tit. de oratorijs in via*.

6 Valuis, & claue ab oſtio muniantur. *ibid*. §. *valuis*.

7 Clauis à Parocho cuſtodiatur. *ibid.*

8 Extruantur nõ in campis, ſed in via publica. *ibid*. §. *extruantur*.

9 Si anguſta ſunt, cancellis ligneis à parte anteriori ſepiãtur. *ibid*. §. *quæ oratoria*.

10 Imagines pingantur in edito loco in pariete exteriori. *ibid*. §. *& quoniam*.

11 In ipſis verò oratorijs aliqua omninò ſacra imago ſit. *ibid.*

12 Oſtium,ſi ex ſolido aſſere cõſtet, fiat in eo feneſtella, ac duæ prætereà in pariete anteriori ab vtraq; oſtij parte, clathris ligneis munitæ, vndè poſſit ſacra imago cõſpici, & veneratione coli. *ibid*. §. *quorum oratorium*.

13 Vniuſcuiuſq;oratorij,aut Eccleſiæ campeſtris nemini iam in curam traditæ,inſtaurationibus,fabriciſvè, duos,pluresſvè pios homines Vicarius Foraneus præficiat. *Diœc*. 11. *tit. Mon.*

Digitized by Google

Mon.exec.decr.quæ ad dies feſt.§. de claudendis.

14 Hi referant in librũ quidquid eleemoſinæ collegerint, & Vicario Foraneo rationem ſæpè reddant huius adminiſtratæ curæ. *ibid. §. ÿ vero.*

15 Vnaquæq;Capella,ſeu Altare propriam habeat ſupellectilem, niſi aliunde ſuppeditanda ſit, ex Legato,vel contractu,&c.ex Prou.Conc.VII. Ideò illarum Patroni, ſeu alij quicunq; ad quos ſpectat, intra ſex menſes prouideant ne quid illis neceſſarium deſit; ſecus ita deſtitutæ Capellæ,& Altaria ſuſpendentur: & in expeditionibus, ſeu atteſtationibus conſuetis pro confirmatione facultatum Capellanorũ exprimatur, quod illæ, ſeu iſta ſint ſufficienter prouiſa. *Syn. Diæc. 35. decret.* 17. V. Altare.

16 Parochi habeant penes ſe clauem vnam Oratorij intra fines Parochiæ ſuæ degentis, relicta altera in manu fidelis, & probatæ vitæ cuſtodis eiuſdem Oratorij. *Syn. Diæc. 35. Decr. 30.*

17 Quicunque Parochus poſſit facultatem facere noto,& approbato Sacerdoti, celebrandi Miſſam in Oratorio intra fines ſuæ Parochię, ſi ægrè conueniri Vicarius Foraneus Plebis poſſit, ad quem vltra vicem vnam, pluries celebrandi ſpectat concedere facultatem. *Syn. Diæc. 34. c. 3.*

ORDINES.

1 Dominico die proximo antè ſtata quatuor ieiunij tẽpora, in Parochialibus Eccleſijs ſupplicationes cum littanijs, vel intùs,vel proſequente populo foris obeantur. *Prou. 2. tit. 1. decret. 22. Prou. 4. tit. quæ per. ad ſac. ord. §. quo dominico Diæc. 2. decret.* 1.

2 In conferendis ordinibus nequè miniſtri,nequè familiares ordinarij quicquam, etiam ſpontè, quauis de cauſa datũ accipiant. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad ſacr. ord. §. quod à Trident.*

3 Qui in clericalem militiã adſcriptus fuerit,vel altiorẽ gradum ordinis aſcenderit, ad menſem ex eo die, quo ordinem ſuſceperit, nomen ſuum in clericorum librum referri curet. *ibid. §. quicunque.*

4 Libri huius cura ſit Archidiaconi, qui intrà ſex menſes illum conficiat. *ibid. §. Archidiaconus.*

5 Pridiè ſacrarum ordinationũ edicatur Clericis Conſtit. Pij II. contra malè promotos. *Prou. 3. tit. de ijs quę partim ad ord. ſacr. §. Conſtitutione.*

6 Idem habeatur pridiè ſermo, & eo ipſo die quoquè ab Epiſco-

ſcopo, ad ordinandos. *ibid.* §. *idem quoq; præſtet.*

7 Explicentur in ſermone, qui pridiè habetur, monitiones, quæ poſtero die de Pōtificali legūtur, diſertis verbis, & vulgariter expreſſis. *Prou.* 5. *tit. de initiandis.* §. *eo ſermone.*

8 Ordinādus moneatur de ordinis dignitate. *ibid.* §. *vnuſquiſque.*

9 Hoc maximè præſtetur cum Subdiaconis. *ibid.* §. *verùm.*

10 Hunc ſermonem, ſi fieri poteſt habeat Epiſcopus. *ibid.* §. *huius generis.*

11 Ordinatum, etiam familiarē ſuum, adſcribat Epiſcopus certæ Eccleſiæ, vbi vere præſtet functiones ordinis ſuſcepti. *ibid.* §. *videat.*

12 Habeantur ſacræ ordinationes in Cathedrali, vel, ſi in Diœceſi, in Eccleſia primaria, clero præſente. *Prouin.* 4. *tit. quæ pert. ad ſacr. ord.* §. *ſacræ ordinationes.*

13 Teſtimoniales litteræ de vita, & moribus vltrà duos, vel tres menſes, nè ſuffragentur, niſi aliud Epiſcopus iudicauerit. *ibid.* §. *ſi verò.*

14 Recentes omninò ſint eiuſmodi litteræ. *ibid.* §. *cum autem.*

15 Vbi nullū ſpatiū præſcriptū eſt nè vltrà duos menſes, vel tres ſuffragentur. *ib.* §. *quòd ſi.*

16 Idipſum ſeruent Epiſcopi in teſtimonialibus morum litteris acceptandis. *ibid.*

17 Eaſdē litteras ab alienæ Diœceſis clericis, etiam Regularibus, qui à ſua Diœceſi, vel monaſterio proximè aliquandiù abfuerint exhiberi curet Epiſcopus obſignatas nō ſolùm ab eorum Epiſcopo, & Superiore, ſed ab illo quoquè, apud quem manſerint. *ibid.* §. *litteras autem.*

18 Idē præſtari curet à ſuis Clericis ſi in aliena Diœceſi aliquandiù proximè fuerint. *ib.* §. *quod idem.*

19 Qui ſpatio litteris præfinito ordines non ſuſceperit, reddat, vel per ſe, vel per alium quamprimùm poteſt, Ordinario ſuo, vel Superiori. *ibid.* §. *ſi verò.*

20 Deinceps ſuſcepturus ordines, nouas litteras impetret. *ibid.*

Idem præſtet qui à ſuo Epiſcopo ordinandus eſt. *ibid.* §. *qui item.*

21 Antequàm ſacræ ordinationis tempus proximè inſtet, nè concedat Epiſcopus ſine cauſa, dimiſſorias, aut teſtimoniales litteras. *ibid.* §. *ſæpè illud.*

22 Impediuntur ab ordinum ſuſceptione his irretiti, vlz.

23 Minores natu, Sacramento Chriſmatis non confirmati, Rudes, & ignari, Criminoſi, ſolemniter penitentes, Neophyti,

phyti, Ebrietati, & gulę dediti, Impudici, lapſi poſt ordinē ſuſceptum, Periuri, Vſurarij manifeſti, Infames, Ratiociniјs obligati, Serui, Corpore vitiati, Inſigniter deformes, Illegitimè nati, Peregrini, & ignoti, Bigami, Irregulares quouis alio modo, ſuſpenſi, Interdicti, Excommunicati, Amentes, morbo caduco laborantes, Energumeni, non examinati, & probati. *ibid.* §. *impedimento irretiti.*

24 Menſe antè ordinationē, initiandi ad ordines ſacros, & ad primā tonſurā, ad Epiſcopum ſe conferant, niſi aliud Epiſcopo videbitur. *ibid.* §. *quamobrem.*

25 Inquiratur de ordinandorū vita, moribus, & natalibus, ab Epiſcopo. *ibid.* §. *hac adhibita ratione.*

26 Non ſit contentus Epiſcopus in hac inquiſitione litteris teſtimonialibus, ſed aliudè indaget pro ſuo munere. *ibid.*

27 Teſtificatio morum non inquiratur ab eis, quos initiandi ſuæ vitæ teſtes attulerint, ſed ab alijs ſpectatæ vitę viris. *ib.*

28 Teſtificationes has afferant initiandi, cum Epiſcopum conuenient, vt examinentur, ordines ſuſcipiendi cauſa. *ib.* §. *quas teſtific.*

29 Ordinationis tempus Epiſcopali edicto ſignificetur. *ib.* §. *quod ſanè.*

30 Iјs, qui in vrbe ſunt, indicetur feria ſecunda debdomadæ præcedentis ſacram ordinationis diem; Diæceſanis autem, alijſvè antè feriam quartam hebdomadæ, in quā ipſa ordinatio inciderit, niſi breuius, aut longiùs tempus præſcribendū cenſuerit Epiſcopus. *ibid.* §. *quòd ſanè tempus.*

31 Præſtituto tēpore, omnium, tàm, qui prima tōſura, quàm qui ſacros ordines ſuſcepturi ſunt, nomen, cognomen, parentes, patria Parochia, in qua quiſquè ortus, & proximè habitat, notentur. *ibid.* §. *præſtituto.*

32 Beneficium item Eccleſiaſticum, penſio, Patrimonium, eius generis cenſus, cuius nomine, & titulo quis ſacros ordines ſuſcepturus eſt. *ibid.* §. *ac prætereà.*

33 Hæc litteris exarata, publicè de illis proponetur à Parocho die feſto inter Miſſarum ſolemnia, in propria Parochiali, cathedrali, & ea, intrà cuius fines proximè quis habitauerit, & vbi Epiſcopus cenſuerit. *ibid.* §. *hac verò.*

34 Patrimonium, ſeù beneficiū, publicetur in ea Parochiali, in qua maior eſt eius cenſus, vt indè cognoſcatur, an ex aliquo defectu cogatur initiandus turpitèr victum quæritare.

Digitized by Google

ritare. *ibid.* §. *ac quoad cenſum.*

35 Ordines quoſcunquè, & primam tonſurã ſuſcepturi, hæc de ſe ſuo Epiſcopo teſtata faciant, videlicet.

Se natos legitimo matrimonio, aut ob natalium impedimentum ſecùm diſpenſatum eſſe. *ibid.* §. *omnis quicunq;*

Se prætereà Diæceſanum eſſe, aut origine, aut obtẽto beneficio in Diæceſi, vel decennali domicilio, vel alia legitima ratione. *ibid.*

36 A Parocho, à ludimagiſtro, vel Rectore, ſi in Seminario ſit, fidem de vita, & moribus. *ibid.*

37 A Præfecto Doctrinæ Chriſtianæ, ſe frequentaſſe illam. *ibid.*

38 Duobus antè menſibus, aut ampliùs, minùſvè pro Diœceſis amplitudine, habendæ ordinationis diem, litteris indicat Epiſcopus. *ibid.* §. *vt & Epiſcopo.*

39 Proponatur ideò edictum certa verborum formula publicè, & Eccleſiæ valuis, aliiſquè locis aſſuetis affigatur, & à Parochis promulgetur. *ibid.*

40 Certum mẽſtruum, vel ampliùs pro amplitudine Diæceſis ſtatuat, quo, antè ſtata ordinationis tempora initiãdi ad ſe conueniant. *ibid.* §. *certum.*

41 Certam item aliam diem decernat ijs, qui in vrbe, & aliam Diæceſanis ad ferendum teſtimonium, & examen præſtandum. *ibid.* §. *certam.*

42 Quę à Clericis initiandis, vel à Parochis pręſtari debent ſacræ ordinationis cauſa, edicat, & commoneat. *ibid.*

43 Proxima die Dominica poſt eam edicti promulgationẽ, Parochi in vrbe, & in Diæceſi Dominica proximè ſequẽti, vbì litteras eius promulgationis habuerint, indictionis litteras, & Edictum de ſacra ordinatione publicè proponant, & affigant in ſua quiſquè Eccleſia. *ibid.* §. *proximo.*

44 Addant, & Epiſcopi litteras paſtorales ex formula. *ibid.*

45 Dominico die promulgationis in ſingulis Parochialibus proceſſio agatur, littanijs, & publicis precibus ad diuinam opem in ſacra ordinatione proximè futura implorandam. *ibid.* §. *quo dominico.*

46 Vt idẽ præſtetur ſingulis Dominicis diebus per menſem à populo, antè ſacram ordinationem, intrà Miſſarum ſolemnia moneat Parochus. *ib.*

47 Dominico die proximè illã præcedenti, paſtorales illas Epiſcopi litteras deſcripto re-

Digitized by Google

recitet, & populum hortetur, vt ipſis diebus ſacræ ordinationis frequens in oratione ſit. *ibid.*

48 Ab omnibus, qui primam tõſuram, vel ordines maiores, vel minores ſuſcepturi ſunt, hæc quærantur, videlicet.

An minores ſint natu Rudes, & ignari, Criminoſi, ſolemnitèr pænitentes, Neophyti, Ebrietati, & gulæ dediti, Impudici, lapſi poſt ordinem ſuſceptum, Periuri, Vſurarij manifeſti, Infames, Ratiocinijs obligati, ſerui, corpore vitiati, Inſigniter deformes, illegitimè nati, Peregrini, & ignoti, Bigami, Irregulares quouis alio modo.

An ſtipendium belli fecerit, vndè cædes hominum extiterit,

An Iudicis criminalis in foro laicali officium geſſerit,

An ſententiam capitis tulerit,

An criminis, cuius nomine capitis quis damnatus ſit; acta ſententiam, teſtificationeſq; dictarit, aut conſcripſerit.

An in eo, Procuratoris, Aduocatiſq; phiſcalis munus adminiſtrarit, aliaq; exercuerit, vndè irregularitatis maculam contraxerit.

An ſuſpenſus, interdictus, excommunicatus, amens, morbo caduco laborans, ænergumenus, non examinatus, & probatus, furtìm, aut per ſaltus ordinem ſuſceperit, quãdiù eſt, quo alium ordinem ſuſcepit, vt congruo tempore in aliis ordinibus perſtiterit.

An vim, & naturam ordinis ſuſcipiendi norit, & ritus, ſeu cæremonias ex Pontificali, cum initiatur, eorumq; ſignificationes ſanctiores; Sacrarum veſtium, quibus induitur, ſignificata, & myſteria, functionum ſuſcipiendi ordinis notitiam habeat; Earum vſum, & exercitationem rectè teneat, tàm in litteris, quàm in cantu, in quo experimento adhibeantur cantus periti. *Prou. 5. tit. de examinandi ratione. §. qui primam tonſurã.*

49 In initiandis Regularibus videat Epiſcopus, vt diligentiſſimè ſeruentur quæcunq; in Conc. Trid. vel Synodis Prouincialibus generatìm præſcripta ſunt de ſacra ordinatione. *Prou. 5. tit. de initiandis ord. ſacr. §. in ijs.*

50 Inquirat culpas, & impedimenta canonica ordinis ſuſcipiendi Concil. 4. enumerata, & hic relata num. 23. & inſupèr hæc, videlicet

Teſtimonium de Natalibus, ætateq; legitima

Teſtificationem ordinis proximè

ximè ſuſcepti, & hanc à ſuo Superiori

Progreſſionem in Eccleſiaſtica diſciplina

Teſtimonium bonum

Denuntiationem nominis in Eccleſia

Adſcriptionem, & miniſteriũ in Eccleſia, cui adſcribitur.

Exercitationem functionum ordinis ſuſcepti

Frequentiam ſacræ Communionis

Reuerentiam, & obſeruantiã erga Superiores, & Sacerdotes

Debitum interuallum inter ordines ſacros ſuſcipiendos

Examen Epiſcopi

Litterarum, cantuſquè peritiã, & inſtructionẽ ad functiones ordinis ſuſcipiendi exercendas.

Vſum, & peritiam officij recitandi

Loco tituli, & cenſus, teſtificationem præſtitæ profeſſionis. *Pr.5. ib.& hæc quoad Regulares*.

51 Quoad ſeculares verò

Maiori, vel minori ordine initiandus, afferat etiam, præter ſuperiùs tradita,

Teſtimonium de prima tonſura, aut ordine proximè ſuſcepto.

De illius ordinis functionibus à ſe præſtitis, idquè à Præfecto Eccleſiæ, cui adſcriptus eſt.

De habitu clericali, ad Conciliorum præſcriptum geſtato, aſſiduè, & hoc teſtimonium detur à Parocho

De frequenti confeſſione, à Confeſſario approbato ad Cler. Confeſſiones audiendas.

De frequenti communione, à Parocho, vel Eccleſiæ Præfecto; cui adſcriptus eſt, vel eo, qui idem Sacramentum miniſtrarit Epiſcopi iuſſu. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad ſac. ord. §. qui verò*.

52 Examini ordinandorum, maximè initiãdorum maioribus ordinibus, & Parochorũ eximini, quantùm fieri poteſt ad ſit Epiſcopus. *ibid. §. id Epiſcopus*.

53 Fiat de quocunque ordinẽ Eccleſiaſticũ ſuſcepturo, examen de litterarum ſcientia, cantus peritia, de neceſſarijs ad rectè obeundas functiones ſuſcipiendi ordinis, de peritia in recitandis horarijs officij laudibus. *ibidem. §. quicunquè*.

54 In teſtimonialibus ordinis ſuſcepti litteris, fiat teſtificatio Eccleſiæ, & loci pij cui adſcriptus eſt. *ibid.*

55 Neque ideo ſit vetitum, quin alteri Eccleſiæ, vel loco pio poſſit ab Epiſcopo adſcribi. *ibid.*

56 Temporum interualla ordinibus

nibus ſuſcipiendis, nè paſsim omittantur. *ibid.§.ſtata*.

57 Vbì ab Epiſcopo diſpenſantur, in litteris teſtimonialibus cum cauſa diſpenſationis exprimatur. *ibid.§.quòd ſi*.

58 Regularis ordinetur ab eo Epiſcopo, in cuius Diœceſi eius Monaſterium eſt, licet non ſit oriundus ex eadē Diœceſi, nec ſit filius eiuſdem Monaſterij. *Prou.7. tit. de ſac. ordin.*

59 Alienę verò Diœceſis Regularem nè promoueat Epiſcopus, niſì habeat litteras dimiſſorias ſui Superioris teſtatum facientes ſacram ordinationem à proprio Epiſcopo non haberi, atquè adeò ordinandum dirigi ad alium Epiſcopum. *ibid.*

60 Nequè promoueat aliquem ad titulū Patrimonij, vel penſionis, niſì pro neceſſitate ſuarum Eccleſiarum. *ibid.*

61 Ordinatus ab alio Epiſcopo, mēſe poſt ordinem ſuſceptū, vel maiori ſpatio pro loci diſtantia, vel per ſe, vel per aliū, teſtificationem ſuſcepti ordinis ſuo Epiſcopo afferat. *ibid. §.Clericus*.

62 Cum primùm ipſe poterit, Epiſcopum cōueniat, vt in librum ordinatorum referatur, & alicui Eccleſię adſcribatur. *ibid. §. at vbi.*

63 Cōficiatur verò hic liber, vbì ordinati omnes deſcribātur. *ibid.*

64 Quicunquè habitum Regularem geſtauerint, eoq; quouiſmodo vſi fuerint, ne poſt modū ad ordines, aut ad habitum Clericalem admittantur, niſì peculiari facultate ab Archiepiſcopo impetrata. *Diœc. 32. cap. 21. §. quicunquè etiam*.

65 Ordinatus, nè ſedem mutet ſinè ſui ordinarij licentia, ſub pœna interdicti ab exercitatione ſacrorum. *Prou.7. tit. de ſacr. ord.*

66 Nullus alicuius Plebis in minoribus conſtitutus admitti poſſit ad Ordines ſine teſtificatione Vicarij Foranei, de illius vita, & moribus. *Syn. Diœc. 34. c.6.*

ORDINES Maiores.

1 Epiſcopus, ordines Præsbyteratus, Diaconatus, Subdiaconatus ſingulos ſingulis annectat canonicatibus, ac portionibus, quibus non eſt annexus *Pro.1.tit.de ijs, qui dignitates. §. quibus autem*.

2 Id ità inducatur, vt non ipſis canonicis, ſed canonicatibus, & portionibus ſingulis, quæ in cathedrali Eccleſia ſunt, annectantur. *Prou.5. tit. de initiand.*

Digitized by Google

tiand. ord. ſacr. §. *quod de ordine*,

3 Hoc decretum locum nō habeat in illis canonicatibus, & Præbendis, quibus in fundatione iam certus ordo eſt annexus. *ibid.*

4 Totidem canonicatus Sacerdotes conſtituantur, quot cōficiant ſaltem dimidiam partem canonicorum Sacerdotum. *ibid.*

5 Vbi primum canonicatui, vel potiori, ordo ſacer annexus eſt, canonicus, etiam qui iam illum obtinebat, ad eum ſuſcipiendum compellatur ab Epiſcopo. *ibidem*.

6 Si monitus nō ſuſceperit, priuatus ab illo declaretur, *ib.*

7 Menſe antè ordinationē, qui maioribus ordinibus initiādi ſunt, ad Epiſcopum ſe conſerant. *Pro. 4. tit. quæ pert. ad ſacr. ord.* §. *qui maioribus*,

8 Nemo titulo Seminarij ſacris maioribus ordinibus adſcribatur, neque titulo beneficij, cenſus, penſionis, vel alterius cenſus, qui ad victum ſatis eſſe non conſtet iuditio Epiſcopi. *ibid.* §. *nemo*,

9 Hoc Decretum intellige locum habere, niſi cū beneficij ſeminario, vnionis iure adiūcti, vſui, & cultui miniſterium eſt ab illo præſtandum: & tūc annus cenſus conſtituatur, vndè queat Epiſcopi iudicio ſuſtentari, qui eo titulo ordinem ſuſcepit. *Prouin. 5. tit. de initiand. ord. ſacr.* §. *quod alio Conc.*

10 In hunc cēſum ceſſet ius, vbi primùm aliūde habuerit quo conſulatur vitæ ſuæ ſuſtentationi Iuditio Epiſcopi. *ibid.*

11 Quod ſi ex parte tantùm prouiſum aliundè ſit, ceſſet ad ratam attributio illius cenſus. *ibid.* §. *nec verò*.

12 Titulo pēſionis, patrimonij, bonorum perpetuò conceſſorum titulo donationis, Epiſcopus poſſit conferre ſacrū aliquem ordinē, etiam familiari ſuo. *ibid.* §. *penſionis*.

13 Etiamsi familiaris ſit alienæ Diæceſis; modo poſt trienniū ab initio familiaritatis *ibidem* §. *idque*,

14 Ob Sacerdotum penuriam, poſſit Epiſcopus conferre ſacrum ordinē illi, cui quis certa cautione ſpondeat ſuppeditaturū ſe quæ eius vitæ vſui neceſſaria ſunt, ſaltem donec ei aliundè ſit prouiſum. *ibid.*

15 Diligentèr tamē videat Epiſcop. vt hæc penſio, patrimoniumvè illud verè obtineat, ſponſio illa, vel donatio non ſit fraudulentia, & ſufficiat ad honeſtā vitæ ſuſtentationem, & in hac re inquirenda vtatur diligentiam preſcripta in Conc. Prou. 4. *ibid.* §. *at verò*,

Pa-

Digitized by Google

16 Patrimonij, aut promiſſionis titulo aſſignati à cuiuſuis cõditionis homine nullus ſacris initietur; niſi præter cæteras præſcriptas cautiones, illud etiam publico Inſtrumento caueatur ea clauſula adiecta, vt vterq; tùm aſſignans, tùm cui aſſignatur iuret id patrimonium verè poſſideri, & obtineri, nullamq; fraudem ſubeſſe, nullumq; eſſe eo nomine contractum, neq; promiſſum factum; neq; aliquid impoſterum ſe facturos quo minùs initiatus, verè aſſignato patrimonio vtatur, & ſi quid actum, geſtũ, factumvè erit contra, id omne irritum, reſciſſum, & planè nullum eſſe velle. *Prou. 6. tit. quæ ad ordinis ſacr. §. nè quis.*

17 Si quid contrà actum erit; initiatus ſit ſuſpenſus arbitrio Epiſcopi à functione ordinis ſuſcepti, nec alijs maioribus ordinibus adſcribi poſſit. *ib.*

18 Patrimonium eo nomine aſſignatum ita ei vſui annectatur, vt initiatus, illud patrimonium, vel cautionẽ alienare, vel remittere non poſſit, donec aliundè ſit ei prouiſum, vndè honeſtè poſſit viuere. *ibid. §. verùm nè.*

19 Nec delinquendo illud amittere poſſit. *ibid.*

20 Nec grauis criminis cauſa præſcribi poſſit, nec Fiſco applicari, ſed ad aſſignantem, donantem, cauentem, aut ad hæredes corũ, aut ad eos, qui ab inteſtato, initiato ſuccederent, ipſo iure redeat. *ibid.*

21 Promouendi ad Subdiaconatum, & ad Sacerdotium, generali anteactæ vitæ confeſſione facta, in ſpiritualibus exercitationibus verſentur. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad ſacr. ordin. §. Subdiaconatũ. Viſit. Apoſt. tit. in ſuis etiam moderand. §. qui ad Subdiac.*

22 Menſe, vel longiori, breuioriuè temporis ſpatio in illis perſiſtat, Moderatoris iudicio. *Prou. 4. ibid. §. in illis autẽ.*

23 Subdiaconus nè quis fiat, qui peritus non ſit in vſu horarij officij rectè, & ritu recitandi. *Pr. 5. tit. de initiandis ordin. ſac. §. qui Subdiaconatus.*

24 Initiandi maioribus ordinibus examinentur ſuper hiſ. 5.

An per ſingulos illius ordinis gradus, & in vitæ ſpiritualis diſciplina progreſſum fecerint.

An Breuiarium, ſacra Biblia, Sanctorum PP. volumina, Conc. Triden. & Prouincialia, Synodos Epiſcopi Diæceſani, Cathechiſmũ Rom. Rationale Diuinorum officiorum, & libros aliquos de vitæ ſpiritualis rationibus

conſcriptos ſui muneris vſui accomodatos habeant. *Hæc Conc. Prou. 5. tit. de exam. ratione. §. quamobrem.*

25 A Sacerdotibus hæc in examine inquirantur, videlicet

An piè, & fideliter in miniſterijs antè actis ſe geſſerint.

An ſpectata pietate, & caſtis moribus

An præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ documēta expectari ab eo poſſint.

Inſuper

Quid ſit Miſſæ ſacrificium

Quid illius ſacrificij effectus

Quæ eiuſdem partes

Quæ miſteria in illo ſint

Quæ ſacrarum veſtium ſignificationes

Quæ in eo officio offerendo requirantur

Vbi, & quando illud fieri non licet

Quæ dubia aliquandò incidere poſſint

Quæ explicatione opus habeant, vt illud rectè fiat.

Prætereà

An ſacræ Confeſſionis aliquā peritiam habeant

An ad alia Sacramenta rectè miniſtranda idonei ſint

An corū cognitionem, & explicationem habeant ex interrogationum præſcripto, vt de Parocho ſup. Verbo Examinis forma.

An ità teneant doctrinam, vt concionari poſſint.

An de re ſacra, dequè Chriſtianarū virtutum officijs, & de omni re ad ſalutem neceſſaria, populum aptè poſſint inſtruere. Hæc ex Conc. *Prou. 5. ibid. §. ab ijs.*

26 A Diaconis diligenter inquiratur de Sacramentorum Doctrina, & experimentum fiat in concionibus habendis ex ratione præſcripta ſuprà, Verb. Examinis forma. *Prou. 5. ibid. §. Diaconorum.*

27 A Subdiaconis hæc quærantur,

De ordinum minorum, & maiorum differentia

An probati ſint in minoribus ordinibus

De voto continentiæ Subdiaconatui annexo

De Sacramentorum Doctrina in genere.

Tùm experimētum fiat in ratione recitandi diuini officij, *Pro. 5. ibid. §. à Subdiaconis.*

28 Quo die ordinatus quiſquè fuit Sacerdos, eum diē quotannis recolat ſacrificio, & precibus. *Prou. 3. tit. de ijs. quæ ad diu. off. pert. §. quo die.*

29 Subdiaconatum, vel alium ſacrum ordinem ſuſcepturus ſcripta afferat, quibus teſtetur de ſe denūtiationes inter Miſſarum ſolemnia factas, æta-

ætatẽ è Conc. Triden. prȩſcriptam, cenſum congruentem, huiuſquè denuntiationes ad præſcriptum Concil. factas. *Prou. 4. tit. quȩ pert. ad ſacr. ord. §. qui Subdiac.*

30 Subdiaconus, aut Sacerdos creandus teſtificationem afferant ſe ſpirituales exercitationes ad præſcriptum Conc. præſtitiſſe. *ib. §. cuicunquè.*

31 Sacerdotalis tonſuræ forma, latè, & amplè pateat vncijs quatuor; Diaconalis, vncia vna minor; Subdiaconalis, aliquantò anguſtior Diaconali. *Prou. 5. tit. qua ad Cler. honeſt. §. de tonſura.*

32 Vnciæ mẽſura eſt ad præſcriptum fabricæ Eccleſiæ. *ibid. §. vncia autem.*

33 Si quandò contingat examẽ fieri de aliquo promouendo ad Epiſcopatum, hec formula ſeruari poterit ab Epiſcopo, in cuius Diæceſi ille maiorẽ anni partem verſatus, fuerit, qui accepto mandato à Sum. Pontif. ex quinquè probatis, doctis, iuratis, omniquè exceptione maioribus teſtibus, de eius vita, moribus, cognoſcat in hunc modum.

An ſit bonæ exiſtimationis.

An hæreſis nomine, aut ſchiſmatis ſuſpectus ſit.

An hæreticorum libros legerit, habeatvè.

An cũ hæreticis verſatus fuerit, aut eis aliquo modo fauerit.

An ſtatuto Eccleſiæ tempore confiteatur, & Euchariſtiam ſumat, & Miſſæ interſit.

An ſacris ordinibus ſit initiatus, & quampridèm.

An ſit criminoſus, vel vitio, aut infamia notatus.

An cũ aliquo inimicitias gerat capitales, & præſertim in loco Epiſcopatus.

An filios habeat nõ legitimos & cuius ætatis, & quot.

An familiam ſuam prudenter, & catholicè regat.

An bigamus.

An excommunicatus, aut ſuſpenſus.

An Apoſtata.

An ei publica pænitentia impoſita fuerit.

An aliquando inſanierit, aut à dȩmone vexatus fuerit.

34 De natalibus verò, ætate, gradu, & corporis habitu, à duobus, vel tribus teſtibus fide dignis, vel ex publicis inſtrumentis hæc cognoſcat.

An legitimo matrimonio natus.

An hȩretici filius, vel nepos ſit,

An trigeſimum annum confecerit.

An in vniuerſitate ſtudiorum Magiſter, ſiuè doctor, ſiuè in ſa-

Digitized by Google

ſacra theologia licentiatus, vel iure canonico meritò ſit promotus, aut publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendos oſtendatur. Et, ſi regularis ſit, an à ſuperioribus ſuæ Religionis ſimilem fidem habeat.

An aliquo vitio, vel inſigni deformitate corporis, & in qua parte laboret.

An comitiali morbo tentetur.

35 De doctrina, ſic periculum faciet.

Adhibitis tribus Theologiæ, totidemquè iuris pontificij peritis, quos, ſi ibì non fuerint, ex vicinioribus locis accerſat, promouendum vndecunq; euocatum interroget.

Quid differat inter Sacramenta nouæ legis, & veteris.

Quot ſint Eccleſiæ Sacramenta, & quomodo ſingula nominentur.

Quæ ſint eorum materia, forma, Miniſter.

Quod officiũ Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi; quodvè minorum ordinum.

Quæ præcepta diuina, quævè Euangelica Conſilia.

Duos item locos ei interprætandos proponat, alterum veteris, alterum noui teſtamenti, dato ſpatio à manè vſquè ad Veſperas, cogitãdi.

Aliquid inſuper de Iure Pontificio interrogabit, & licet ſit Theologus, tamen tenebitur reſpondere de ijs, quæ ſunt iuris canonici, ſed ad Epiſcopi munus ſpectant.

36 His peractis, fidei profeſſionem faciat corã eodem Epiſcopo, ex formula præſcripta ad S.D.N.

37 Si promouendus moratus ſit proximum triennium in pluribus ciuitatibus; Epiſcopi in quorum Diœceſi ille moratus ſit ſex menſes, à Sum. Pontif. admoniti, vel rogati ab eo, qui proceſſum fecerit, ſuo teſtimonio comprobent eius fidem, vitam, & mores, idquè ſcriptum mittant ad eundẽ, à quo proceſſus confectus eſt.

38 Is verò, acta hæc omnia in publicum inſtrumentum relata, ad S. Rom. Pontif. obſignata quamprimùm mittat.

Hæc habes. *Pro. 1. tit. de exam. in Inquiſ. in prom. ad Cathed. Eccl. per totum.*

ORDINES Minores.

1 Abbates, etiam baculi, & mitræ iure vtentes, qui ordines minores conferre poſſunt, nè tonſuram, aut minores cõferant niſi Regularibus, & corũ iuriſdictioni ſubiectis; alijs verò non niſi de Epiſcopi cõſenſu, & cum tulerint dimiſſorias litteras, nõ generatìm, ſed

Digitized by Google

ſed ſpeciatim conceſſas. *Pro. 5. tit. de initiandis. §. nè Abbates.*

2 Ij verò Abbates Sacerdotio initiati ſint, & ſtatis benedictionibus, & precibus conſecrati. *ibid.*

3 Inferioribus ordinibus initiãdi, qui nullum beneficium obtinẽt, verſati ſint in recitatione officij B.V. *Prou. 5. tit. de initiand. §. qui Subdiaconat.*

4 Functiones ordinum minorum curet ad vſum reuocari Epiſcopus, vbi ſint intermiſſe. *Prou. 1. tit. de funct. ord. min. §. Epiſcopi.*

5 Saltèm in cathedralibus ſtipendiarios aliquos cõſtituat, vt expleant ea munera in eiſdem Eccleſijs, non ſolùm in his Cõcil. decreta, ſed ex antiquorum canonum præſcripto ad eos pertinere cognouerit, & quæ inſupèr iudicarit ad cuiuſquè Eccleſię dignitatem, & vtilitatem pertinere. *ibid. §. Atquè.*

6 Initiandi prima tõſura de his interrogentur.

Quam ob cauſam ſe clericos fieri velint.

An ſecularis iudicij vitandi cauſa.

An contentioſis litibus implicati.

An rixam, ſimultatemvè exerceant.

Quam artem teneant, vel artificium exerceant.

Inquiratur, an tales ſint qui ſpem præbeant miniſtros ſe fore Eccleſiæ vtiles

A quo Sacerdote Magiſtro vitæ Sanctioris inſtituti ſint ad Clericalis vitæ modum.

An legere, pronuntiare, ſcribere norint, de quibus fiat periculum.

An Chriſtianam Doctrinam teneant, Epactæ intelligentiam habeant,

An confirmati ſint. *Pro. 5. tit. de examination. §. de ijs, qui prima tonſura.*

7 Prætereà initiandus prima tonſura hæc afferat teſtimonia.

Sacro ſe chryſmate confirmatum.

In Eccleſijs religiosè, & frequenter verſatum.

Spẽ eſſe, ſe in clericali ordine permanſurum, & hoc teſtimonium ferat à Parocho, aut eo Sacerdote, in cuius diſciplinam traditus eſt ab Epiſcopo, poſtquàm ei patefecit animum clericalis ordinis ſuſcipiendi.

Sacram item communionem crebriùs per annũ ſumpſiſſe.

8 Licebit tamen Epiſcopo ſinè teſtimonio, tùm frequentèr ſumptæ communionis, cum frequentiæ Doctrinæ Chriſtianæ, ob cauſam admittere.

Pro.

Prou. 4. tit. quæ pert. ad Sacram. ord. §. hęc præterea.

9 Ab iis, qui minoribus ordinibus adſcribēdi ſunt, quęratur, & experiundo cognoſcatur, an primordia Grāmaticæ, & linguam latinam intelligant, & an ſpes talis ſit, vt digni ſint, qui ad maiores ordines aliquandò aſcendat. *Pro. 5. tit. de examinandi ratione. §. de iis verò.*

10 Functiones minorum ordinum, & humilitèr, frequentèr, acurata ſollicitudine, piè, rectè, ritè præſtentur. *ib. §. quicunquè Clericus.*

11 Pręfectus teſtimoniū de Clerico facturus, qui functiones in ſua Eccleſia obierit, hæc ſpeciatìm in litteris teſtimonialibus exprimat. *ibid. §. Præfectus.*

12 Minorum ordinum corona lata ſit vndiq; vncijs duabus. *Prou. 5. tit. quæ ad Cler. honeſt. §. minorum deniq;*

13 Vnciæ menſuram eſt ad præſcriptum inſtructionum fabricæ Eccleſiæ. *ib. §. vncia autē.*

14 Clerici in minoribus conſtituti, ſæcularia negotia fugiāt, & nè, ſinè Epiſcopi conceſſu litteris exarato, laicis, in ſeruitute, famulatuvè operam nauent. *ibid. §. quæ in Concilio. Prou. 1. tit. de negot. ſæcul.*

15 Hanc facultatem nè det Epiſcopus in ea re inſeruiendi, quę clericalis vitę rationibus, pietatiſquè officijs non conueniat. *ibid.*

OSTIARIVS.

1 Fores Eccleſiæ cuſtodiat.

2 Eccleſiam ſuo tempore claudat, & aperiat

3 Infideles, hæreticos, excōmunicatos, interdictos eijciat.

4 Nè populum propriùs ad Sacerdotem Miſſam facientem accedere permittat.

5 Campanas pulſet.

6 In Eccleſia irreuerēter ſe habentes moneat, expellat, ad Superiorem deferat.

7 Mendicantes excludat.

8 Eccleſiam verendam curet.

9 Bruta, caneſquè expellat, & quicquid in Eccleſia dedecet, amoueat. *Omnia ex Prou. 1. tit. de oſtiario.*

PAPA.

In anniuerſario Conſecrationis Summi Pontif. omnis Sacerdos in Miſſa precetur pro eo, ſtata illa oratione. *Deus omnium fidelium. Prou. 6. tit. quæ ad diuina off. §. quamobrem.*

2 Ægrotante eodem, in omnibus Eccleſijs ſtata hora orationem precentur. *ib. §. Summo Pontif.*

3 Mortuo, eodem, campanarū ſono de more pulſetur in omni

ni Eccleſia, & in Collegiatis, & Cathedralibus officium celebretur. *ibid. §. ſi quandò.*

4 Sacerdotes ſinguli pro eo Miſſam celebrent, aut ſaltèm precentur ſtatā oratione. *ibid. §. Sacerdotes verò.*

PAROCHIA.

1 Sublata diuiſione Parochiarum per familias facta, eas certis limitibus deſcribant Epiſcopi. *Pro. 1. tit. de ijs, quæ ad ſac. adm. §. Parochianum.*

2 Parochias ità diuiſas, vt non ſinè graui incōmodo Sacramēta adminiſtrare poſſit Parochus, aut earum partem cōmodiori vniat Epiſcopus, aut nouas conſtituat, etiàm inuito Parocho. *Prou. 1. ibid. §. quæ Parochiales.*

3 Domus, quæ diuerſis Parochialibus ſubeſt Eccleſijs, ei adiudicetur, in cuius Parochia eſt domus ianua, per quam frequentior eſt ingreſſus. *Diæc. 3. Decr. 41.*

4 Vel ſi ianua eſt dubia, ei ſubijciatur, in cuius Parochia eſt illius domus maior pars: vel ei Parochiali, quæ ipſi domui proprior eſſe cognoſcatur. *ib. §. quòd ſi.*

5 Vbì opus eſt, nouæ fiant Parochię, ſeruatis decretis Cōc. Trid. etiam in Parochijs Regular. *Prou. 6. tit. de Parocho §. quibus.*

6 Certam tamē fructuum portionem attribuat ad preſcriptum Conſt. Pij V. *ibid.*

7 Curet Epiſcopus Parochias inopia laborantes ſublenari, beneficiorum Eccleſiaſticorum adiunctione, vnionevè; primitiarum, & decimarum attributione, Parochialis viciniæ incolarū ſymbolis, collectiſvè, aut alia ratione ad Concil. Triden. Preſcriptum. *Prou. 4. tit. de parochijs. §. illud Epiſcopus.*

8 Parochiales Eccleſiæ extrà vrbē, adiungantur alicui preposituræ, niſi iuridicè conſtet eas immunes à cuiuſuis Præpoſituræ iure. *Diæc. 2. dec. 12. §. Parochiales.*

9 Idē fiat de Eccleſijs, quæ Archipresbyteratus nomine vocantur, etiamſi hę reipſa collegium habeant. *ibid. §. quòd autem.*

10 Excluduntur ab hoc decreto illę Parochiales, in quibus alius eſt diuinorum officiorum ritus, atquè ille eſt, qui in Prepoſituris adhiberi ſolet *ibid. §. ab hoc.*

11 Certis feſtis diebus quos pro ſuæ Diæceſis ratione Epiſcopus præſtituerit promulgentur litterę monitionis de cōueniēdo ad Parochialem Eccleſiam. *Prou. 6. tit. de Paroch. et Paroch. §. et Canonum ratio.*

12 Has litteras in vulgarem linguam transferri curent Epiſcopi, & ſummatim populo explicari, prout magis expedire cenſuerint. *ibid. §. porrò.*

PAROCHVS.

1 Cōficiatur liber Parochialiū officiorum ad communem vſum parochorum Prouincialium. *Pr.6. tit. de Paroch. §. qua instructiores.*

2 Parochus doctoratus gradu ornatus, nō Doctoralem veſtem, ſed Parochialē induat, ſub pœna amiſſionis annuli, & veſtium, & ſuſpēſionis à functione ordinum, iudice etiam Vicario Foraneo. *Diæc. 11. tit. Mon. exec. decret. quæ ad Sacram. pert. §. Parochus doctoratus.*

3 Parochi vrbani ferant capucium, quod eſt eorum inſigne, per vrbem, ſub pæna aurei nummi, ſuper exteriorem veſtem, & cotam. *Diæc. 2. decr. 28. §. quoniam verò. Prou. 4. tit. de Parochijs. §. Parochi in vrbe.*

4 Etiam Diæceſani Parochi, & Vicarij Eccleſiarū Parochialium perpetui, qui etiam togam Parochialem tàm ſi vrbani, quàm ſi Diæceſani ſint, deferant. *Diæc. 4. decret.* 19. *§. quòd de. & §. Vicarijs.*

5 Hoc Decreto non tenentur Canonici Collegiatarū. *Prou. 4. ibid. Diæc. 2. ibid. §. Hoc autem.*

6 Neq; ij, qui in Collegiatis officia obtinent Eccleſiaſtica, cum procedunt collegiatim. *Diæc. 2. ibid. §. hoc autem.*

7 Parochus celebrare volens in aliena Eccleſia, non admittatur, niſi conſtet ei licere, facultate in ſcriptis impetrata. *Diæc. 3. Decret. 24.*

8 In Paſchate poteſt ſumere alios Sacerdotes, probatos tamen, ad audiendas confeſſiones, ſi neceſſarios eos iudicet. *ibid. decret. 29.*

9 Ineunte Quadrageſima, Patres familias ſuæ Parochiæ conuocet, & eos hortetur ad pietatis officia, lecta iis Cōſt. Conc. 3. Prouinc. de familiæ inſtitutione. *Diæc. 4. decr. 17.*

10 Diſcedente Parocho cū debita facultate, Vicarius Foraneus, qui breuis abſentiæ facultatem dederit, alium Parochum deligat, qui vicem illius gerat in cura animarum. *Diæc. 11. tit. Monit. exec. decret. quæ ad diu. off. pert. §. id omninò.*

11 Temporibus autem, quibus cōfeſſiones frequentiores eſſe ſolent, non abſit nè breui quidem ſpatio. *Pro. 1. de pæn. §. caueant.*

12 Qui contrà præſcriptum abfuerit, ei ſit pæna aurei nummi in ſingulos dies, quibus abſuerit ſinè cauſa probata à Viſitatore, aut Vic. Generali. *Diæc. 11. tit. Mon. exec. decret.*

qua

quæ ad Sacr. & ſacr. pert. §. *Parochi animarum.*

13 In quibuſdā regionibus, mōtanis præſertim, ſi Sacerdotes, qui ad celebritates euocari quæant vere non ſint alij, quā Parochi, Vicario Foraneo liceat tribus tantummodò ob eam cauſam, facultatem diſcedendi facere. *ib.* §. *quòd ſi.*

14 Et ij ſint, qui propiùs abſint, & pauciorem populum habeant. *ibid.* §. *Atq; ij.*

15 Parochus Præpoſitus ab Sacramenta miniſtrāda, aliaſq; functiones in ſua plebana regione, cappam induat, licèt Clericum tantùm ſecum habeat. *ibid. tit. Mon. exec. dec. quæ ad Paroch.* §. *Præpoſitus.*

16 Extrà fines plebanæ Eccleſię eam non induat, niſi cum capitulo collegialiter incedat. *ib.* §. *At verò.*

17 Hoſtias, vinum ad vſum cōmunionis populi, etiā in Paſchate, candelas in feſto Purificationis B. V. & oliuas diſtribuendas paret Parochus ſuis ſumptibus. *ibid.* §. *Parochi, hoſtias.*

18 Niſi aliud conſuetudo ſuadeat. *ibid.* §. *vbi tamen.*

19 Miſſas celebrandas nè ſuſcipiat inconſulto Archiep. *ibid.* §. *quæ facultas.*

Parochiales denuntiationes, ſi Eccleſia eſt collegiata, fiant intrà Miſſam conuentualem. *ibid.* §. *de denuntiatione.*

20 Et hęc ſunt denuntiāda: Matrimonia, feſta, Vigiliæ, ieiunia, Proceſſiones, ſtationes, Indulgentiæ, oratio Publica, vota, officia mortuorum, res amiſſæ, vel inuentæ, Decreta Prouincialia, Synodalia. *ibid. & Prou. 3. tit. de Parochis.* §. *Dominicis diebus.*

21 Si Parochus ad aliam Eccleſiam tranſeat, antequàm diſcedat à priori, libros tradat ſucceſſori, baptizatorum, cōfirmatorū, matrimonio iunctorum, ſub graui pæna, ſi ſecùs faciat. *Prou. 1. tit. de his, quæ pert. ad Sacram. admin.* §. *ſi Parochi.*

22 Caueāt Parochi, nè per octo dies antè natalem Domini, & à Dominica Paſſionis vſquè ad octauam Reſurrectionis, etiam alio ad funera vocati, audiendę cōfeſſionis munus prætermittant, aut differant. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad Sacr. pænit. admin.* §. *caueant Parochi.*

23 Curatis præcipitur, vt præter dies feſtos, ter in hebdomada, aut etiam ſæpiùs, quo, vel loci cōſuetudo, vel neceſſitas crebriorem Miſſæ vſum poſtulabit, celebrent. *ibid. tit. de frequent. diuin. ſacrif. oblat.* §. *Curatis verò.*

24 Habeat Parochus requiſitos li-

libros, & ex ſpiritualibus aliquem. *Viſit. Ap. tit. quæ pert. ad cler. §. Habeat.*

25 Parochorum libri, præter aſſignatos clericis, hi ſunt; Homiliarum ab ordinario eligẽdarum, Summa antonina, vel alia approbata. *ibid. tit. qui libri potis. §. Parochi.*

26 Parochus librum habeat, in quo, omnium, qui in eius Parochia ſunt, nomina, cognomina, ſexum, ætatem, & ſtatũ deſcribat. *Prou. 1. tit. de dilig. ab Epiſcopo adhib. §. Parochus etiã.*

27 In eo ſcribat recentèr natos, & mortuos, & venientes habitatum in Parochiam, & inde emigrantes. *ibid.*

28 Præter librum, in quo Baptizatorum, parentum, compatrum nomina, & cognomina deſcribẽtur, tres alios habeat ad eundem vſum, in quibus matrimonia, defuncti, ſtatus animarum ſeorsìm deſcribãtur, ſub pænis decem aureorum, ſi qui hoc decretum neglexerint. *Prou. 7. tit. de lib. Parochial.*

29 Singularum Parochiarum facta in vnum dumtaxat librum referãtur impoſterùm, ſed eum maioris formę, cuius longitudo, & latitudo ſit cubitalis, folia ad minùs trecẽta, & in quatuor partes is diſtribuatur; in quarum prima ſit baptiſmorum; ſecunda matrimoniorum; tertia confirmatorum; quarta mortuorum: & ad finem eiuſdem libri ſint quædã folia ad quindecim, aut viginti, in quibus notentur ea, quæ apud poſteros digna videbuntur memoria. *Diæc. 32. cap. 23. §. de libris.*

30 Vbi vnus plenus fuerit, illi alter eiuſdem menſuræ, & formæ ſubrogabitur, & huic, alter poſtmodùm per manus. *ibid.*

31 Obſeruabit nouos inquiſitos circa fidem, & ſuſceptionem Sacramentorum; & de mulieribus, an verè ſint vxores, & an ſuſpectæ. *ibid. §. obſeruabit.*

32 Inquirat de pauperibus, præſertim puellis nobilibus, viduis, pupillis, ægrotis, ſenio confectis, quibus opem ferat, & alios ſuo exemplo, & verbis ad id officium incitare ſtudeat. *ibid. §. inquirat.*

33 De his ordinarium ſuum ſæpè certiorem faciat. *ibid. §. præcipuè verò.*

34 Quæ Eccleſiæ peculiarẽ Parochiam habent; neque eius curatio ad certas perſonas ex officio pertinet, in ijs, certũ ſtipẽdium à Capitulo, vel ab ijs, ad quos ſpectat, Vicecurato attribuatur, Epiſcopi ar-

arbitrio. *Prou.* 2. *decret.* 8.

35 Parocho ægrotante, vicinior Parochus adſit, & omnia pręſtet, quæ ad animæ ſalutem neceſſaria ſunt, & quę ad corpus etiam (maximè ſi inops ſit ægrotus) & de eius ægritudine, Vicarium Foraneum in Dięceſi, Epiſcopum in vrbe admoneat. *Prou.* 2. *decret.* 15. *Prou.* 6. *tit. de Parocho* §. *& quoniam* §. *atquè*.

36 Vbì duo, vel plures Parochi ſunt in eadem Eccleſia, ad tollēdas lites, Epiſcopus certos viciniæ limites, & vijs diſtinguet, & aſſignet. *Prou.* 4. *tit. de Paroch.* §. *qua in Eccleſia*.

37 Impedito vno, alter tamen promptè ſuppleat. *ibid.* §. *diſtributa*.

38 Partitio hebdomaria prohibetur inter eos, & viciſſitudo functionū, quæ ab vtroq; præſtari poſſunt. *ib.* §. *nec verò*.

39 Functiones, quæ diuidi non poſſunt, Epiſcopi arbitrio, à ſingulis communitèr præſtētur. *ibid.* §. *ſi quæ verò*.

40 Vbì nequit fieri partitio, & plures ſint Parochi, vnus alijs præficiatur grauitate morum præſtans; qui emolumenta extraordinaria in vnum locū collata certo tempore alijs diuidi iubeat, aut eam rationem hac in re obeat, vt omnes rixæ tollantur, & animarum cura non negligatur. *ib.* §. *vbi verò*.

41 Singulis feſtis diebus Veſperarum officium peragat Parochus, & ſi plures adiutores ad canendum non habeat, ipſe ſolus alta voce recitet. *Pr.* 3. *tit. de Paroch.* §. *Parochus in ſua*.

42 Parochi Regulares eadem præſtent. *ibid.* Et recitentur omnes pſalmi ad præſcriptū Breuiarij ſub pæna nummi aurei. *Diœc.* 11. *tit. Mon. exec. decret. quæ ad diu. off.* §. *quæ in re*.

43 Dominicis diebus moneant Populum, vt antequam diſcedat ab Eccleſia, tèr, Dominicam, & Angelicam orationem recitet orādo, Pro fidei Chriſtianæ, & S. Eccleſiæ propagatione, Pro Pontif. Rom. Epiſcopo, & alijs animarum Paſtorib. Principibus, & Magiſtratibus, Peccatoribus, Pænitentibus: Vt hæretici, & Infideles conuertantur: Pro defunctis, maximè ijs, qui in Eccleſia Paroch. ſunt; Pro impēdenti calamitate; Et ijs Parochię hominibus, qui aliquo laborant incommodo. *ibid.* §. *Dominicis diebus*.

44 Parochi, nullum teſtificationis genus è libris ſuis deſcriptum cuiquam tradant, ſinè licentia Epiſcopi. *ibid.* §. *Parochus nè vllum*.

45 Niſi ſit de alicuius ætate, vel natalibus. *ibid. §. id verò*.

46 Parochus præficiendus, iuramentum initiò preſtet ſe forè obedientem S. Sedi Apoſt. Epiſcopo, eiuſquè Succeſſoribus; ſe reſidentem futurum in ſua Eccleſia, eiuſquè iura ſeruaturum, & defenſurum; ſinè legitima auctoritate eiuſdem bona non alienaturum alienata pro ſuis viribus recuperaturum. *Prou. 3. tit. de Parochis, §. quicunq;*

47 Cantoris, aut Muſici munus habens, nè curam animarum ſuſcipiat. *Prou. 4. tit. de Parochijs. §. nè item*.

48 Curet vnuſquiſquè Parochus maiorem quo poteſt numerũ puerorũ ad Eccleſiaſticas res, & diſciplinam applicare. *Viſ. Apoſt. tit. in ſuis etiam Moder. §. Clericus*.

49 Ludum itèm litterarũ domi ſuæ non aperiat, niſi ob inopiam id conceſſerit Epiſcopus ſcripto; non tamen extrà ſuæ Parochiæ fines. *ibid. §. nequè præterea*.

50 Neq; pueros in diſciplinam ſibi traditos certa pacta mercede domi ſuæ vllo modo ſuſcipiat, atquè alat. *ibid. §. nequè pueros*.

51 Clericos, pauperes aliquos ſuæ Parochiæ, qui ſibi adiumento ſint, vel ad idem aſpirent, ſi ſcriptam facultatem ab Epiſcopo habeant, primis litterarum rudimentis erudire poſſint. *ibid. §. at Clericos*.

52 In vnaquaque Parochia ſit ſaltem vnus Clericus, qui non implicetur à Parocho in ſordidis operibus domus, quæ ei impedimentum eſſe poſſint ad litteras diſcendas, & munus ſuum exequendũ. *Viſit. Apoſt. tit. in ſuis etiam moder. §. Clericus ſaltem*.

53 Dies Natalis Domini, Circumciſionis, Epiphaniæ, Paſchæ Reſurrectionis, Pentecoſtes, Aſcenſionis; Annunciationis, Aſſumptionis. B. Virg. Natalis S. Io. Baptiſtæ, SS. Petri, & Pauli, omnium Sanctorum, Sancti, & Sanctæ Parochialis Eccleſiæ, ſolemni ritu celebrentur, vt in Collegiatis, etiam in Parochijs à Parocho, vbì decenter id præſtari poteſt, Miſſæ ſacrificio, matutino, & reliquis diuinis officijs. *ibid. §. cum omni*.

54 Id planè ſeruetur in omni Parochiali Eccleſia, in qua Viſitatores vrbis; & Diœceſis præſtari decenter poſſe cenſuerint. *Diœc. 11. tit. Mon. exec. Decr. quæ ad diu. off. pert. §. quòd planè*.

55 Clerici, & Sacerdotes qui intrà fines eius Parochiæ ſunt,

ſunt, modo eo tempore in alia Eccleſia intereſſe non debeant, ad hæc diuina officia conueniant. *ib.* §. *ijs verò*.

56 Parochi pro certa Eccleſia approbati, tanquàm Delegati, poſſint ſacras confeſſiones illorum audire, qui ad eos conuenerint ex alia Parochia; modò dedita opera ad euitandam proprij Parochi faciem id non faciant, quarè prius illorum mentem, & conſilium explorent. *Diæc.* 32. *cap.* 10. §. *qui iure*.

57 Parochi approbati ad confeſſiones eorum, audiendas, qui celebraturi ſunt in eorũ Eccleſijs, hanc facultatem non habeant audiendi, eos qui ibì celebrant de induſtria, vt ijs ad ſacras confeſſiones vtantur. *ibid.* §. *omnes Eccleſiarum &c.*

58 Quandò verò eis licet, liceat etiamſi ibi exiſtant excipiendis Cleri confeſſionibus deſtinati. *ibid.*

59 Idipſum intelligatur cõceſſum coadiutoribus Parochorum in eorum abſentia, ſeù eorum ſubſtitutis. *ibid.*

60 Parochus etiam vrbanus Parochiale domicilium nõ habens vbì habitet, intrà eius fines domum conducat quã proximè poteſt Eccleſiæ, cuius curationi præeſt. Sin verò ſecùs, extrà conducat proximiùs quam poteſt, iudicio Epiſcopi. *Prou.* 3. *tit. de Parochis.* §. *ſi quis Parochus*.

61 Merces, quę datur à populo Parocho, ſit perpetua, & certa. *Viſit. Apoſt. tit. in ſuis etiam moderand.* §. *merces*.

62 Parochorum, & Parochiæ neceſſitati prouideat Epiſcopus primitiarum, & decimarum aſſignatione, aut Parochialium ſymbolis, & collectis; & ad id compellat pœnis, cenſuris, interdicto generali, maximè vbì ipſi Parochiales id præſtare promiſerint. *Prou.* 6. *tit. de Paroch. & Paroch.* §. *cum Eccl.*

63 Parochi in Quadrag. Aduentu, Vigilijs, & feſtis diebus in cõfeſſionalibus ſe exponant, vt Confeſſiones audiant. *Syn. Diæc.* 33. *Decr.* 23.

64 Abſente Parocho proprio, vbi ab Archiep. vel Vicario Foraneo aliquis ſubſtitutus non ſit, delegatur qui ad repentinos caſus præſtò ſit, Parochus vicinior, ille ſcilicet, cuius Eccleſia Parochialis intra eandem Plebem eſt propinquior, metiendo diſtantiam via regia, & communi. *Syn. Diæc.* 35, *decr.* 31. & *Diæceſ.* 34. *c.* 7. vbi excipiuntur matrimonia, pro quibus celebrandis exigitur ſpecialis delegatio

tio Archiep. vel Vicarij Foranei.

65 Idem vicinior Parochus, infirmo Parocho ſacramenta miniſtrare teneatur, nec non ius funeris eidem exercere, licèt coadiutorem habeat in cura animarum, & deſides in hac re Parochi, emolumentis funeris, & arbitraria Archiep. pœna mulctentur. *ib. Decr.* 32.

66 Non niſi approbatos pro eorum Eccleſijs admittant Parochi confeſſarios ſeculares, vel Regulares, & facultatem in ſcriptis habentes. *Ibid. Decr.* 33.

67 Salua tamen facultate Vicarijs foraneis attributa in *Synod.* 34.

68 Abſq; facultate Præfecti, in vrbe; Vicarij verò Foranei, in Diœceſi, nullus Parochus diebus feſtis ex præcepto, conſuetudine, vel voto ad alienam Eccleſiam occaſione feſtiuitatis Miſſam celebraturus accedat. *Syn. Diœc.* 33. *Decr.* 18.

69 Ne breui quidem ſpatio à ſtatione ſuæ Eccleſiæ abſint abſque Vicarij Foranei facultate in ſcriptis: etiamſi ad Archiep. & vnus ſit, quam item oſtendet ſuo Viſit. vel Vic. Gen. ſub pęna quinq; nummorum aureorum. *Syn. Diœc.* 35. *c.* 7. *& Syn.* 33. *Dec.* 24.

70 Si quis abſq; dicta facultate extra fines ſuæ Parochiæ pernoctauerit, quoties id fecerit, toties aurei nummi pęna plectatur. *Synod. Diœc.* 11. *&* 33. *Decr.* 24.

71 Sub pœna verò quatuor nũmorum aureorum ne diſcedant à proprijs Eccleſijs abſq; ſuperiori facultate, quæ illis tantùm per triduum ſuffragetur. *Syn. Diœc.* 35. *c.* 35.

72 Ad vrbem quandò venerint præſentent ſe corã Archiep. vel ſuo Viſitatore, cauſam ſui diſceſſus ſignificantes pro proroganda facultate ſi opus ſit. *Ibid.*

73 Idem, & ſub eadem pœna præſtent Parochi vrbani antequam diſcedant, ſuum Præfectum, vel Archiep. conuenientes. *ibid.*

74 Curati, & alij Eccleſiarum Rectores audito aliquo delicto in eorum Parochia patrato, & ad Archiep. Tribunal ſpectante, illico certiorem de illo faciant Vicarium Foraneum, qui adhibito Plebis Cancellario informationes aſſumat, eaſq; Generali, vel Criminali Vicario ſtatim tranſmittat. *Syn. Diœc.* 34. *c.* 7.

75 Singulis diebus feſtis aliquid populo ſuo legant, ac promulgent ex libro, vulgo appellato *La Raccolta. ib.*

76 Sab-

76 Sabbato Sancto, vnuſquiſq; Plebis Parochus, ſuperpelliceo, & ſtola indutus, & cum luminibus per ſe, & non per alium, adeat Præpoſituralem Eccleſiam, & Plebanam, inibi olea ſacra recepturus, & interſit Benedictioni fontis Baptiſmatis, nec inde abſcedat, niſi ea abſoluta, ſub pœna quattuor nũmorum aureorum, ſacriſtiæ illius Prępoſituralis aſſignandorum. *ib.*

77 In libro diſtributionis oleorum, manu ſua Parochus idẽ atteſtetur ſe indidem illa habuiſſe. *ib.*

78 Parochi, omninò habitent in ſuis ædibus Parochialibus: ibi cibum capiant, & dormiant. *ib.*

79 Singulis annis libros Parochiales inuiſant, & manu propria ſubſcribant. *Syn. Diœc.* 35. *Decr.* 10.

80 In Communione Paſchali, ne adminiſtrent Sacramentũ Euchariſtię, niſi ſibi confeſſis, vel alteri approbato, cuius fidem deferant in ſcriptis, & deputentur idonei miniſtri; qui atteſtationes huiuſmodi, tempore Communionis colligant antequam communicentur. *Viſit. Apoſt. in Act. f.* 467. *& Syn.* 33. *Decr.* 25.

81 Ægrotos egredi è lecto, vel cubili, ne faciant, vt eis Sacramenta conferant. *ib. Decr.* 23.

82 Nõ obſtante reductione dierum feſtorum facta ab Vrb. VIII. ann. 1642. 13. Septemb. tenentur Parochi Miſſas, & Veſperas canere ijs diebus, quos Communitates agere feſtos voluerint, ex declar. S. Cong. Rit. ann. 1643. *Synod. Diœc.* 44. *c.* 1.

PAROCHI munera.

1 Hæc enumerantur.

Alere populum ſuum concione.

Certis anni tẽporibus Edicta, & Decreta, qualiter in libro adnotantur, ad ſuum populum legere.

Singulis annis ad Archiuium Archiep. tranſmittere teſtimonia habitarum abs ſe publicationum, proprio nomine ſubſcripta, maximè nominatim De Bulla cænæ; De hęreticis denunciandis, de Dierum feſtorum obſeruatione, de honeſta conuerſatione in Eccleſia, de edictis, & conſtitutionibus iuſſu Epiſcopi promulgandis. *Diœc.* 32. *c.* 23.

2 Item Sacramenta adminiſtrare; Doctrinæ Chriſtianæ rudimenta docere; veſpertinas preces, aliaq; diuina officia canere, vel recitare; publicam orationem, & proceſ-

Digitized by Google

ſiones varias cum populo ſuo obire; pacem conciliare; controuerſias componere; pauperum, & ægenorum miſerabiliumq; hominum curam habere. *Prou. 5. tit. de Parochis, §. cum anteà,*

3 Porrò in adminiſtrandis Sacramentis, illorum vim ac vſum pro ſumentium captu, ad præſcriptum catechiſmi Rom. explicent. *Prou. 1. tit. de ijs, quæ ad Sacram. admin. §. Epiſc.*

4 Maximè id præſtet in frequẽtia populi. *Viſit. Apoſt. tit. in ſuis etiam. §. cum Sacramen.*

5 Menſæ benedictio nunquam à Parocho omittatur. *Viſ. Ap. tit. quæ pert. ad Cler.*

6 Feſtis diebus, omnes Parochi populum ſuum in Miſſa alloquantur, vel per ſe, vel per coadiutorem, ſaltèm ex libro, ex cuius intellecta lectione populus in Deum excitetur. *ibid. §. feſtis diebus,*

7 Singulis menſibus Vicarius Foraneus à ſuæ regionis Parochis perquirat qui obierint, & an præſentes fuerint animam agentibus, & alia debita pietatis officia illis præſtiterint; negligentes verò, vbi compererit, poſt debitam ad monitionem, ad Archiep. deferant, *Diæc. 4. decr. 15. §. ſingulis menſibus. §. quòd ſi.*

8 Parochus ipſe ad ægrum deferat corpus Chriſti; ſi verò legitimè ſit impeditus, deferat qui probatus eſt ad audiẽdas cõfeſſiones. *Diæc. 4. decr. 11*

9 Deferens corpus Chriſti ad ægrum, cuius mors inſtat, deferat etiàm ſecùm vaſculum pro miniſtranda illi extrema vnctione opportuno tempore. *ibid. Decr. 15. §. Parochus.*

PAROCHI Reſidentia.

1 Cum primùm ad ſtationem Parochialem accedit, ſtato certo die, frequenti populi ſui concurſu excipiatur, qui obuiam ei procedat ad Parochiæ fines, & ad Eccleſiam deducat. *Prou. 5. tit. quæ ad beneſ. coll. §. cum animarum.*

2 Canonicus Parochus, etiamſi Parochialem Eccleſiã vnionis iure, non perpetuò, ſed tantùm dùm viuit, Canonicatui, vel præbendæ vnitam habeat; in ea tamen Parochiali Eccleſia reſideat, nulliq; Parochiali muneri deſit. *Prou. 3. tit. de Parochis. §. quicunq;*

3 Etiamſi coadiutorem habeat, reſideat in propria Eccleſia, & officia, quorum munus ei interdictum non ſit, gregi ſibi commiſſo is etiam præſtet. *ibid. §. Parochus, cui.*

4 Epiſcopus in vllo officio ità

Digitized by Google

uetatur Parochi opera, vt à reſidentia perſonali ſuæ Eccleſiæ abeſſe diutiùs cogatur. *Pr. 5. tit. de Reſidentia. §. nè vel ad Seminarÿ.*

5 Non ſenectutis, vel aduerſæ valetudinis cauſa à reſidentia excuſetur Parochus. *ibid. §. nè Parochus.*

6 Si quis locum mutare cogatur valetudinis ergo, poſſit curationis ergo facultatem dare Epiſcopus trium, vel 4. menſium, vt in loco quam poſſit propinquiori, curetur, & eius loco Vicarius ſufficiatur ad curam animarum, Parochi ſumptu. *ibid. §. ſi verò.*

7 Odij, ſimulatiſuè cauſa nullus abeſſe patiatur à Parochię ſtatione, neq; leuium inimicitiarum cauſa. *ibid. §. nec præterea.*

8 Vbì veræ ſunt inimicitiæ, ſinè culpa Parochi, poſteaquàm Parochialis curę munus obit, poſſit abeſſe, facultate Epiſcopi, in loco propinquiori, & tuto, eo tantùm tempore inimicitiarum, non vltrà tamen annum, etiamsì inimicitiæ diuturniores ſint. *ibid. §. ſi verò.*

9 Nè Parochus, animarumvè curator, in cathedrali, vel Collegiata Eccleſia dignitatem habens, canonicatumvè, vel aliud beneficium, aut of-

ficium, cum onere reſidentię perſonalis in choro, dominicis, feſtiſvè diebus, Eccleſiæ commiſſæ ſtatione relicta, in choro illius Eccleſiæ præſens adeſſe, & quotidianarum diſtributionum particeps eſſe ab Epiſcopo permittatur, ſed cogatur in ſua Parochia adeſſe, illiuſq; munera omninò præſtare. *ibid. §. quamobrem.*

10 In ea ſtatione maneat Parochus, vbì Eccleſia eſt, licèt minor pars hominum ibi ſit, vbì Eccleſia, & alibi remotiùs, maior. *ibid. §. Eccleſia Parochialis.*

11 Parochis, qui longiùs abſunt ſuccurrat Epiſcopus ad Cōc. Triden. præſcriptum. *ibid.*

12 Iure agat Epiſcopus, vt cui Parochialis Eccleſia intrà Diœceſis ſuæ fines poſita, ab alio inferiori, etiàm regulari, qui illius conferendæ ius habet, collata eſt, is, in illius ſtatione reſideat, & perſonalia munera præſtet. *ibid. §. Epiſcopi cura.*

PAROCHI Coadiutor.

1 Coadiutor Parochi nullū habens domiciliū in Parochia, vbì habet officium, intrà eius fines domum cōducat quam proximè poteſt Eccleſiæ, cui præ eſt. Si verò extrà, cum in-

tra fines non poteſt; conducat propiùs Eccleſiæ ſuæ quã poteſt, iudicio Epiſcopi. *Pro. 3. tit. de Parochis. §. ſi quis Parochus. Prou. 4. tit. de Parochijs. §. quod Concilio*.

2 Omni iure agat Epiſcopus cũ quibus opportet, vt, tùm Parocho, tùm coadiutori, vt tradantur ædes vicinæ Eccleſiæ, cui præſunt quã maximè poteſt proximiùs: aut ædificentur, & intereà domicilij conducti pẽſio, ſumptuſvè vtriq; ſuppeditetur. *ibid. §. Epiſcopus verò*.

3 In habitatione hac Parochiali manere, tùm Parochum, tũ ſocium cogat Epiſcopus fructuum mulcta, & alijs item pœnis eius arbitrio. *ibid. §. Parochum*.

4 Si ambo præ habitationis anguſtia eſſe in eadẽ Parochiali domo nequeunt, vnus deligatur ab Epiſcopo, qui habitet, alter verò conducat domum proximè conductam, quod præſtari ab ijs, qui debent, Epiſcopus curet. *ib. §. ſi verò*.

5 Parochum adiuuet Coadiutor die feſto in Veſperarum officio. *Pro. 3. tit. de Parochis. §. Parochus in ſua*.

6 Non toga Parochiali vtatur Coadiutor: neq; caputio, ſed vtatur ea toga, quam adhibet reliquus Clerus, Synod. *Diæc. 4. Decret. 19. §. Alios autem Sacerdotes*.

7 Nec alia inſignia Parochorũ deferat. *Diæc. 11. tit. mon. exec. Decr. quæ ad Sacram. pert. §. Coadiutores curæ*.

8 Detur Parocho coadiutor, qui onus habẽdi concionem ad populum, maximè in Quadrageſima ſuſtineat, cùm Parochi ad id munus idonei nõ ſunt. *Prou. 4. tit. de verbi Dei præd. §. Parochis non idoneis*.

9 Huic verò ea detur merces ad eius ſuſtentationem à Parocho perſoluenda, quæ congrua videbitur Epiſcopo. *ib.*

10 Coadiutor Parochi ad matrimonia celebranda, referat ſuum nomen, cognomen, patriam, diem, menſem, annum, facultatem celebrandi nuptias in librum matrimoniorum. *Diæc. 3. Decret. 30. Pro. 3. tit. de ijs, quæ ad matrim. Sacram. pert. §. ſi Parochus*.

11 Parochi, qui debent habere coadiutorum, & non habent, pro temporis ratione, quo nõ habuerint, quidquid ſtipendij debuiſſent, id fabricæ, alijvè Eccleſiæ vſui, Epiſcopi, aut Viſitatoris arbitratu attributum ſit. *Diæc. 11. tit. Mon. exec. decret. quæ ad Paroch. pert. §. quicunquè Parochi*.

12 Agat idcircò Vicarius Foraneus

Digitized by Google

ne' ſequeſtri nōmine,& quidquid iure ſequeſtri fuerit obligatum, relaxetur apud ſcholares confratriæ Sanctiſſimi Corporis Chriſti, aut apud fabricæ curatores, vel apud eos, quorum intereſt. *ibid.*

13 Licèt Parochus coadiutorē habeat; nè tamen ſuo deſit muneri. *Prou. 3. tit. de Parochis. §. Parochus, cui.*

14 Ad Parochum præſentem, ſi voluerit, ſempèr attineat ſolemnia Miſſarum, atquè alia diuina officia celebrare, & alia Parochiales functiones obire, maximè feſtis, & ſolēnioribus diebus, in exequijs, Miſſis votiuis, cæteriſquè eiuſdem generis. Quod ſi Parochus, aut nolens, aut occupatus, his muneribus defungi non poterit, ad Coadiutorem titularem hæc omnia pertinebunt, ſeruatis eodem ordine, apparatu, miniſterio, ritu, ac ſi Parochus ipſe ea obiret. *Diœc. 32. cap. 24. §. ad Parochum.*

15 Non liceat Parocho, ſi adſit coadiutor, alium in his functionibus ſubſtituere, etiamſi hoc afferat ſe facere maioris ſolemnitatis cauſa; niſi, aut Coadiutor conſentiat, aut Archiep. auctoritate inter illos conuentum fuerit. *ibid.*

16 Quas functiones Coadiutor, abſente Parocho, incæperit, idē perficiat, etiam Parocho interìm ſuperueniente. *ibid.*

17 Poſſit Coadiutor inter hæc ipſa peragenda vti quibuſuis paramentis, quibus Parochus ipſe vti conſueuit: quemadmodum diebus feſtis, aliiſquè ſolemnitatibus, quandò etiàm Parochum non abeſſe contigerit. *ibid.*

18 Omnibus publicis actionibus, ſiuè ordinarijs, ſiuè extraordinarijs interſint Coadiutores, ſacro, decentiquè habitu. *ibidem. §. omnibus.*

19 Si titulares ſint, intrà Parochialis Eccleſiæ limites primum à Parocho locum obtineant. *ibid.*

20 Adeāt Doctrinam Chriſtianam, & eos inſtituant, quos decernet Vicarius Foraneus. *ibid.*

21 Claues neceſſariæ ad Sacramenta miniſtranda, aſſeruentur loco tuto, & obuio, tùm Parochis, tùm coadiutoribus, vt ſint in promptu quotiès incidet occaſio. Niſi fortè magis expediat aliquas ex his priuatìm habere pares, quo promptior aduocatus ex eis accurat, & miniſtret. *ibid. §. quia liberum.*

22 Nè liceat Coadiutorib' ſchedulas funerum, aut exequiarum, cum demortui hæredibus

Digitized by Google

bus conficere; nequè modū, aut formam ducendi funeris decernere;neq; ſcholaribus, aut Societatibus præeſſe, ſuffragia ferentibus, aut eorum miniſtros,officialeſvè creare; quę ad Parochum omnia ſpectant.*ib.§.Coadiutoribus, nè.*
23 Poterunt hæc præſtare coadiutores abſente Parocho, & re priùs communicata cū Vicario Foraneo. *ibid.*
24 Detur à Parocho Coadiutori tertia pars omnium emolumētorum extraordinariorum, ex qualibet functione prouenientium.*ibid.* §.*Coadiutoribus iiſdem.*
25 Teneantur tamen illi pro tertia parte ad omnes eas impenſas, quæcunq; fient occaſione feſtorum, aut onerum, quę ipſi Parochiali incūbunt. *ibid.*
26 Nisì alitèr in erectione fuerit ſtabilitum, aut inoleuerit ex antiqua, & legitima conſuetudine. *ibid.*
27 Cum Parochus functionem obibit, in qua ei merces aliqua datur, cum Coadiutore illam cōmunicet,ſi iſte interfuerit. *ibid.*
28 In funeribus, neq;Parochus, nequè Coadiutor, neq;Præpoſitus ſit particeps eleemoſynę, aut ceræ, vt vocant,honorariæ, niſi per ſe illi ſint præſentes. *ibid.* §. *in funeribus.*
29 Abſente, infirmo, impeditoue Parocho,ad omnia munia parochialia teneatur Coadiutor omnibus diebus,& eas oblationes, & emolumenta, quæ perciperet Parochus, si adeſſet, percipiat. Immò eo caſu, cera,& eleemoſyna dupla, quæ Parochis præſentibus daretur; ad Coadiutorē attineat illo defungentē munere; cuius tamen generis portio,nunquàm ſuprà vnam exigatur, percipiaturvè. *ibid.* §. *Abſente.*
30 Ita hęc ſit laborātis propria, vt,ſiuè Parocho,ſiuè Coadiutori debeatur, non ſit vtriq; vlla ratione diuidenda: contrà quam in cæteris emolumentis alibì decretum eſt. *ib.*

PATRIMONIVM.

1 In quo foro, & quandò conuenire debet Laicum Eccleſiaſticus pro re laicali, vel patrimoniali. *V. For. Eccl. & Sec. Conc. c.6. & 7.*
2 Appellatio in cauſis patrimonialibus, quandonam extra ſtatum committi non debeat. *ib. c.6.*
3 Bona titulo patrimonij deſignando perſonaliter viſitentur, & recognoſcantur à Vicario Foraneo,qui & per examen dignoſcat de oneribus illis bonis incumbentibus. acci-

accitis ad ſe Cſule, & Syndicis loci:&de fructibus, & redditibus illorũ binæ doceant locationes à Domino bonorum iam factæ, & ijs deſideratis habeatur examen duorum poſtremorum colonorum, & conductoris tempore aſſignationis, & his deficientibus, aliorum veriſimiliter informatorum,& in hac materia ſeruentur præſcripta in Conc. Prou. 6. p. 1. de his, quæ ad Ord. Sac. vbi & de pœnis contra promotos his legibus non ſeruatis.*Syn.Diœc.* 34. c. 2.

POENITENTIÆ Sacramentum.

1 Parochus ſuadeat ſuos Parochiales ad confeſſionem, & communionem,cum pericula, & res difficiles ſunt agreſſuri, maximè mulieres, cùm ſunt pariturę; idemquè poſtquàm pericula euaſerint ſuadeant pro debita gratiarum actione. *Prouin. 6. tit. quæ ad pœn. ſacr. pert. §. ſalutariter, & §. moneat quoq;*

2 Qui Sacerdoti extrà Diœceſim in Paſchate cõfeſſus fuerit non aprobato pro noſtra Diœceſi, is habeatur pro inconfeſſo,& nè Euchareſtiam ſumere permittatur, niſi illum Sacerdotem, tàm ab Epiſcopo in cuius Diœceſi ille eſt, & ab Archiep. ad confeſſiones probatum eſſe perſpexerit, & ſcriptis Archiep. & alterius Epiſcopi ſigillo, & ſubſcriptione munitis. *Diœc. 3. Decret. 27. Prou. 3. tit. quæ pert. ad pœnit. ſacr. §. qui ad confeſſarium.*

3 Ordinarius eius confeſſarij, qui non probatus, confeſſiones illius audierit, nè eum confeſſarium patiatur in ſua Diœceſi confeſſiones per biennium audire, aut concionari, *ibid.*

4 Hoc decretũ, initio Quadrageſimæ à Parocho promulgetur, quibus in locis Epiſcopo videbitur. *ibid. §. quod decretum.*

5 Parochi, ſingulis menſibus, certa die conſtituta, pueros, qui nouem annos attingunt, ad Eccleſiam euocent, & ſingilatìm ad rectam cõfitendi rationem inſtruant. *Diœc. 11. tit. monit. execut. decret. quæ ad Sacram. pert. §. De præparatione primò.*

6 Ineunte menſe Nouembri, & Maio, ſignificent Viſitatores & Vicarij Foranei, per litteras, Archiepiſcopo de confeſſarijs Regularibus ſuæ regionis. *ibid. §. de tabella.*

7 Viſitator, delectum Parochorum ſuorũ habeat; quos ad audiendam confeſſionem fide-

fidelium extrà Parochiam ſuam degentium de propriorum Parochorum facultate audire continget; & nomina delectorũ ſignificet Archiepiſcopo, vt detur illis in ſcriptis facultas. *ibid. §. quare vnuſquiſquè.*

8 Ineunte Quadrageſima, Archiepiſcopo deferantur nomina publicorum peccatorũ à Parochis vrbanis; Vicarijs Foraneis à Parochis Diæceſis, qui omni pio officio in id incumbant, vt executioni mandentur Decreta Concil. *Pro. 6. ibid. §. quarè ineunte.*

9 Indicem pænitentium fieri à Parochis, & alijs Confeſſarijs tempore Paſchæ, curent Viſitatores, & Vicarij Foranei, etiàm à Regularibus, propoſita ſuſpenſione ab audiendis Confeſſionibus. *ibidem. §. de libro.*

10 Confeſſionis Paſchæ tempore factæ, ferat vnuſquiſquè fidem ſcriptam, quam fidem promptè faciant confeſſarij, & apud ſe confitentium nomina deſcribant, vt multis fraudibus occuratur. *Viſ. Ap. tit. ſuum etiam mun. dil. ob Par. §. in deſcribendo.*

POENITENTIA publica.

1 Eorum, qui pænitentiam publicam ſubire debent, deferãtur nomina à Parochis mẽſe antè Quadrageſimam ad Archiepiſcopum. *Diœc. 11. tit. Mon. exec. decret. quæ ad Sacr. pert. §. de Pænitentia publica. Pr. 3. tit. de ijs, quæ ad pœn. ſacr. pert. §. ſtudeat Epiſcop.*

2 Pænitentia publica in vſum ab Epiſcopo reuocetur, ad Sacrorum Canonum, & Conc. Trid. præſcriptum. *Pro. 3. tit. de ijs, quæ ad pæn. ſacr. pert. §. ſtudeat Epiſcopus. Pro. 5. tit. quæ ad pæn. ſacr. pert. §. quod in concilio.*

3 Eorum, qui publicam pænitentiam ſubire debent, nominum, indicem habeat Parochus, & exhibeat in Viſitatione. *Prou. 4. tit. de Viſitatione §. illorum etiam qui publicè.*

4 Publicè peccantibus, publicã imponant confeſſarij pænitentiam, nequè illam ſecreta alia pæna commutare valeant, niſì facultatem ab Epiſcopo impetrent. *Prou. 1. tit. quæ pert. ad Sacram. pænit. admin. §. ijdem quemadmodum.*

5 Interdicti, antè Eccleſiæ ianuam publicam agentes pænitentiam, ità eam preſtent longè ab Eccleſia, vt non introſpiciens Eccleſiam diuina ſpectare poſſit, quaſì illis interſit. *Diœc. 11. tit. Mon. exec. Decret. quæ ad Sacram. pert. §. Pænitentiæ interdictis.*

POE-

POENITENTIARIVS.

1 Vbi primùm Prębenda theologalis, vel pænitentialis vacauerit, etiamsì illius conferendæ ius ad alium, quàm ad Epiſcopum (præterquam ad Sedem Apoſtolicam) pertineat; edictum de more proponatur, quo ad concurſum euocentur, qui ad examen ſe obtulerint illius muneris cauſa, alioſvè nominare, qui ſubeant, velint. *Prou. 5. tit. quæ ad beneſ. collat. attin. §. vbi primum.*

2 Confecto præſtituto temporis ſpatio, examen eorum, qui ſe obtulerint, fiat ab Epiſcopo, in litteris, ac doctrinis diligentiſſima percunctationum, & quæſtionum ratione, adhibitis ſibi alijs probatis viris ſuo arbitrio. *ibid.*

3 Inquirat etiàm de illorũ moribus, ætate, gradu, ordine, alijſquè ad talem gradum cõditionibus neceſſarijs. *ibid.*

4 Ipſe poſtmodùm Epiſcopus, ſolum ijs omnibus maturè perpenſis, deliberet, & deligat pro ſuæ conſcientiæ religione quem ad tale munus aptiorem exiſtimet. *ibid. §. tunc demùm.*

5 Peritiam, vitę innocentiam, morũ grauitatem, ſpiritualium exercitationum ſtudiũ, vſum in audiendis confeſſionibus diuturniorem, exercitatiorem prudentiam, & cæteras religioſæ pietatis virtutes perpendat. *ibid. §. qua in deliberatione.*

6 Ei, quem potiſſimum elegerit, nec alij cuiquam, conferatur ab eo, cui ius cõpetit, etiamsì Capitulum ſit. *ibid. §. ei autèm.*

7 Quicunq; Præbendam thęologalem in cathedrali, vel collegiatis obtinet; is, & quæ ſacrarum lectionum genera, & quibus diebus Epiſcopus præſcripſerit, vt interpretationis ſuæ munere fungatur, accuratè ad illius præſcriptum præſtet. *ibid. §. quicunquè.*

8 Si expediat, in Seminario, & in alijs clericalibus, ſeù Sacerdotalibus Collegijs doceat: in Baſilica cathedrali, ſaltèm die feſto ſempèr Sacram ſcripturam publicè interpretetur, & exponat, niſi aliud iuſſerit Epiſcopus. *ibid.*

9 Ab Epiſcopo, aut ab alio cõſultus, thæologiæ quæſtionibus, alijſvè eius generis gratìs reſpondeat, & cætera præſtet, quæ Epiſcopus muneris ſui eſſe cenſuerit. *ibid.*

PEREGRINATIONES Sacræ.

1 Nè cuiquam Sacerdoti, clericouè peregrinaturo, itineri

Digitized by Google

ſe committere liceat, ſinè dimiſſorijs, & ſinè benedictione Archiepiſcopi. *Prou. 4. tit. de religioſ. peregr. §. nè quiſquam Diœc. 4. decret. 23. §. nè cuiquam.*

2 Deindè confeſſus Miſsã priùs faciat, vel sì Clericus, ſacram Euchariſtiam ſumat. *ib. Diœc. 4. §. deindè, & Prou. 4. ibid.*

3 Exponat Archiepiſc., quos comites habeat, & quot; quorum nomina à Cancellario Archiepiſcopali in litteris dimiſſorijs ſcribantur, *Diœc. 4. ibid. §. præterea, Prou. 4. ibid,*

4 Subſtituat, ſi opus ſit, qui pro ſe, Eccleſiæ ſuæ inſeruiat, confecto inuentario ſupellectilis ſacræ, & conſignato eidem ſubſtituto. *Diœc. 4. ibid. §. ſi quis item. Prou. 4. ibid,*

5 Tonſuram clericalem perpetuo habeat. *Diœc. 4. ibid. §, tonſuram. Prou. 4.*

6 Hæbreis, & mulieribus, comitem nè ſe adiungat, nequè eodem curru vehatur, nequè nauigio, niſi ex neceſſitate: *Diœc. 4. ibid. §. Hebræis. Pr. 4. ibid,*

7 Si apud Religioſos homines, vel honeſtos viros diuerſari poteſt, id procuret. *Diœc. 4. ibid. §. ſi apud Relig. Pr. 4. ib,*

8 Ad caupones diuertens, nè cum Hebræis, aut mulieribus accumbat: menſæ benedicat, gratias agat, frugalitati ſtudeat. *Diœc. 4. ibid. §. ad caupones. Prou. 4. ibid.*

9 Nè mendicet oſtiatìm, nisì ex voto, aut alia cauſa probata, & in ſcriptis ab Archiepiſcopo data facultate. *Diœc. 4. ib. §. nè mendicet, Pro. 4. ibid.*

10 Nè ſe adiungat in via ijs, qui profanis cantionibus, cytharis, alijſvè muſicis inſtrumentis vtuntur. *Diœc. 4. ibid. §. nè ijs etiam. Prou. 4. ibid.*

11 Abſtineat ipſe à profanis cãticis, & colloquijs eiuſdẽ generis, Pſalmis, hymnis ſe ſubleuet, & ſpritualibus ſermonibus. *Diœc. 4. ibid. §. Abſtineat. Prou. 4. ibid,*

12 Nè horas canonicas omittat, neq; ieiunia de præcepto, nisì ex iuſta cauſa. *Diœc. 4. ibid. §. nè itineris cauſa. Prouin, 4. ibid.*

13 Miſſam celebret quotidiè, vel ſaltèm feſtis diebus: certè vel Miſſæ quilibet interſit. *Diœc. 4. ibid. §. quotidiè. Prouin, 4. ibid.*

14 Veſperi Eccleſiam adeat, sì poteſt, vbì litanias, vel alias preces recitet. *Prou. 4. ibid. §. cum ad aliquem locum.*

15 Manè itinerarium Clericorũ recitet, *Diœc. 4. ibid. §. manè, Prou. 4. ibid.*

16 Cum ad peregrinationis locum peruenerit, antequàm loca

loca Santa viſitet, confiteatur Confeſſario probato, & Miſſam celebret; & sì Clericus eſt, communicet. *Diœc.* 4. *ibid.* §. *cum ad peregrinationis.* *Pr.* 4. *ibid.*

17 Non longiùs vagetur peracta viſitatione Sancti loci. *Diœc.* 4. *ibid.* §. *nec verò.* *Prouin.* 4. *ibidem.*

18 A peregrinatione reuerſus conueniat Archiepiſcopum, aut Vicarium Generalem, & ſuæ peregrinationis teſtimonium oſtendat, ab Ordinario loci, ſeu Præfecto Eccleſiæ, ad quam profectus eſt. *Diœc.* 4. *ibid.* §. *à peregrinatione.* *Pr.* 4. *ibid.*

19 Et hæ regulæ dentur à Cancellario Archiepiſcopi peregrinaturo, vna cum litteris dimiſſorijs. *Diœc.* 4. *ibid.* §. *Hæc ſingula.* *Prou.* 4. *ibid.*

20 Laici verò Parochum priùs conueniant, à quo conſilium capiant, & litteras habeant ab Archiepiſcopo Canonicas. *Diœc.* 4. *ibid.* §. *laici verò.* *Pr.* 4. *ibid.*

21 Id tamen cura Parochi præſtetur, & ità, vt ijs tantummodò, qui eiuſdem Parochi teſtimonium ſcriptum habent, de vita, moribus, Sacramentis debito tempore ſuſceptis, eæ litteræ dentur ex cancellaria Archiep. *Diœc.* 11. *tit.* *mon. exec. Decret. quæ ad dies feſt.* §. *id cura.*

22 Homini vago, aut quæſtuariæ artis ſuſpecto, caueat Parochus, nè det huiuſmodi litteras. *ibid.* §. *cauebit.*

23 Benedictionē à Parocho ſuo petant, qui ſtatis ex Eccleſiæ inſtituto precibus illi benè precetur. *Diæc.* 4. *ibid.* §. *deindè.* *Pr.* 4. *ibid.*

24 Eadem ferè obſeruent, quæ ſuprà, de Clericorū Peregrin. *ibid.* §. *Peregrinationem.* §. *peregrinando.* §. *Ad ſacram.* & *Pro.* 4. *ibid.*

25 Reuerſi, primò Parochum conueniant, à quo præ foribus Eccleſiæ benedicantur ſtatis precibus ex Eccleſiæ Inſtituto. *Diæc.* 4. *ib.* §. *Reuerſi.* *Prou.* 4. *ibid.*

PESTIS.

1 Epiſcopus tempore peſtis, cū in locis finitimis graſſatur, curet vniuerſi populi publica, & ſolemni oratione Deū placari. *Pro.* 5. *tit. Epiſc. ſollicit. in orat. publ.* §. *iam verò.*

2 Statas publicas proceſſiones triduanas, & ſępius, ſi opus eſt, in vrbe, & Diœceſi indicat, eaſq; agi interno, & externo pietatis religioſæ officio, Ieiunio, cilicio, eleemoſyna, lugubri amictu &c.

3 Ad quas proceſſiones adhibebit Sanctiſſimas reliquias.

4 Orationem 40. horarum celebrabit concurſu cleri, & populi per certas regiones, & Parochias diſtincti, ad Conc. Prou.4.Decret. & ſermo breuis ſingulis horis habebitur.

5 Curet omnes certa die confeſſione, & communione muniri.

6 Statas proceſſiones, quæ fiāt ſpeciatìm ab vniuerſo cuiuſque Collegiatæ Clero, etiàm regulari, & ab vnaquaq; Ciuitatis, vel Diœceſis regione in ſingulas hebdomadas, certo prę́ſcripto modo inſtituet.

7 Curet certas Eccleſias monimentis pietatis, & Religionis inſigniores viſitari, vniuſcuiuſq; viciniæ Parochialis populo collegiatìm in eas conueniente ſupplicandi cauſa.

8 Matutinam, & Veſpertinam orationem ardentiùs excitabit, & vbì collapſa eſt, eam reſtituat,

9 Orationem ſinè intermiſſione, in vrbe, & Diœceſi certa Eccleſiarum diſtinctione inſtituet.

10 Litaniarum quotidianarum, domi, & foris, & præſertìm in Eccleſijs, certam rationem inibit.

11 Suadebit populo, præter Vigilias ex præcepto obſeruandas, ieiunium itē ſexta feria, vel Sabbato, aliaq; pœnitentię ſigna.

12 Vniuſcuiuſq; Parochiæ ædibus, domicilijs, & habitationibus Parochi benedicant ea prece ſtata in hoc Concil.

13 Scribant de periculo ſtatìm ad Metropolitanum, vt totius Prouinciæ precatio ſimul accedat. *Hęc ibidem per totum*.

14 Hoc periculo audito, Metropolitanus, litteris omni cohortatione plenis, in Metropolitana, Diœceſi, vniuerſa Prouincia, ſupplicationem, orationem, aliaq; pietatis officia indicat. *ibid. tit. Cura Metropol. §. Peſtilentia*.

15 Reliqui Prouinciæ Epiſcopi charitatis officia nè deſerant nauare illi, cuius Diœceſis peſtis periculo laborat.

16 Spiritum illi addent ad exercendas paternæ charitatis partes.

17 Hoc officium ſæpiùs præſtabit vicinior Epiſcopus.

18 De illius vrbis, & Dięceſis ſtatu certiores aliquandò fiant, quò vehementiùs incēdantur ad neceſſitates ſubleuandas.

19 Opem afferant, oratione, publicis precibus, eleemoſyna.

20 Hæc pietatis officia ardentiùs præſtabit Metropolitanus.

21 Epiſcopus, in cuius Dięceſi eſt

eſt peſtis, corruptelas, publica peccata, & flagitia ſui populi potiora inueſtiget, & euellere curet, tùm ea auertere, quæ Diuino cultui repugnant. *ib. tit. ſollic. Epiſc. in mor. corrupt. §. Epiſcopus*.

22 Pietatis officia omnia ad vsũ reuocare ſtudeat.

23 Sanctioris diſciplinæ initiũ à ſe faciet.

24 Ad normam diuinæ voluntatis omnes vitæ ſuæ rationes conformabit, ſua, & populi ſui peccata deplorabit, diuini luminis illuſtrationem, diuinam miſericordiam implorabit: familiæ inſtituta, mores, diſciplinam recognoſcet, & omnia ad Sanctiſſimam diſciplinam componat.

25 Fori Eccleſiaſtici rationẽ explorabit, & diſciplinam ſuæ cathedralis, & ſi quid emendandum ſit, corrigat.

26 Synodum, ſi opus ſit, etiam conuocet, in qua decernat de rebus eo tempore opportunis.

27 Vel ſaltèm Vicarios Foraneos conuocet ob eandem cauſam, vt de inſtauranda chriſtiano nomine digna diſciplina, laboret; idquè officium præſtet cum Confeſſarijs, & Concionatoribus.

28 Clerum itèm ſæcularem, & Parochos ſæpius conuocabit, & ad ſuũ munus rectè obeũdum hortetur, & ad mores ordine ſuo dignos.

29 Idem præſtet cum Præfectis Monaſteriorũ cuiuſuis ordinis, vt ex ordinis ſuſcepti Inſtituto in omnibus Monaſterijs viuatur.

30 Monialium reformationis rationem omnem ſuſcipiet, quo ſanctiùs viuentes publicæ calamitati ſuccurrant.

31 Idem præſtet cum Præfectis, Miniſtris, curatoribus locorum piorum.

32 Publica peccata, nè diſſimulet, in Præſide Ciuitatis, Magiſtratibus, Decurionibus; ſed annunciabit eis errata, in quibus offendunt.

33 Eorundem exemplo, rectoq; viuendi genere multùm conferri ad publicam ſalutem iiſdem oſtendat, & cum ijs agat ſedulò, vt publica auctoritate (ſi per illos decerni in ea re liceat) tollantur, ob quę Deus palàm offenditur.

34 De cõformanda populi vniuerſi diſciplina, peccatiſquè tollendis ſtudeat eo tempore, & ſaltationes, profanas cãtiones, comeſſationes, crapulas, quibus peſtem auerti vulgus putat, omninò tollat.

35 Hæc præſtabit, non ſolum cũ populo Ciuitatis, ſed etiàm

cum

cum Diœceſano.

Præfectos etiã artificũ, & vniuſcuiuſq; Collegij accerſat, quorũ opera vtatur ad extirpandos ſuorum Collegiorũ prauos vſus.

36 Patribus familias ſuadeat, vt omnia arceant à ſuis domibus, quæ ab intemperantia manant.

37 Omnes vrbis, & Diœceſis partes ipſe inuiſet; tùm alios probatos viros Eccleſiaſticos ſuo nomine mittat ob eam cauſam.

38 Singulorum crimina, præſertìm diuturniora diligẽtiùs inueſtiget, quibus præſens, & ſalutare remedium accõmodabit.

39 Ad pœnitentiã, flagitiorumquè deteſtationem impellat vnumquemq; Diſſidentes reconciliet, lites componat, controuerſias dirimat, factiones, odiavè reſtinguat, malè parta, & ablata reſtitui curet. *ibidem. Hæc à §. Epiſcopus ad finem.*

40 Edictis Epiſcopalibus de publica valetudine tuenda certas rationes ineat Epiſcopus, & ab omnibus ſuę iuriſdictioni ſubiectis, & in ſua iuriſdictione ſeruari curet: *ibid. tit. Cura in alijs caut. tuen. publ. val.*

41 Cum Magiſtratibus ſanitatis conſentiat, & mutua cum ijs charitate conſpiret ad publicam ſuis edictis Sanitatem tuendam.

42 Poteſtatẽ faciat Vicario Foraneo, Præfecto regionario, & Viſitatoribus, etiàm ſpeciatìm, ſtatuẽdi, & exequẽdi, quæ ad publicam valetudinẽ tuendam opportuna iudicarint, ab Epiſcopalibus edictis non diſcrepantia, qui Epiſcopo ſignificent quidquid opportunum ſtatuerint.

43 Quidquid Magiſtratus ſanitatum ad publicam vtilitatẽ præſcripſerit, curent diligentem eius cautionem ad Epiſcopalium regularum præſcriptum imitari.

44 Eccleſiaſtici omnes, omni charitatis ſtudio contendant, tum hæc, tum in hoc genere præſcribenda ab Epiſcopo, & Vicarijs Foraneis, & Viſitatoribus, exequi, quod & præſtabunt clerici intra fines ſuæ Parochiæ.

45 Iidem curent hortationibus, ſeruari quidquid Magiſtratus ad bonum publicũ ediderint. *Hæc ibid. per totum.*

46 Epiſcopus, cõfirmationis Sacramentum hoc tempore miniſtret ſollicitè, quibus per ætatem licet. *ibid. tit. ſollicit. in vnius cur. ſpir.*

47 Curet vnumquemquè generalem

ralem confeſſionem habere, ſæpius confiteri, ſaltē ſemel in hebdomada Euchariſtiam ſumere, aliaq; pietatis opera exercere, ab omnibus ſuæ domui diſponi, æs alienum ſolui, explicari creditorum nomina, lites componi, teſtamentum fieri. *ibid.*

48 Hæc eadem præſtabunt Præfecti regionarij, Vicarij Foranei, Viſitatores, & Parochi, ex Epiſcopi Inſtructione. *Hęc ibid. per totum.*

49 Accerſat ad ſe Epiſcopus, tū ad vrbem, tū ad Diæceſis oppida, maximè inſigniora, Cōfeſſarios, & Cōcionatores ad populos adiuuandos. *ibid. tit. Præp. adium. ſpirit.*

50 Alios itèm Sacerdotes præter Parochos ad miniſteria Eccleſiæ illi præſtanda.

51 His curet neceſſaria alimenta ſubminiſtrari.

52 Alios item aduocet clericos, qui laborantes viſitent.

53 Ad curam hominum Eccleſiaſticorum, delectos habeat homines.

54 Omnibus, qui peſte laborātiū curationi, ſuſtentationi, & curationi aliquo modo ſeruierint, vel eleemoſynam contulerint, in curatione illorum, Indulgentiam curet à Summo Pontifice.

55 Facultatem dari ſibi ab eodē curet, vt Regularium opera, & miniſterio, ſinè Superiorū impedimento, & nulla mora eo tempore vti poſſit.

56 Ad vſum proponet libros grauitèr conſcriptos, quos etiàm legat ad accendendū pium ſtudiū curationis peſte laborantium.

57 Opportuno tempore impetrare poterit alias facultates neceſſarias, maximè has, videlicet.

Plenariam indulgentiam, cōtritionis ſigna, ſaltèm, oſtēdentibus, aut confeſſis, concedendi, & ijs, qui per ſeptem horas in quotidiana oratione diſtincta verſantur.

Priuilegium dandi aliquot altaribus pro ſuffragandis animis peſte obeuntibus, ſacrificijs.

Abſoluendi ab omnibus caſibus, & cenſuris Papæ, & in Bulla cænæ reſeruatis, ſaltèm in foro cōſcientiæ, quæ facultas ſubdelegari poſſit; & etiàm aliqua in foro exteriori.

Diſpenſandi in irregularitate cum Sacerdotibus, etiàm ob mortem ſecutam.

Conuertēdi alicuius eleemoſynæ legatum, ſaltèm pro tempore, ad pauperum neceſſitates ſubleuandas.

Digitized by Google

Statuendi ob publicam vtilitatem quidquid opus erit, & compellendi etiàm cenſuris exemptos ab Epiſcopi iuriſdictione Eccleſiaſticos ad parendum his, quæ ipſe ſtatuerit.

58 A Metropolitano verò impetrent Epiſcopi, aliquãdò poſſe diſcedere ab obſeruatione aliquot decretorum, quæ tempore peſtis minùs poſſunt obſeruari.

59 Epiſcopus eodem tempore Vicarijs Foraneis, Parochis, & Confeſſarijs liberiùs facultates varias delegabit; puta, in vtroq; foro abſoluendi à peccatis, interdicto, & cenſuris ſibi reſeruatis, & eandẽ facultatem, ſaltèm in foro cõſcientiæ, alijs ſubdelegandi, extrà fines, & etiàm extrà confeſſionale, confeſſiones, etiàm fæminarum, audiendi; in omni Eccleſia, & altari ligneo celebrandi, & in vicis, & datam facultatem rursùs prorogandi, conſtituendi, & approbandi confeſſarios pro Clericis, etiam ſinè examine; intermittendi mẽſtruos Sacerdotales, & clericales conuentus præſcriptos, *Hæc ibid. per totum*.

60 Pretioſior præſertim ſuppellex Eccleſiæ, vel Sacriſtiæ ſeligatur, locoquè munito, obſignato, & obſeruato clauibus cuſtodiatur. *tit. Præp. ann. & miniſt. ad cur. & ſuſt.*

61 Ibidem monimenta iurium, libri, volumina, ſcripta grauiora in armario cuſtodiantur.

62 Agat Epiſcopus cum Magiſtratibus, & Decurionibus, vt propiùs accedente peſtis periculo, omni ſua ope citiſſimè ſuccurrant.

63 Videant, nè res frumentaria deſit, nè frumẽtum ſupprimatur, & ex publico ærario, cenſuvè egenis ſuccurratur.

64 Præcedat ipſe Epiſcopus exemplo, eleemoſynarum largitionibus, & quibus ſubueniendum erit, certo libro deſcribantur; & Monaſteriorum, piorum locorum, & pauperum clericorum ratio habeatur.

65 Ratio inſuper habeatur mẽdicantium, & in vnum locũ cõgregentur adiuuandi corporis, & animæ auxilijs.

66 Parochi, vbì nõ eſt, inſtituãt, Epiſcopali auctoritate, ſcholam hominum charitatis, qui eleemoſynas colligant, & officia pręſtẽt ad pauperes ſubleuandos, opportuna.

67 Inſtent Epiſcopi Magiſtratibus, vt conducant certos Medicos, Chirurgos, famulos, famulas, obſtetrices, nutri-

ces,

Digitized by Google

ces, caprarumq; certum numerum ad lac infantibus prębendum, illis deficientibus, Veſpillones, & alios hoc tempore maximè opportunos. *Hæc ibid. per totum*.

68 Domos publicas, hoſpitales, locaque ampla, & diſtincta, quæ alia peſte affectis, alia ſuſpectis, alia conualeſcentibus ſint vſui, neceſſaria ſupellectili inſtruant. *ibid. tit. Præp. locor. curat. publ. §. Domos*.

69 Nè loca, ædes, domicilia, arcam, & ſitus ad locum Eccleſiæ, lociq; pij cuiuſcunq; ius pertinentia, vſurpent, impediant, occupent, nè quidem ad breue tempus, & attentantes Epiſcopus inhibebit, & interdicet. *ibid. §. qua in re, §. quòd ſi*.

70 Si nulla alia ratione ſitus haberi poteſt; tunc ei Eccleſiæ, vel loco pio, ſcriptis publicis, à notario rectè confectis, omninò caueatur, vt quidquid damni eo nomine fecerit, id reſarciatur. *ibid. §. ſi verò*.

71 In omni loco, hoſpitali, tuguriovè crux alta erigatur, curante Epiſcopo, loco medio, altiori, conſpicuo, & vbì capella non eſt, ibì erigatur ex tabulis ſectilibus, & aſſeribus. *ibid. §. in omni autèm*.

72 Vbì plures Sacerdotes conſtituendi erunt, duæ omninò extruantur.

73 Vbì certus Sacerdos, qui aſſiduè aſſiſtat ſpirituali tuguriorum curationi, non conſtituetur, tunc capella ſtruetur extrà eorum fines, loco paulò remotiore; vbi verò aſſiſtunt conſtituti Sacerdotes; domicilium loco finitimo illis paretur, ſed ſegregato à tugurijs aliquantulùm, & vt fieri poteſt, ab alijs domicilijs incolarum propè habitantium. *ibid. §. At verò. §. vbi Sacerd.*

74 Vbì tale domicilium lapidibus extructum non eſt, fiat ex tabulis ſectilibus, & aſſeribus, loco non longè à capellarum poſitura; & ſi hoc domicilium à finibus tuguriorum aliquantulùm aberit, eorum vnicuiq; parabitur etiam propinquiori loco, forma decenti, ex tabulis ſectilibus, & palea contectum. *ibid. §. ſi verò tale. §. At ſi*.

75 Sacerdotale domicilium id erit, vt à Clerico, & ab alio Sacerdote, ſi plures ſint, ſeorſim habitare poſſit. *ibid. § Domicilium*.

76 Si loca ſacra ſepulturæ mortuorum ab Epiſcopo deſtinata, ſatis non ſunt, alius ſitus paretur ſuperiorum loco finitimus, qui cingi poſſit pariete, & vbì aliquandò extrui poſſit ſacellum commodè, qui ſitus ab Epiſcopo conſe-

Rr cre-

cretur, & ità cingatur, vt beſtijs non pateat aditus. *ibid.* §. *ſi ad mortuorum.* §. *ſitus hic.*

77 Præficiat Epiſcopus hoſpitalibus, domicilijs, & tugurijs, vbi exiguus numerus hominum locãdus eſt irruente peſte, Sacerdotem vnum ſaltē: & vbi maior multitudo, maiorem etiàm Sacerdotum numerum, prout opus erit, quibus & addat Clericos, qui Miſſæ inſeruiant, & in alijs functionibus. His verò vtriſq; à publicis miniſtris ex eo ſumptu, vndè in eadē domo hoſpitantibus victus ſuppeditatur, præbeantur alimenta. *ibid.* §. *Hoſpitalibus* §. *ijs Sacerdotibus.*

78 Agat Epiſcopus cum Magiſtratibus, & Decurionibus, vt omni externa adminiſtratione, & cura opportunè proſpiciant imminentibus neceſſitatibus. *ibid.* §. *tum eiſdem.*

79 Curet etiàm certas domos, & domicilia, & loca ampla à cæteris diſtincta parari; quæ vſui eſſe poſſint, aut Eccleſiaſticis; maximè collegiatim viuentibus, aut Monialibus, aut in hoſpitalibus ægrotantes, in quas domos, & domicilia aut infecti, aut valentes perducantur. *ibid.* §. *Epiſcopus,* & §. *ad quæ domicilia.*

80 Quem locum peſtis peruaſerit, eo quamprimùm Epiſcopus certos Sacerdotes mittat, qui ſpiritali curationi incumbant, & dum mittit Epiſcopus, Vicarius Foraneus, si locus Diæceſis ſit, prouidebit. *ibid. tit. offic. ipſo peſt. temp. miniſ.* §. *quem verò.* §. *Cui curationi.*

81 Magiſtratuum, & Decurionum ſtudium vehementiùs excitet; populi charitatem pijs exercitationibus, & operibus accendet, *ibid.* §. *Magiſtrat.* §. *Populi,*

82 Imminente, & multò magis ingraueſcente peſte, proceſſiones, & deprecationes ſolemnes totiès inſtituet, quotiès opus eſſe iudicarit. *ibid. tit. cantion. adhib. nè peſt. lat. ser.* §. & *quoniam.*

83 In omni Eccleſia, & celebritate, & proceſſionibus, non conferti homines, nec denſi, & compreſſi ſint inter ſe, ſed diſtincti, ſeparati, nè locus peſti detur. *ibid.* §. *id igitur.*

84 Ijs, qui extrà præfixos in Eccleſia cancellos manent, aquæ Sanctæ vas præcipuum ab alio diſtinctum, & loco ſeparato apparabitur: quod extra Eccleſiam eo peſtis tempore ponatur, modò à brutis tutum ſit, aut finito Miſſæ Sacrificio intùs aſportari poſſit. *ibid.* §. *ijs qui* §. *quòd extrà,*

85 Vbi,

85 Vbì, vel vniuerſus populus, vel magna eius pars, aut vniuerſa vicinia ædium ſuarum exitu prohibetur, Miſſæ Sacrificium in oratorijs, vel altaribus, vel iam in parietibus ædificata, vel quæ tunc extruentur ex aſſeribus in vicinia, foro, viavè publica, celebrari permittet Epiſcopus, qui videat, an locus eius arbitrio deligendus, ſit ab omni periculo tutus, quam curam cum ipſe non poſſit, relinquat Præfectis regionarijs, & Vicarijs foraneis, vel quibus maluerit. *ibid.* §. *vbì vel* §. *Hanc porrò*.

86 In ijs oratorijs, vel altaribus, denunciet Parochus ſtatas denunciationes dierum feſtorum, vigiliarũ, matrimoniorum, & alia, quæ de more denunciare tenetur. *ibid.* §. *in ijs*.

87 Significet Parochus populo, id in primis ſibi præſcriptum eſſe ab Epiſcopo, vt ſi quem ſe ægrè habere ſenſerit in vicinia Parochiali, illum ſtatìm inuiſat, vt in tempore Sacramenta, & alia animæ, & corporis adiumenta illi miniſtret. *ibid.* §. *illud verò*.

88 Certo libro notet ſuos Parochiales, non modò qui liberati fuerint, aut ſuſpicione laborarint, ſed eos etiàm, qui peſte occubuerint, vbicunq; manſerint. *ibid.* §. *certo libro*.

89 Parochus, ſeù Sacerdos curã gerens peſte laborantium, vt ſibi commiſſum hominem in peſtilentiæ ſuſpicionem incidiſſe animaduertit; eius audiens confeſſionem, audiat loco à lecto aliquantulum diſtanti; & ſi ægrè id præſtare poteſt, ad feneſtram, oſtium, porticum, veſtibulũ, aliumvè locum apertum ſe conferat, & cubiculum declinet, eademq; cautione in miniſtranda Euchariſtia vtatur. *ibid. tit. Cautio in Sacerd. miniſt.* §. *idem Parochus*. §. *vt ſi*. §. *cum verò* §. *vt eadem*.

90 Intrà ſepta publicæ curationis, ſuccintas veſtes infrà genua vix protendentes adhibeat, ſuperpeliceo, & ſtola tantũ, Sacramenta miniſtraturus vtatur. *ib.* §. *vt dum*. §. *vt in ijs*.

91 Vnam, aut plures particulas ſecùm ferat, & tot tãtùm, vt nulla ad capellam ſuperſit reportanda. *ib.* §. *ſacra hoſtia*.

92 In omni Sacramento, maximè Euchariſtico miniſtrando, nè quid noui, licèt minimuin introducat, nevè in-

Digitized by Google

ſtrumentum, aliudvè quid ſimile ad miniſtrationē pro digitis adhibeat. *ib.§. At verò.*

93 Extrà domicilij ianuam, aut Tuguriorum ſepta, eos conſiſtere iubebit, qui Sanctiſſimum Sacramentum luminibus proſequuntur, excepto clerico. *ibid. §. extrà domicil.*

94 Qui Sacramentum pænitentię in cubiculo propiùs audierit ab eo, qui peſte laboret, vel illi extremam vnctionem prębuerit, & apud populum idcircò in probabilem peſtis ſuſpicionem inciderit, ab aliorum commertio per aliquot dies ſe ſe retrahat. *ibid. tit. caut. in ſac. qui miniſt. §. Parochus.*

95 Hic domi contentus, poterit operam ſuam præſtare Sacramentis miniſtrandis alteri itē ſuſpecto, aut infecto, qui ſuæ Parochiæ ſit, aut alienæ, ſed ſibi cōmiſſo. *ib. §. Dùm is.*

96 Quo tēpore abſtinet ab aliorum commercio, in Parochiali tantùm Eccleſia, aut vbì Vicarius Foraneus, vel Præfectus regionarius conſtituerit, Miſſam celebrabit, & in eo altari nullus alius celebret. *ibid. §. quo tempore.*

97 Quamdiù verò hoc tempore abſtinet, cùm domo, aliqua causa, vel facultate egreditur, ferat ſemper ferulam albi coloris 4. cubitis longam, præterquàm, cùm fert Sāctiſſimam Euchariſtiam. *ib. §. quamdiù.*

98 Hoc ipſo tempore; Baptiſmum, infuſionis ritu miniſtrabit, ſtatas ceremonias ad tempus, quo liber à ſuſpicione euadit, diferens, aut alium adhibebit, qui ſtatis ceremonijs baptiſmum miniſtret. *ibidem §. Eo ipſo.*

99 Alterius quoquè Sacerdotis miniſterio vtetur ad Sanctiſſimam Euchariſtiam, & extremam vnctionē Parochialibus ſuis, peſte non ſuſpectis, miniſtrandam. *ib. §. Alterius.*

100 Quarè huic Parocho detur facultas alium Sacerdotem ſubſtituendi, qui poſſit Parochialia munera obire. *ibid. §. quamobrem.*

101 Audiendis confeſſionibus, alium Sacerdotem ſubſtituere non poſſit abſquè probatione Epiſcopi, & ſinè poteſtatis huius conceſſione. *ibid. §. nè tamen.*

102 Regionarius, aut Vicarius Foraneus curabit, vt ſupellex Eccleſiarum, & domicilia diligētiſſimè expurgentur, omni exquiſiti ſtudij, & cautionis genere, quod quoquè iubeat Epiſcopus. *ibid. tit. caut.*

in

Digitized by Google

in hom. Eccleſ. §. curabit.

103 In dubio, an quis peſte occubuerit, atquè adeò, an eius ſupellex ſit ſuſpecta, Medicos tùnc Parochus in conſilium aduocet, maximè à Magiſtratibus Præfectos, vt cautiùs de re tota deliberet. *ibid. §. cum ex facti.*

104 Vbì Regularium Monaſterium, aut aliud Collegium, ſeù domus, vbì collegialitèr viuitur, in peſtis ſuſpicionem inciderit, (niſi aliquos ſolùm ſuſpectos eſſe manifeſtè conſtet) abſtineant ab aliorum conſortio, & conſuetudine, & intrà Monaſterij ſepta ſe contineant, ad Epiſcopi pręſcriptum. *ibid. tit. caut. in Mon. & coll. §. ſi Regularium.*

105 Alter ab altero ſeparatìm in cõſuetudine verſetur; Miſſas in ſingulis altaribus diſtinctis, ſacra ſibi ſigillatìm parata ſupellectili, celebrabunt, & chorum, capellaſquè, vbì celebrabunt, ferreis, aut ligneis cancellis ſepient. *ib. §. eam verò. §. Miſſas.*

106 In quibus Monaſterijs magnus eſt numerus Eccleſiaſticorum, nequè locus ad tuguria ſeparatìm extruenda, & peſtis ſuſpicio ibi inſit, infectos expedit à valentibus ſegregare, vel ſuſpicione liberos aliò, aut in diuerſa loca traducere, idemq; fiet, vbì peſtis magnum numerum Monialium in eodem Monaſterio peruaſerit. *ibid. §. ſi Eccleſiaſt. §. Hæc ipſa.*

107 Nè verò occaſione peſtis intrà Monialiũ clauſtra ſinè cauſa neceſſaria aditus pateat, neq; facultas egrediendi extrà hęc detur, niſi vrgeat neceſſaria cauſa. *ib. §. ſed in earum. §. nec verò.*

108 Vbì neceſſitas vrgeat eas viſitandi intùs, aut inſpici, hoc curet Epiſcopus fieri à fęminis honeſtis; quod & ſeruabit, cùm opera monatorum neceſſaria erit. *ibid. §. ſi verò. §. Hoc ipſum.*

109 Infans nupèr natus peſte laborans, à matre laboranti peſte baptizetur per infuſionẽ aquæ, alijs cæremonijs tùnc non adhibitis. *ibid. tit. de Bapt. inf. §. Infans.*

110 Abſente præsbytero, baptizet, qui præſens norit baptizandi formam; non compater, aut eodem morbo ſuſpectus adhibeatur; ſed, sì ſuperuixerit infans poſt periculum, fiant aliæ cęremoniæ ex Eccleſiæ inſtituto. *ib. §. ſi Sacerdos.*

111 Idem præſtetur in expoſitis infantibus, dubijs, an peſte ſint infecti, & in ijs, quos nõ manifeſto conſtat, an ſint ſuſpecti.

Digitized by Google

pecti. *ibid.* §. *Hoc ipſum.*

112 Vnuſquiſquè, exſcriptum baptiſmum eius, quem baptizarit, Parocho tradat, quē cum primùm poterit, certiorem faciat de omiſſis cæremonijs, in Parochiali à Parocho ſupplendis. *ibid.* §. *vniuſcuiuſquè.*

113 Homines ſcholæ charitatis nauent operam Parocho deſcribendis Parochiæ pauperibus, quoſquè ſemel deſcripſerint, ſemel generatìm recognoſcent. Et sì quid in hac recognitione addendum, mutandumvè viderint, Parocho denuncient, qui notabit in deſcriptionis libro, & ſi quid in eo genere opus erit, Epiſcopo referet. *ib. tit. offic. confrat. charit.* §. *ſcholæ.*

114 Ijdem ſingulis diebus ſedulò pauperes inuiſent, eoſquè præſertim, qui peſte tabeſcunt. *ibid.* §. *ijdem.*

115 Si quos recentèr in morbū incidiſſe nouerint, & ſpiritalis adiumenti egentes, id Parocho referant. *ibid.* §. *ſi quos.*

116 Vt ex charitate cumulatiùs ſubſidium præſtent, perfugiū ſæpiſſimè habebunt ad Epiſcopum, Præfectos regionarios, Vicarios Foraneos, & Parochos, ſæpè etiàm ad Magiſtratus, & Decuriones, ad eorum opem implorandam. *ibid.* §. *vt autèm.*

117 Parochus ſuadeat maximè Parochiales ſuos ad commiſerationem, & eleemoſynam præſtandam, non modò peſte, ſed etiàm inopia laborantibus. *ibid.* §. *id Parochus.*

118 Sæpiùs, & rariùs, prout opus erit, eleemoſynam petiturus cum charitatis ſodalibus, viciniam in omnes partes obibit, ad hos miſerabiles ſubleuandos, & antè fores Eccleſiæ ad hunc finem capſulam exponet Parochus duabus clauibus claudendam, opere fabrili inter ſe diuerſis, quarum altera apud Parochum, altera apud ſodalem Charitatis, ab Epiſcopo, vel Vicario Foraneo deligendum. *ibid.* §. *quam ob cauſam.* §. *in Eccl.* §. *è clauib.*

119 Eleemoſyna, quæ congeretur à confratribus charitatis, de Parochi, aut Vicarij Foranei, aut Præfecti regionarij conſenſu, in eorum miſerabilium vſum neceſſarium erogabitur, habita ratione maximè eorum, qui ſunt intrà Parochialis viciniæ fines, maximè pauperum Sacerdotum, & Monaſteriorum. *ibid.* §. *omnis eleemoſyna.*

120 Caueat Parochus, nè rei cuiuſquam pertinentis ad corporales neceſſitates peſte laborantium, aut ſuſpectorum,

Digitized by Google

tum, præcipuam curam ſibi ſuſcipiat; atquè adeò ab ordinario munere eleemoſynæ diſtribuẽdæ abſtineat, nè alijs curis implicatus, minùs ſuo officio ſatisfaciat. *ib. §. cauebit.*

121 In omni triuio, loco decenti, crux erigatur, ad quam orantes, & precantes ſpectẽt. *ibid. tit. cura præſt. & exerc. pest. §. in omni.*

122 Ibidem ad Epiſcopi præſcriptum Altaria extruantur, in quibus Miſſæ ſacrificium fiat, itaut quicũquè ibì celebrarit, etiàm Regularis, cenſeatur ſuo satìs muneri feciſſe, quo adſtrictus eſt in alio Altari celebrandi. *ibid. §. ibid.*

123 In capella loci hoſpitalis, publicæquè curationis, perpetuò Sanctiſſimum Sacram. aſſeruetur, cui lampas accenſa præluceat, in qua capella Sacerdos, qui præeſt, orationem aliquandò ſinè intermiſſione inſtituat. *ibid. §. in capella.*

124 Vbi deſunt curam agentes peſte infectorum, ob Sacerdotum obitum, Vicarius Foraneus in Diœceſi, & Præfectus regionis in Ciuitate Epiſcopum admoneat pro Sacerdotum inquiſitione, & interim vicinis Parochis, & Sacerdotibus eorum curã commendabit. *ib. §. vbi ob peſtilentia.*

125 Idem officium præſtetur, ſi Parochus deſit, cui Sacerdos in officio ſubſtituatur. *ibid. §. idem officium.*

126 Valdè curet Parochus, quãdo ciues, vel vicinia, vel familiæ, domo egredi prohibentur, vt antequam includantur peccata confiteantur, & communionem faciant, & ſi pręæ temporis anguſtia id non præſtabunt, præſtent eo ipſo ineunte tempore, & deinceps ſingulis hebdomadis, aut decimo quinto quoquè dię. *ib. §. præcipuè Parochus.*

127 Parochi, & præfecti, locis infectis inuigilent in moribus animaduertendis, maximè monatorum, famulorũ, & miniſtrorum illis operam nauantium, & eorum, qui in illorum ſunt cuſtodia. *ibid. tit. cura diſcip. mor. in eiſd. loc. §. Parochus.*

128 In iiſdem locis, mulierum honeſtati, & adoleſcentũ proſpicient, & maximam curam ſubſtinebunt puellarum Virginum, & fæminarum periculo pudoris, & honeſtatis maximè obnoxiorum, ſed has ſenioribus fæminis, & ſpectatæ probitatis, quæ in illis locis morantur, committent. *ibid. §. mulierum.*

129 Curet Epiſcopus, vt qui in illis locis, aut paulò poſtquã indè

indè egreſſi ſunt, matrimonium conficere volunt, illius ſtatæ denunciationes in Parochiali fiant, & in ijs locis, vbi incluſi, aut paulò antè fuerunt. *ibid.* §. *ſæpè fit*.

130 Concil. Triden. ſanctionẽ de Matrimonio exponant, & promulgent Parochi ſæpiſſimè in illis locis publicæ curationis, & omnis diligens ratio à Parocho ineatur, nè puellæ in fraudem inducantur. *ibid.* §. *nè prætereà*.

131 Vbì ſuſpicio oritur de aliquo concubinatu, aut indicium exiſtet, de hac re Parochus, ſeu Præfectus Sacerdos, Vicarium Foraneum, & Præfectum regionarium admoneant, qui ad Epiſcopum deferant pro remedio opportuno. *ib.* §. *vbì aliqua*.

132 Parochi, & Sacerdotes publicæ curationis, præcedant alios exemplo, omniquè ſtudio religionis, & ab omni vel leui ſuſpicione peccati planè ſint liberi. *ibid. tit. quæ diſcip. rat. Paroch. & Sacerd.* §. *Parochus*.

133 Peſte laborantes, aut peſtis ſuſpicione, caueant Parochi, etiàm agnatis inſtantibus, nè ad teſtamenti factionem impellant, niſi alioquin propinquorum ſtatus commiſeratione dignus alitèr ſuaſerit, & tunc rem, vt eſt, cum Vicario ſuo Foraneo, ſeu Præfecto, aut cum Epiſcopo communicent. *ib.* §. *cauebunt*.

134 Parochus, & Sacerdos, qui prẽſunt, ſpiritualẽ curam gerentes in tugurijs, hoſpitalibus, & publicis ædibus, videant, vt Præfecti, veſpiliones, antiani, alijquè miniſtri nihil doni accipiant cum clauduntur domicilia, vel aperiuntur, vel aliaquaquè de cauſa. *ibid. tit. ſpecul. in min. pub. curat.* §. *videbit itèm*.

135 Itẽ nè pecunia, aut ſupellex peſte languentium, ſuſpectorum, vel mortuorum diripiatur, maximè cum domo educuntur, aut ſepulturæ traduntur, aut eorum domus purgatur. *ibid.* §. *vt nè*.

136 Vt qui ad loca publicæ curationis aſportantur, conducantur benè maturè manè, vt maius illis tẽpus ſuperſit ad ſuſcipienda adiumenta ſpiritualia. *ibid.* §. *vt qui*.

137 Vt ſuſpecti nõ eodem curru cũ infectis vehantur mixti, ſi modò ſuſpecti non ſint ex ijs, qui morbo affectis operam ſuam nauant. *ibid.* §. *vt nè*.

138 Vt ſupellex peſte langueſcentis diſtincto curru ab ea, quæ ſuſpecti eſt, vehatur. *ibid.* §. *vt hæc ipſa*.

139 Vt tuguria ſuſpectorũ aliquo

Digitized by Google

quo interiecto ſepimento ab illis diuidantur, qui verè ſunt morbo affecti. *ibid.* §. *vt cuit*.

140 Idemquè fiat de minùs ſuſpectis à grauiſſimè ſuſpectis, & de conualeſcentibus. *ibid.* §. *eadem cautio*.

141 Vt ægrotis ſtata hora ſubminiſtretur, ratioquè habeatur qualitatis, & quantitatis cibi, quoquè modo præbeatur, & medicinæ, & medicamēta certis præſcriptis horis, & ordine apparentur, conficiantur, præbeantur. *ib.* §. *vt ægrotis* §. *vt Medicinæ*.

142 Viſitet Epiſcopus frequentèr ſuſpectos, infectos, ferè ſingulos cōſoletur, eleemoſyna ſubleuet laborātes inopia, documentis muniat ad fortiter ſanctèq; moriendū. *ibid.tit. viſit. off. mult.* §. *Epiſc.*

143 Familias domi contentas ob ſuſpicionem alloquatur breui ſermone, quæq; agenda, vel fugienda, illis ſuggerat. *ibid.* §. *crebrò*.

144 In loca Diæceſis infecta, & ſuſpecta ſæpè excurrat, charitate omnia luſtret, & ijs, Epiſcopalis dilectionis officia, præſtet. *ib.* §. *ſæpè*.

145 Rationem ineat, vt ad populos litteras paſtorales ſcribat ad conſolandos, confirmandos, excitandos quibus præſens adeſſe non poteſt. *ib.* §. *& quoniam*.

146 Parochus, & Sacerdos curæ morbo affectorū præfectus, vt certior eſt factus aliquem ſuæ curæ peſte affectum eſſe, quàm celerrimè poteſt eum inuiſat, Sacramentum pænitentiæ, & alia adiumenta ſpiritualia præbeat. *ibid. tit. cur. ſpir. ſigill.* §. *vbi primùm*.

147 Pænitentiæ Sacramentum nulla mora vnquàm intermittat: Euchariſtiā verò, niſi morbus cogat diferri aliquātulum, pro viatico quamprimū miniſtrabit, etiamsì æger cibum ſumpſerit, idemquè prçſtet de Sacramento extremæ vnctionis. *ibid.* §. *itaquè*.

148 Vbì illum obijſſe audierit, eius animæ, orationib. præcibus, ſacrificio Miſſæ ſuffragabitur. *ibid.* §. *vbi illum*.

149 De hominis Eccleſiaſtici peſtilentia, aut ſuſpicione, Parochus, in vrbe, admoneat Præfectum regionarium, in Diæceſi, Vicariū Foraneum; vterquè verò, Epiſcopum quā citiſſime poterunt. *ib. tit. cur. om. hom. Eccleſ. peſt. lab.* §. *de hominis*.

150 Si Parochus, vel Sacerdos miniſtrans inficiatur morbo, vel in ſuſpicionem incident, ſocius illi miniſtret officia Sacerdotalia; ſi verò plures ſunt Sacerdotes, id præſtet eorum

maior, modò alitèr non ſit conuentum inter eos. *ibid.* §. *Parochus*.

151 Vbì nullus eſt ſocius, his officijs ſatisfaciat Parochus, qui proximus eſt, aut alius in partem illius curæ euocatus. *ibid.* §. *vbi autem*.

152 Eccleſiaſticus ſuſpectus, vel affectus, vt ad loca publicæ curationis aſportetur maximè ſtudeat, cui Epiſcopus id officij dederit: modò alitèr non ſuadeat alia rationabilis ratio. *ibid.* §. *Eccleſiaſticus homo*.

153 Solus verò, & nō tanquam vnus de populo vehatur ad locum publicæ curationis: tuguriumquè, quamuis intrà aliorum ſepta collocatū, quò illi cōmodiùs ad ſalutem neceſſaria miniſtrentur. *ibid.* §. *vt nè* §. *tugurium*.

154 Si acciderit Epiſcopum ſuſpectum eſſe, domi ſe contineat quamdiù expedire cenſuerit. *ibid.* §. *ſi aliquandò*.

155 Dum ſe domi continet, ſi pro ſuæ ſpeculationis munere expediat, foràs prodeat, vt opportuniùs proſpiciat, & conſulat in vrbe, & Diæceſi. *ibid.* §. *dum autèm*.

156 Si verò peſte afficietur, per capitulum, vel duos priores de capitulo certior fiat de illius periculo Epiſcopus, qui propior eſt, & Metropolitanus. *ibid.* §. *ſin autèm*.

157 Huius verò capituli propriū erit ſupplicationi inſtare dum ille peſte laborat, & Vicarij generalis, pro illius ſalute orationem tàm in vrbe, quam Diæceſi ſinè intermiſſione indicere. *ibid.* §. *erit autèm*.

158 Parochus, in ſua Parochia, aut ſub ſua curatione habeat puellas, Virgines, mulieres ætate florentes omni Sanguinis, & auxilij ope deſtitutas, eas matronæ honeſtæ illis vicinæ propinquitate, aut vicinia coniunctæ ſumma charitate commendet, eleemoſinę largitione ſubleuet, & earum curam in omnibus ſuſcipiat, & maximè Dei timorē in eis conſeruet, *ibid. tit. cur. adhib. vbi quis conual.* §. *quoniam*.

159 Vbì conualuerint, & à ſuſpicione liberę, in monaſterio, vel loco pio collocentur, aut famulatui honeſtæ matronæ addicentur, aut eis alia honeſta conditione prouideat, re etiàm, ſi opus erit, cum Epiſcopo communicata. *ibid.* §. *ideoquè*.

160 Puerorum, infantū, & adoleſcentum in eodem ſtatu repertorum eandem curam habebit. *ibid.* §. *puerorum*.

161 Si quis mortuus erit peſte affectus, vel ſuſpectus, ne priùs

priùs duodecim horis, neq; tardiùs 24. ſepeliatur; non humeris vnius tantùm, neq; nudus licèt in curru, neq; alio indecēti modo deferatur. *ib. tit. Cur. mort.* §. *ſi quis igitur.* §. *nè humeris*.

162 Sit incluſus in capſa, linteamine inuolutus, & pallio ad hunc vſum ſtato operiatur, etiam quandò vehiculo effertur. *ib.* §. *ſit autem*.

163 Funeris proſequēdi munus Eccleſiaſtico ritu, ſpectabit ad illos, qui conſtituti ſunt locis illis peſte laborantibus; alioquin id munus præſtet propriùs mortui Parochus cū ſuo Clerico. *ib.* §. *funeris*.

164 Campanarum ſono, prælata cruce, accēſis luminibus, cęteriſque Eccleſię ceremonijs, & Parocho, alioue Sacerdote, & Clerico ſaltē vno ducatur funus licèt Epiſcopi conceſſu, noctù, & licèt plures eodem curru efferantur. *ibid.* §. *campanarum*.

165 Parochus, Sacerdos, Clericus in hoc funere, ſuperpelliceo ſint induti, & tū prę ędiū foribus, vndè effertur mortuus, tum in via, & apud locū ſepulturæ, officium pro mortuis præſtent vt moris eſt. *ibid.* §. *quo in funere*.

166 Emolumenti cuiuſquam ſocietatem cum veſpillonibus, aut alijs hoc funeris nomine non ineat Parochus; ſed ſi quid hoc titulo acceperit; in vrbe, Præfecto regionario, in Dięceſi, Vicario Foraneo, ſingulis menſibus, ſcripto ſignificet. *ibid.* §. *nec verò*.

167 Corpus peſte extincti in ſacro loco ſempèr humetur, nequè eo prætextu, quòd breuì transferendum ſit in locum ſacrum, ſepeliatur in profano. *ibid.* §. *peſte mortui*.

168 Eccleſiaſtici mortui funus proſequatur aliquis Cleri numerus, & in Eccleſia ſepeliatur, modò aliud non ſuadeat loci longinquitas. *ibid.* §. *Clericalis*.

169 In Altaribus priuilegiatis, tot pro Eccleſiaſticis Miſſæ celebrentur, vt ſingulæ miſſæ ſingulis mortuis applicentur. *ib.* §. *in Altaribus*.

170 Vbi mori cōtingat Epiſcopum, fiat eius funus, vt præſcribitur in Concil. 1. & 4. idēquè fiat pro eius anima, vt in 4. præſcrib. §. *ſi Epiſcopum*.

171 Præfectus regionarius, & Vicarius Forane⁹ in ſua quiſquè regione, vbi peſte laboratur, iubeat præter Miſſam conuentualem celebrari aliā ſolemnē ſingulis hebdomadis, quo ad peſtilentia ceſſarit, & hoc fiet à clero cuiuſq; Collegiatæ feria 2. modò feſtus

ſtus dies non impediat; & ſinguli Sacerdotes hoc idem præſtabunt. *ibid.* §. *quamobrem*.

172 In hac ipſa feria, quæ prima in ſingulos menſes inciderit, in vnaquaquè regione, & ſingulis Diæceſis partibus, quibus preeſt Vicarius Foraneus, & ab omnibus earum regionum, & partium, Parochis ſolemne fiat officium, & Sacrificium pro mortuis, & ſi per feſtum fieri nequeat, fiat feria proximè ſequenti. *ibid.* §. *in ea ipſa*.

173 Singulis quoquè diebus ſi ex ritu liceat, quilibet Sacerdos collectam pro mortuis faciat. *ibid.* §. *ſingulis*.

174 Moniales verò, certo die ab Epiſcopo præſcripto, officium mortuorum recitent. *ib.* §. *moniales*.

175 Peſte reſtincta, inſtruat Epiſcopus, vt omnes gratias agãt confeſſione frequẽtiſſima, & communione; indicet orationem 40. horarũ ſolemni ritu celebrãdam, vt moris eſt; ſupplicationes itèm triduanas ſolemni apparatu indicet, quarum diem tertium, ſanctarum reliquiarum pompa ſolemniorem habebit. *ibid. tit. peſte reſtinc.* §. *primò.* §. *deindè.* §. *poſteà*.

176 Curet, vt vbi publica, aut priuata vota ſunt emiſſa ad præſcriptum Conc. Prou. 5. perſoluantur. *ibid.* § *curabit*.

177 Item, vt legata pia peſtilentiæ tempore facta præſtentur, & vt populus ea vitia, quæ eo tempore deteſtatus eſt, in perpetuum profligat. *ibid.* §. *vt legata.* §. *vt quæ vitia*.

178 Viſitationis munus quã citiſſimè exequetur, & hęc omnia vt exequantur curabit, videlicet.

179 Vt Eccleſiæ Parochiales reſarciantur, ſi qua ex parte detrimentum ſunt paſſæ, & ſuppellectili inſtruantur.

180 Vt Doctrinæ Chriſtianæ ſcholæ ſtudioſiùs, & frequentiùs exerceantur.

181 Vt Academiæ, ſcholæ piæ, diuinorum officiorum cultus, charitatis opera ſacræ cõciones, & lectiones, piorum hominum ſcholæ, confraternitates, Indulgentiarum concurſus, & ſtationum, in priſtinum, & ad meliorem formã reducantur. *ibidem. à* §. *quamobrem ad* §. *vt omnes deniquè*.

182 In hac viſitatione adhibeat Epiſcopus viſitatores alios in officij coadiutores; & curet, vt Parochis proprijs tradantur libri de Matrimonijs, & Baptiſmi in peſtilentia miniſtratis, & vt infantibus ſtatæ cæremoniæ de ritu adhibeantur, quæ tempore peſtilentiæ ſunt om-

Digitized by Google

omiſſæ. *ibid.* §. *hanc verò.* & §. *vt item.*

183 Epiſcopus deniq; cum Metropolitano, is verò cum Epiſcopis prouinciæ aget, vt ſupplicationum, & proceſſionũ ſolemnitate vbiquè in prouincia pro recuperata valetudine gratiæ Deo agantur. *ib.* §. *porrò Epiſcopus.*

PERSONÆ
Infames.

1 Si quis perſonatus, veſtes clericales, aut Monachales, vel ad eorum formam induerit, & is qui eas aſſumpſerit, & is, qui eas accomodauerit, graues pęnas ſubeant. *Prouin. 1. tit. de Cleric. veſt.* §. *ſi quis perſonatus.*

2 Hiſtriones, Mimi, circulatores à Principibus extrà fines ſuos eijciantur. *ibid. tit. de Hiſtrionibus.* §. *vt hiſtriones.*

3 Cingari arceãtur à Magiſtratibus, niſi certis ſedibus collocati, vitam morè Chriſtianorum agere velint. *ibid.* §. *vt vagum, & fallax.*

4 Vbi ex hoc decreto à Prouinciæ finibus adhuc nõ ſunt eiecti, hæc ſeruet Epiſcopus, & inquirat.

5 An in omni vita ſe gerant, vt decet Chriſtianos.

6 An quidquam contrà agant, quod ſchiſmaticorum morẽ, vſumquè præſeferat.

7 An quadrageſimæ tempore, & ieiunij diebus veſcantur cibis vetitis, & nouis ritibus vtantur.

8 Si quid contrà actum repererit Epiſcopus, agat in eos ſeuerè ad Canonum pręſcriptũ. *Prou. 5. tit. quę ad fid. tuend. ſtud. pert.* §. *quibus Prouinciæ locis.*

9 Si eos vllo alio modo publicè offendere cognitum fuerit, ab Eccleſia tempore diuinorum officiorum eos eijci iubeat quo ad emendatæ vitę explorata dederit teſtimonia. *ibid.*

10 Prohibeantur cingari texillis, aut alea ludere, & grauitèr animaduertant Magiſtratus in publicos aleatores, & eos, qui domum ad eos recipiendos expoſitam habent. *Prouin. 1. ibid.* §. *Et quoniam.*

11 Circulatores, nè tempore diuinorum officiorum in plateis verſentur. *Pr. 1. tit. Commun. de rat. diu. off.* §. *Epiſcopi nè patiantur.*

PRÆBENDA.
V. Canonic. diſtrib.

1 Canonici Vrbis, & Diœceſis, de conſilio Capituli, imponant ſuis Præbendis nomen alicuius Sancti, vt non alio, quam iſtius nomine ſingulæ diſtinctè appellentur. *Syn. Diœc. 35. decret. 21.*

PRÆ-

PRECES DIVINÆ.

1 Qui debent ex ritu Ambroſiano diuina obire officia, tam publicè, quàm priuatim, id præſtent ad preſcriptum Breuiarij impoſterũ edendi, ſub pœna Archiep. arbitraria ſi ſecus fecerint, & priuationis quotidianæ diſtributionis ſi fuerint Canonici, vel Choro addicti. *Syn. Diæc. 35. decr. 22.*

2 In ſingulis Eccleſijs, maximè Parochialibus ſit liber Cantus fermi continens omnia ſpectantia ad Miſſam, & Veſperas ſolemnes ſaltem Titularis illius Eccleſiæ. *Syn. Diæc. 34. c. 4.*

3 In ſacro cantu arceantur profana, & ab Eccleſijs, non piæ modulationes, & omnes ſoni, præterquam organi, ex *Dec. Prou. 1. & Diæc. 32.*

4 Et curent Præfecti in ciuitate, & Vicarij Foranei, in Diœceſi, ne occaſione ſolemnitatis, vel feſti inſignioris quid cantetur non approbatum ab Archiep. ſub pœna illi arbitraria contra Cantores, & Eccleſiarum Rectores, hac in re inobedientes. *ibid.*

5 Omnibus Eccleſiaſticis, ſub pœna quatuor nummorum aureorum interdicitur Tabaci vſus in Choro, Sacriſtia, Capitulis, Proceſſionibus, menſtruis conuentibus, & alijs Eccleſiaſticis functionibus. De hoc abuſu tollendo ſint ſolliciti Præfecti in Ciuitate, & Vicarij Foranei in Diæceſi. *Syn. Diæc. 34. c. 5.*

PRIMITIÆ.

1 Nè Sacramenta, vel Sacramentalia denegẽtur, aut differantur debitoribus primitiarum, vel oblationum; neq; vllo modo exigantur illæ in ipſa Sacramentorum, vel Sacramẽtalium adminiſtratione. *Diæc. 32. cap. 25.*

2 Pro ijs conſequendis per viã iuris procedatur, etiam coràm Vicarijs Foraneis, aut etiàm interdicto iuxtà rationem eis ſupèr hac re præſcriptam. *ibid.*

3 Qui præcipuum domicilium in Parochia habent, & muneribus Parochialibus gaudent, etiamſi ciues nobiles ſint, obligantur ad has primitias ſoluendas, niſi paratam ſtatìm quis habeat probationẽ immunitatis. *ibid.*

4 Inquirat Epiſcopus per ſe, vel Vicarios, Viſitatores, an primitię ſoluantur ab his, qui debent. *Pro. 6. tit. de bon. et iur. Eccl. §. id quoquè.*

5 Teſtes Synodales inquirant quoquè an qui recuſent eas ſoluere. *Prou. 4. tit. de teſt. Synod. §. an eiſdem.*

6 His verò, qui immunes ab earum-

rumdẽ ſolutione eſſe putant, duorum menſium ſpatiũ ad id probandum præſcribatur, quo elapſo, ſi probatum non fuerit, illarum ſolutioni iure teneantur; niſi aliqua iuſta cauſa prorogandum tempus Iudex cauſæ cenſuerit. *Diæc.4. decr.38.§. idem de eo.*

Vide Verbum *Decima.*

PRIVILEGIVM.

1 Fiſci priuilegio non derogatur per Concord. inter Eccl. & ſecul. & quomodò? *V. For. Eccl. & ſecul. Conc. c. 9.*

PROCESSIO.

1 Parochi, ij etiàm, qui Archipræsbyteri vocantur, alijquè Sacerdotes, & Clerici, in feſto Corporis Chriſti, tum in litanijs maioribus, & minoribus, ad ſuam Præpoſituram Diœceſanam conueniant, nisì ritum diuerſum teneant. *Diœceſ.2. Decret.13.*

2 Pœna ſit, abſens, per annum ab ordinis ſui munere amoueatur. *ibid.§. quod munus.*

3 Ij tamen Parochi ad Præpoſituras accedant, qui ſe cõferre ad eas ſolent, & ij præthereà, quibus à Vicario Foraneo, vt accedant, mandatum fuerit. *Diæc.3. decr.44.*

4 Nè ornentur viæ aulæis profanis, neq; imaginibus Ethnicorum. *Prou.2.Decret.18.tit. 2. Diœc. 2. decr. 20. §. quoniam.* *Diæc.32. cap.20. §. Eccleſiam.*

5 Qui Sacerdotes in Collegiata capellas obtinent, vel eleemoſinæ nomine ſtatis ibidèm diebus celebrant, & qui eidẽ Eccleſiæ ſunt adſcripti, vnà cum Clero eiuſdem Eccleſiæ proceſſiones obeant, niſi alteri ſint addicti. *Diœc. 3. decr. 3. §. qui Sacerdotes.*

6 In omnibus Proceſſionibus canatur aliquid cum ea re cõueniens, pro qua fit proceſſio. *ibid. §. in omnibus.*

7 Et Clero ſignificetur. *Prou.4. tit. de Proceſſ. §. cum ad proceſſionem.*

8 Proceſſionibus Sãctiſſimi Sacramenti ij interſint, qui quotidiè, vel ſæpiùs in hebdomada celebrant in Eccleſia Parochiali, niſi aliò vocẽtur, ſeù addicti ſint alteri Eccleſiæ; neq; mercedis nomine quidquam petant. *ibid. Decr. 5. §. idem etiam.*

9 Vbi ad aliquam proceditur Eccleſiam, ibiquè terminatur proceſſio; nè clerus ab ea recedat, nisì peractis à Clero Metropolitanę Eccleſiæ precibus, & orationibus. *Diœc. 4. Decr. 31. Pr. 4. tit. de Proceſſ. §. Clerus etiam.*

10 In omni Parochiali Eccleſia ſingulis menſibus proceſſio agatur Sãctiſſimi Sacramenti Dominica tertia, & in Miſsa fiat

Digitized by Google

22 Parochi die Dominico ſolẽnitatem præcedenti graui ſermone præmoneant, & hortẽtur populum, vt Indulgentias eo die conſequatur vt confiteatur, & cõmunicet eo die, vel infrà octauam; eleemoſynam faciat, frequentèr oret, castè viuat, ieiunet pridiè ſolemnitatis, ad officia conueniat ea octaua, cæteraq; pietatis opera obeat. *ibid.*

23 Indulgentias à Pontificibus ijs diebus conceſſas euulgent Parochi. *ibid.*

24 Concionatores etiàm eadẽ præſtent ad inflammandum populum ad piè colendam hanc ſolemnitatem. *Diœc. 32. cap. 20. §. Dominica die.*

25 Solemni ipſo die vna tantùm in Ciuitate ſupplicatio habebitur, eaque manè poſt Miſſam cantatam. *ibid.*

26 Idem fiat in ſingulis Plebibus Diœceſis. *ibid.*

27 Pompam ſupplicationis deducent Clerus etiàm Regularis, Cõfraternitates, Scholę Doctrinæ Chriſtianæ, Magiſtratus, & populus cereis accenſis iuxtà cuiuſq; dignitatem. *ibid.*

28 Superiorem ædium partem neq; mulieres, neq; viri aſcendãt proceſſionem ſpectaturi, maximè quo tempore Sanctiſſimum Sacramentum deportatur. *ibidem §. Eccleſiam. & Prou. 4. tit. de proceſſ. §. quod in multis.*

29 Mulieres dum ducunt, aut ſpectabunt proceſſionem velata ſint facie. *ibid.*

30 In Collegiatis vrbis, & Eccleſijs inſignioribus, quæ adiunctam habent curam animarum, aliqua die intrà octauã ſupplicationem haberi, & per Parochiæ fines Sanctiſſimum Sacramentum cum pompa, & apparatu portari poterit, obtenta priùs ab Archiepiſcopo facultate in ſcriptis. *ib.*

31 Idipſum fiat in Diæceſi iudicio Viſitatoris, qui eius arbitrio, Eccleſiam, Clerum, populum, iter præfinibit. *ibid. §. idem fiat.*

32 Porrò via commodi ſit, nec longior mille paſſibus. *ibid.*

33 Saltèm ſeni Sacerdotes ſupplicationibus ſingulis interſint. *ibid.*

34 Hæc res in orbem ibit, itaut vna ſupplicatio annis ſingulis fiat vno die, ſed per vices, & alternis, vt nullus in plebe pagus illo honore careat, ſi voluerit. *ibid.*

35 Niſi fortè plebs tàm ampla ſit, vt vno die duæ, aut plures ſupplicationes obire liceat commodè. *ibid.*

36 Si quid hac in re difficultatis incidet Archiep. cõſulatur. *ib.*

37 Generales proceſſiones à cathedrali Eccleſia proficiſcantur,& eodem reuertãtur, niſi aliud Epiſcopo videatur. *Pro. 1.tit. de proceſſion.* §. *Generales*.

38 Qui ad has non conuenerit antè inuocationem Sanctiſſimè Trinit., pro abſente habeatur. *ibid.*

39 Canonici, & Clerici cuiuſquè dignitatis ſint, cũ ſuperpelliceis, & vſitatis alijs veſtibus ſtato tempore eas obeant. *ib.*

40 Præfectus Collegiatarum in vrbe vocatus cum ſuis canonicis,& beneficiatis,ſuperpelliceo, vel alijs ſacris veſtibus indut⁹ publicas proceſſiones quam elata cruce obeat. *ibid.* §. *Præfectis*.

41 Ijs aſſignabit quamprimùm Epiſcopus, locũ, arbitrio ſuo; neq; eius rei effectus vlla appellatione retardari poſſit. *ibid.*

42 Ad huiuſmodi proceſſiones, ſi Epiſcopo videbitur, vocet etiam Regulares, quamuis exemptos. *ibid.* §.*ad huiuſmodi*.

43 Si de loci prioritate controuerſia, naſcatur, tollatur ab Epiſcopo. *ibid.*

44 Cruces ferant Clerici, talari veſte, & ſuperpelliceo induti; ijquè eiuſmodi ſint, vt illam commodè, & decorè deferre poſſint. *ibid.*§.*Cruces*.

45 Tabernaculum pro faciendis proceſſionibus vitro vndiquè claro circumdatum ſit; Habeat lunulam, in qua inferatur hoſtia, & quæ commodè aperiri poſſit; lunula verò,Baſis, ſcutulus ſaltèm ex argẽto conſtet.*Viſit.Ap.tit.Tabernaculum.* §. *Claro.* §. *lunulam*.

46 Omnes ordines grauitèr, & modeſtè procedãt colloquijs excluſis, & dent operam pſalmis, hymnis, & ſacris precibus. *ibid.*

47 Nemo ordinẽ deſerat in proceſſione,antequam ad Eccleſiã, vndè profecti ſunt,redierit. *ibid.*

48 Curet Epiſcopus in his proceſſionibus, & cum frequentior eſt populi ad Eccleſias concurſus, modeſtiam, & reuerentiam adhiberi, non ſubſiſti intèr viam inaniter ſpectandi gratia;petulantiam dicto,factovè arceri,indecentia ſpectacula prohiberi, actiones in foribus ædium, aut in via non repræſentari, & ſecùs facientes, ſeuerè puniantur. *ibid.* §. *videant*.

49 Præficiant Epiſcopi certos viros,qui curent omnia, quæ de ſupplicationibus tradita hìc ſunt,omninò ſeruari. *ibid.* §. *Epiſcopi*.

50 Curent etiam,mulieres velatas incedere, populumquè in ordi-

ordine ſubſiſtere. *Prou. 4. tit. de proceſſ. §. conſtituat.*

51 Edendi, bibendivè conſuetudinem, eſculenta, & poculenta deferendi, aut vendendi in ſupplicationibus habēdis, aut Eccleſijs viſitandis, tollere ſtudeant Parochi, *Viſ. Ap. ibid. §. Edendi.*

52 Fideles de hoc abuſu tollendo admoneant ſæpiùs, pręſertìm die Dominico, qui proximè Sacras Rogationes antecedit. *ibid.*

53 Antè ſacras ordinationes in Dominica præcedente fiat à Parochis proceſſio cum littanijs Sanctorum. *Prou. 2. Dec. 22. tit. 1.*

54 Proceſſiones infrà octauam Corporis Chriſti nè fiant, niſì quibus Eccleſijs Epiſcopus conceſſerit; & manè tantùm fiāt, niſi temporis iniuria impediret. *ibid. tit. 2. decr. 7.*

55 Regulares accedant ad proceſſiones publicas cum Clero ſeculari. *Pro. 3. tit. de ijs, quæ ad diuin. off. pert. §. Tridentini.*

56 In proceſſionibus publicis, poſt eas Miſſa cantetur, niſì aliud Epiſcopo videatur. *Pro. 4. tit. vt ſup. §. cum ſupplicationes.*

57 Precum, & orationum officia, à capitulo Cathedralis peragenda ſunt, & in Diæceſi à Primario Eccleſiæ, niſi antiqua conſuetudo aliud ſuaſerit, *ibid. §. quæ verò.*

58 Ab iiſdem & Miſſa canatur. *ibid.*

59 Inter Clerum, laici nè incedant, nequè intèr Epiſcopum, & Clerum, *ibidem. §. Clerici omnes.*

60 Sacrarū Imaginum inſignia, vexillauè Cleri, nè laicus præferat, vbi Clericus haberi poteſt. *ibid. §. Sacrarum.*

61 Muſicis Inſtrumentis ſonari, nè vllo modo permittatur. *ib. §. Muſicis.*

62 Cum ijs, qui abſunt, neq; diſtributionum particeps ſunt, multis, & pænis agatur. *ibidem §. quod ad alios.*

63 Si quid pauperibus eſt diſtribuendum, id fiat peracta proceſſione, non in ipſa. *ibid. §. ſi qua.*

64 Epiſcopus decernat, qui pluualia induant. *ibid. §. vnuſquiſquè.*

65 Omninò verò, non laici, ſed Clerici in toto miniſterio proceſſionum adhibeantur. *ibid. §. in Miſſa.*

66 Stati dies proceſſionum pro gratiarū actione ſint, Dominica dies, vel feria quinta; pro calamitatibus, peſte, bello, fer. 4. 6. & Sabbato. *Prou. 6. tit. quæ ad proceſſ. §. ſtati.*

67 Fideles, ſuæ Eccleſiæ Parochialis vexillum ſequantur. *ibid.*

ibid. §. ſupplicationibus.

68 Si noctu concedatur proceſſio mulieres non procedant. *ibid.*

69 In proceſſionibus conſuetis, nemo veſtitum, ſeu habitum mentiatur, nequè aliā cuiuſuis generis perſonam induat, vel ſuſcipiat. *Diac. 32. cap. 7. §. in proceſſionibus.*

70 In eas non admittātur ignotæ, aut extere mulieres, niſi Doctrinæ Chriſtianæ ſint prius adſcriptę. *ibid.*

71 In proceſsionibus is ordo ſeruetur, ſlz.

72 Præferatur ſignum pendentis cruce Domini cum ardentibus vtrinq; cereis, quod ſtatìm ſubſequenter mares à fæminis diſtincti; tùm Sacerdos & Rector agminis ſacro cultu ornatus; vltimò fæminarū agmen à quibus laici ſeparatìm proceſſionem proſequātur. *Diac. 32. cap. 20. §. ſicuti. Viſit. Apoſt. vt ſup.*

73 Pueri præcedant viros, puellæ mulieres, biniquè omnes incedant recitantes preces ab Eccleſia approbatas. *ibid.*

74 Ad Eccleſiam, ad quam itur, rediturvè, præfinita tantùm via ſupplicatio circumducatur, eamq; inchoabit, & finiet Sacerdos ſolitis precationibus ex ritu huius Eccleſiæ. *ibid.*

75 Mulieres, nè in publicis ſupplicationibus ad ea loca eant adeò diſtantia, vt eodem die domum reuerti nequeant, & ſi quid cōtrarium introduxit conſuetudo, id tollant penitùs Parochi. *ibid.*

76 In vrbe, Præfecti regionum; in Diœceſi, Vicarij Foranei inuigilent, nè quid omittatur, aut contrà fiat, irreligioſa, vel noua attententur. *ibid. §. vniuerſim.*

77 Si quid contrà fiat, prudentèr auertant, & ad Archiep. deferant. *ibid.*

78 Regularibus non liceat extrà fines ſuæ Eccleſiæ ſupplicationem obire, licèt ea ſit Cōfraternitatum, aut ſocietatū laicorum, quæ in eorum Eccleſijs quocunquè iure inſtitutæ dicantur, ſine facultate ordinarij, viam, & modū ſupplicationi definituri. *ib. §. illud etiam.*

79 Miniſtri Archiep. liberales in hac re ſint, vbi ex rationabili pietate eas ſupplicationes fieri cognoſcant. *ibid.*

80 Sit cura Vicarij Criminalis, vel Aduocati Fiſcalis, in vrbe; & in Diœceſi, Vicarij Foranei, vel Parochi inuiſendi loca, per quæ diuerſæ ſunt Proceſſiones, vel in quibus habendæ repręſentationes ſpirituales, vt omnia profana, leuia,

&

Digitized by Google

& ludrica amoueantur, & tollantur ſpectacula viuentium perſonarum, ſed omnia componantur ad deuotionē, & Chriſtianam pietatem. *Synod. Diœc.* 35. *Decr.* 26.

81 Eadem locum habeant etiã in publicis ſupplicationibus. *Syn. Diœc.* 34. *c.* 4.

PROCVRATOR Oeconomus.

1 Circa officium Oeconomatus, tollantur abuſus Oeconomi, prout de eis conſtiterit. *Concord. Iuriſd. cap.* 14. V. *Fori Eccl. & Sec. Concord.*

PROMVLGATIO.

1 Quibus Concil. Prouinc. eſt aliquis adſcriptus dies, quo, vel Summorum Pontif. ſanctiones, vel Tridentinas, aut Prouinc. Conſt. promulgari iuſſum eſt; liceat Epiſcopo illis decretis certum præſcriptum diem ad eam promulgationem mutare, & alium cōſtitui ad eam promulgationē opportunum. *Pr.* 3. *tit. quæ generat.* §. *quibus Prouinc.*

2 Epiſcopus, adhibitis duobus de capitulo, indulta à Sede Apoſt. obtenta inſpiciat, & Indulgentias debitis temporibus publicandas decernat; ſi quid animaduerſione dignū dignouerit, publicationem ſuſpendat, donèc ad Sedem Apoſt. negotium deferat, sì expediat. *Prou.* 7. *tit. de Indulgentijs.*

3 Poteſtatem faciens Epiſcopus promulgandi Indulgentias, omnis quæſtus occaſionem auferat, caſulam, aut capſas ad colligendam eleemoſynam, nè patiatur exponi; & vbi Eccleſiæ neceſſitati id permiſerit, ſeruetur Decr. Conc. Prou. 5. vtſ. capſa intùs in Eccleſia longè ab altari, vbì ſtatio Indulgentiæ agitur, decorè collocetur. *ib.* & citat. *fol.* 173. *num.* 7.

4 Nè vllæ tabellæ, aut imagines præ foribus Eccleſiæ exponantur, niſi priùs recognitæ ab ordinarijs. *ibid.*

5 Videant Epiſcopi, nè promulgentur Indulgentiæ numiſmatum, Imaginum, crucum, coronarum, quæ curæ non ſint; neq; ſchedulæ ad has promulgandas edantur nisì liquidò conſtet de veritate Indulgentiarum. *ibid.*

6 Parci ſint Epiſcopi in concedendis indulgentijs quas ipſi concedere poſſunt, & moderationem ſeruent pro locorū temporum, & perſonarum ratione. *ibid.* *Vide* Ver. *Indulgentia*, vbì num. 5. ſub Conc. Prou. 5. citandus eſt.

PVELLARVM EDVCATIO in Monaſterio.

1 Puellæ ſæculares cuiuſuis gene-

neris, conditionis, ætatis, quæ nunc in clauſura monaſterij ſunt, poſt annum cogantur à monaſterio exire, niſi ijs omnibus præditæ, quæ requiruntur ad ſuſcipiendam Religionem, monachalem veſtem ſumere velint. *Prou. 1. tit. de puellis ſæcul. §. puellæ.*

2 Epiſcopis ſit facultas ſuo arbitratu prorogandi tempus conſentiente Superiore Regulari in ijs monaſterijs illis ſubiectis, *ibid.*

3 Nè in poſterùm puella recipiatur in monaſteria, educationis cauſa, ſinè licentia in ſcriptis ab Epiſcopo, & Superiore Regulari in ſuis monaſt. cui etiam priùs acceſſerit ſcriptus conſenſus Metropolitani. *ib. §. in poſterùm.*

4 Illæ puellæ quę habent à quibus regantur, & commodè educentur, hac licentia nè gaudeant; neq; ſi minores 10. aut maiores ſint 15. annis. *ib. §. hac autem,*

5 Quæ ſemel exierunt monaſterio, nequè in illud, neq; in aliud, niſì moniales fieri velint, admittantur. *ibid.*

6 Nigri coloris, aut fuſci, aut albi, veſtes deferant, non ſericas. *ibid.*

7 Non cincinnatę ſint nec in aures, aut monilia, aliavè ornamenta deferant. *ibid.*

8 Cùm propinquis, aut externis ne colloquantur, niſì ſeruatis hac in re decretis. *ibid. §. cum propinquis.*

9 Dormiant, cibum capiant, & versētur ſeparatę ab alijs monialibus, ijs exceptis, à quibus reguntur. *ibid. §. dormiant.*

10 Cùm nulla alia conſuetudinē habeant, niſi in Eccleſia, cum Miſſa, aut diuina officia celebrantur. *ibid.*

11 Alimentorū cauſa nè minus monaſterio ſoluant 30. aureis in ſingulos ſex menſes ſoluēdis ad ratam. *ibid,*

12 Si intrà ſex menſes eam pecuniam non ſoluerint, remittatur puella ad ſuos, quos cōpellant Magiſtratus ad ſolutionem. *ibid. §. puellarum.*

13 Quæcunq; ex his puellis fieri voluerit monialis, ad ſuos mittatur, per menſem ſaltèm apud eos manſura, priuſquàm à Superioribus examinetur. *ibid. §. quæcunquè,*

14 Puellas domi ſuæ foris viuētes nullam artem doceant Moniales, nè quidèm ad feneſtellam aliaq; collocutionis loca. *ibid. §. puellas.*

15 Si quid hac in re neglexerit Præfecta; ſemeſtri adminiſtrandi officio priuetur. *ibid.*

PVERORVM Educatio.

1 Parochus quiſquè tertio quoquè

què menſe Archiep. ſignificet per litteras de puerorum educatione, & progreſſu in Clericali diſciplina. *Diœc. 11. tit. Mon. exec. Decr. quæ ad ſacr. pert. §. de pueris.*

2 Idem præſtent Vicarij Foranei tempore Congregationis anniuerſariæ, & Synodi. *ibid.*

3 Parochi deligant quamplurimos pueros, præſertìm pauperes, bona indole præditos, vtiles futuros miniſtros Eccleſiæ, quos acuratè erudiant. *Prouin. 4. tit. quæ pert. ad Sacr. ord. §. vt ad Eccleſiæ.*

4 De iiſdem ſcribat ad Epiſcopum, vt eoſdem promoueat in Seminario, vel alia via. *ib. §. eorum autèm.*

PVNCTATORES.

1 Quicunquè ij ſint, iurent in publico Synodi Diœceſanæ conuentu. *Prouin. 4. tit. de diſtrib. §. quod de punctatorum Diœc. 4. Decret. 26.*

2 Iurabunt ſe ſe fideles præſtituros. *Pr. 1. tit. de offic. punct. §. ijs in mentem.*

3 Qui non iurauerit, mulctetur ab Epiſcopo pro modo culpæ. *Prou. 4. tit. de diſtrib. §. ſi quis autèm.*

4 Notet Punctator omnes, qui ſacras Horas, & diuina officia nō obierint, & qui choro cōtrà ſtatuta, vel Decreta quidquam fecerint. *ibid. §. ſtudiosè exploret. Prou. 4. tit. de diſt. §. Acurate.*

5 Si aliquem iniuria notaret, de ſuo ſatisfaciat: ſi notandum prætermiſerit, de ſuo itē tantumdem det, quod in Eccleſiaſticum vſum conuertatur, & diſtributiones vnius hebdomadæ amittat. *ibid. §. ſi aliquem. Prouin. 4. ibid. §. ſi quod erratum.*

6 Libros punctationum cuſtodiat, & ſingulis mēſibus Epiſcopo, & capitulo exhibeat, & quoties ab iiſdem requiſitus erit. *ibid. §. libros.*

7 Interſit omnibus Horis, & ab futurus ſubſtituat alium à Præfecto chori probandum: ſi ſecùs fecerit, pro ſingulis vicibus vnius Diei diſtributionem amittat. *ib. §. quo tempore.*

8 Præter delectum à Capitulo, alter ab Epiſcopo creetur, qui iure iurando præſtito apud Epiſcopum, in libro altero notet omnes, qui ſuo muneri defuerint. *ib. §. vt autē, & §. is.*

9 Singulis hebdomadis ambo libros interſe conferant; & ſi in aliqua re diſcreparint, Epiſcopus, vel Vicarius Generalis ſinè forma iudicij controuerſiam dirimat. *ib. §. ſingulis.*

10 Facultas ſit Epiſcopo cogendi omnes, quos voluerit, propoſitis pœnis ſuſpenſionis à di-

Digitized by Google

diuinis, & alijs, vt id munus ſuſcipiant, & obeant. *ibid.* §. *Epiſcopus*.

11 Deſcribantur in tabella, errata, à punctatore notāda. *Pr.* 3. Legatur quandoquè in capitulo, & frequenti Clero. *Pro.* 4. *ibid.* §. *punctatoribus*.

12 Vniuſcuiuſquè officium trimeſtre ſit, quod tempus ab Epiſcopo, & capitulo ſuo cuiquè punctatori prorogari licet. *ibid.* §. *vnuſquiſquè*.

13 Singulis punctatoribus ſtatìm delectis, duobus de capitulo præſentibus, anteà legatur præſcripta illa triplex tabella, quàm iuſiurandum, præſtent. *ibid.* §. *punctatoribus*.

14 Officium punctatoris ſit, tùm capituli vniuerſi, tùm vniuſcuiuſquè abſentiam, & errata notare. *ibid.* §. *punctatorum*.

15 Præſtet quæ Concil. Prouin. maximè primi, Decretis præſcripta ſunt. *ibid.* §. *vnuſquiſquè*.

16 Abſentiæ nota, & punctatio, vna, & eadem ſit, & aliqua ratione ab ijs notis diſtincta, quæ erratis notandis vſui erunt. *ibid.* §. *abſentiæ nota*.

17 Errata ſingula in prima tabella deſcripta, vna, & eadem punctationis ratione notentur: niſi erratum id ſit, quod præter diſtributionum mulctam, aliam pœnam, arbitrio Epiſcopi, importet. *ib.* §. *errata ſingula*.

18 Eo caſu ſigillatìm notetur erratū, & de hoc, ſpatio hebdomadæ, aut menſis, Epiſcopus certior fiat, qui errati pœnam exequatur. *ibid.* §. *tunc enim*.

19 Qui contrà ſecundæ tabellæ præſcriptum errata commiſſerit, prout ſunt, enucleatè notentur, vt Præfectus chori pro ſua facultate puniat. *ibid.* §. *quicunquè*.

20 Idem ſeruetur in notandis erratis tertiæ tabellæ ad capitulum pertinentibus. *ib.* §. *idem*.

21 Singulis diebus, peractis officijs, notatos, præfecto chori nominet, & errata exponat præſentibus alijs de capitulo cum primùm collegiatìm à choro redierint, in ſacriſtia, aut vbì cappas induunt, vel exuunt, *ibid.* §. *vnuſquiſq; præterea*.

22 Sì quis legitimam putet habere cauſam, quare abſentiæ, vel errati pœnam ſubire non debeat, planè ſignificet chori Præfecto coràm punctatoribus. *ib.* §. *ſi quis verò*.

23 Sì punctator contradicat, nè contendat, nec reſpondeat quidèm, ſed ſtatìm indè diſcedat, & Præfectus ſemotis omnibus præter punctatorē, de

de re tota deliberet, & ſi manifeſtè rem ſtare pro abſente compererit, punctationem notatam deleri iubeat, ſecùs, in librum punctationum referri mandet. *ibid.* §. *nec verò*.

24 Vbì difficultas exoriatur, cõſulatur Epiſcopi Vicarius, qui ſinè forma iudicij de re ſtatuat. *ibid.*

25 Si hæc ratio nominandi, & exponendi notatos Capitulo, aut in ſacriſtia, rixæ origo ſit, aut punctatorẽ deterreat ab exercitio huius muneris, pręteremittatur, vt magis Epiſcopo expedire videbitur. *ibid.* §. *ſin autem*.

26 Punctator pro manſionarijs, capellanis, & alijs inferioribus, eligatur ab Epiſcopo. *ibid.* §. *punctator præterea*.

27 Hic notet ſtatis diebus abſẽtias, & errata, vt in tabellis præſcribitur, eorum, qui Cathedrali, vel Collegiatæ Eccleſiæ ſunt adſcripti, vt ſalutari pęnitentia à chori præfecto mulctentur, licèt diſtributiones non capiant. *ibid.* §. *idem ſtatis*.

28 Hic etiam iuret, & officium tribus menſibus gerat, & ea præſtet, quæ de cæteris punctatoribus dicta ſunt. *ibid.* §. *hic itèm*.

29 Singulis hebdomadis punctatores electi ab Epiſcopo, & à Capitulo libros conferãt inter ſe, & quidquid ex ea collatione pro ſuæ perſonalis in choro reſidẽtiæ munere præſtitiſſe, & pro abſentiæ, erratorumvè ratione, officio ſuo de fuiſſe conſtiterit, id firmum, & ratum ſit. *ibidem* §. *ſingulis*.

30 Adeò, vt eo collato in ſingulas hebdomadas calculo, tribus primis vniuſcuiuſq; menſis diebus, canonicalis miniſterij, aut operi, quam quis in choro menſe proximo ſuperiori obierit, certa, & firma ſupputatio à Præfecto chori, & punctatoribus cõſtituatur, & præterea eo nomine conſtitutæ ſupputationi ſubſcribant. *ibid.*

31 Si in cõferendis libris aliquid diſcrepans compererint punctatores, Vicarium Epiſcopi, aut Epiſcopum conſulant, qui ſinè forma iudicij controuerſiam dirimat. *ibid.*

32 Menſe Octobri ſupputetur omne quod ex communi Capituli cenſu habere quis debet, vel alio menſe, ſingulis annis; cui ſupputationi interſint Præfectus chori, & Capituli, & alij duo ex Capitulo, ſi Capitulum velit, Punctatores, & Caneparius Capituli. *ib.* §. *ad certa*.

33 Cautio omninò ſit, vt tantùm de-

detrahatur, quod detrahi par eſt pro ratione abſentiæ; modò abſentia ea non ſit quæ à Conc. Trid. & Concil. Prou. compenſatur. *ibid.* §. *cui ſupputationi*.

34 Detrahatur item pro ratione erratorum. *ibid.*

35 Huic ſupputationi ſubſcribant omnes, qui intereſſe debent. *ibid.*

36 Sic obſignatæ tabulæ ſupputationis tradantur theſaurario, aut Canepario Capituli, qui perſoluat ſtatis temporibus pro conſtituti calculi ratione, ſingulis. *ibid.* §. *tabulæ verò*.

37 Aut eidem conſentienti tantundem cædat è communi reſidentiæ cenſu, quantùm quiſquè habere debet pro illius ſupputationis ratione, *ib.* §. *aut eidem*.

38 Capitulum, theſaurarius Canepariuſvè capituli, vllo prętextu antè ſtata ſolutionis tēpora cuiquam perſoluat, vel ceſſionem alicuius exactionis antè faciat. *ib.* §. *nè capitulum*.

39 Stata ſolutionis die, nè cuiquam ſoluat niſi prius ſubſcriptam illam, ad quos ſpectat, tabellam acceperit, & niſi mandatum ſolutionis acceperit ab eo, cuius intereſt. *ib.* §. *cum verò*.

40 Si plùs ſoluerit, quàm debeat, aut contrà præſcripta: vnius menſis diſtributionibus, & alijs mulctis, Epiſcopi arbitratu, ſacriſtiæ, aut ſodalitati Corporis Domini, aut alicui pio loco applicandis, plectatur. *ib.* §. *ſi verò*.

41 Qui huiuſmodi ſolutioni, aut ceſſioni conſenſerint ad ſupputationem delecti, iiſdem pænis plectantur. *ib.* §. *quibus pænis*.

42 Iidem ſubeant hanc pænam, ſi conſenſerint alio quouis modo, vt cuiquam ſoluatur, aut cædatur diſtributio eorū dierum, aut horarum, ſeù officiorum, à quibus abfuerint, aut eorum dierum, qui Decretis Prou. cenſeri in abſentibus debent. *ib.* §. *quam mulctam*.

43 Qui contrà eadem præſcripta ſolutionem acceperit, reſtituere cogatur, & triplo mulctetur, & reſtitutum pijs locis tribuatur, *ib.* §. *qui verò*.

44 Si aliquo prætextu, aut à Capitulo, aut eorum ſingulis cōtrà præſcripta diſtributiones dari, donari, remitti contigerit; nè illas quiſquā accipiat; acceptas non ſuas faciat; reſtituere cogatur, *ibidem* §. *ſi verò*.

45 Capitulum, tacitè, vel expreſsè contrà præſcripta conſentiens,

tiens, aliqua mulcta plectatur ab Epiſcopo tribuenda ſacriſtiæ, aut ſodalit. Corp. Domini in ea Eccleſia erectæ, aut alij pio loco. *ib.* §. *Capitulo autèm.*

46 Hæc omnis ratiò in ſupputatione, & diſtributione capitulorum præſcripta, locum habeat in quouis alio diſtributionum cenſu, qui pertineat ad mãſionarios, ſacriſtas, cuſtodes, ſeù alio quocunq; nomine nuncupatos. *ibid.* §. *hæc omnis.*

47 Itidem Decretum ſit de illorum punctatoribus, Theſaurarijs, caneparijs, ſi quos à capitulari cenſu, theſaurario, Canepario, & punctatoribus diſtinctos habuerint. *ib.* §. *itidem vtſuprà.*

48 Loco duorũ à Capitulo eligendorum ad ſupputationẽ, eligantur alij duo inferiores miniſtri habentes cenſum ſeparatum à capitulari, ſeù canonicali; & eligantur ab ijs, ad quos ſpectat. *ibidem* §. *at loco.*

49 Explectis annis ſingulis, ex punctatorũ libris iubeat Epiſcopus ab eo, qui curam habet, inſpici rationem dierum, quibus vnuſquiſq; chori officijs adſtrictus, ad illa non cõuenerit. *ibid.* §. *ex punctationum libris.*

50 Vbì diutiùs tribus menſibus quem compererit abfuiſſe à choro, quamuìs in vrbe, aut oppido, vbì Eccleſia eſt, fuerit, illum tãquam abſentem, præter diſtributionis amiſſionem, fructibus præbendæ, & alijs pænis ex Conc. Triden. cõtrà abſentes plus trimeſtri, plectat. *ib.* §. *qua perſpecta.*

51 Nè in feſtorum celebritate, funeribus, officijs mortuorũ, & proceſſionibus quid negligatur, Viſitatores, Præfecti Eccleſiarum, & Vicarij Diœceſani curent, & Viſitatorum partes ſint alios conſtituere punctatores, vbì iam conſtituti ſatìs non ſint. *Diœc.* 11. *tit. Mon. exec. decret. quæ ad diu. offic.* §. *de punctatorib.*

52 Horum punctatorum partes præterea erunt, librum punctationum Viſitatori regionario vrbis, & in Diœceſi Vicario Diœceſano tradere, cùm ad Parochiales conuentus venerint, vt in ijs errata, etiàm publicè, legantur, & pro culpæ ratione plectantur. *ib.* §. *punctatorum.*

QVADRAGESIMA.

1 ÆGroti comedant cibos hoc tempore vetitos in remotiori ædium loco. *Pr.* 2. *tit.* 1. *Decr.* 20.

Vu 2 2 Con-

2 Conceſſi tamen ad ægrotantiũ vſum nè paſſim publicè vendantur, ſed certis tantùm conſtitutis locis. *Prou.* 5. *tit. quæ ad feſt. dies* §. *nè cibi*.

3 Neq; tabernarum valuis patentibus, ſed magna ex parte clauſis vendantur. *ib.* §. *nè tabernarum*.

4 Nè in foro, aut via publica exponantur, nequè à ruſticis. *ib.* §. *nè in foro*.

5 Nequè paſsim ab omnibus, ſed quibus Epiſcopus exaratam dederit facultatem. *ib.* §. *nequè paſſim*.

6 Vitulinum genus carnium, & ægrotantium vſui accomodatum, tantùm vendatur. *ib.* §. *nec verò*.

7 Non omnibus vendatur, ſed quibus in ſcriptis data eſt facultas. *ibid.*

8 Vbì in facultate nullum tẽpus circumſcribitur, abrogata cenſetur ceſſante cauſa. *ib.* §. *quæ facultas*.

9 Diuturnior decèm dierum ſpatio, iteretur, ſecùs irrita ſit. *ib.* §. *At verò*.

10 Cęnaculariam facientes, cauponæ, tabernarij, ſinè ſpeciali facultate in ſcriptis, vetitos hoc tempore cibos nulli vẽdant, nec exponant, nè in menſa quidem, nequè peregrinis, nequè viatoribus, quales quales illi ſint; neq; alibì coctos in loco ſuæ ditioni ſubiecto comeſſe patiatur; ſecùs mulctentur pænis cõtrà Quadrageſimę violatores ſancitis, & alijs arbitrio Epiſcopi pro modo culpæ. *ib.* §. *nec verò ſine illa*.

11 Omnis, qui facultatẽ ab Epiſcopo, ſeù illis, quibus ipſe curam eam delegarit, non habeat, abſtineat ab his, quæ à carne originem trahunt. *ib.* §. *omnis igitur*.

12 Curet Epiſcopus omnia, quę circà hoc Quadrageſimæ tẽpus in Concil. præſcripta, & ſancita ſunt quotannis die Dom. Quadrageſimæ initiũ proximè antecedenti, vulgari ſermone reddita, populo ſuæ Diœceſis euulgari. *ibid.* §. *quæ omnia, & ſingula*.

13 Ne quadrageſimæ diebus manè ius dicatur, aut quidquam fiat, quod ſpectet ad iudicij forenſis ordinem. *Prou.* 4. *tit. de ferijs.* §. *quare*.

14 Tempore concionis in quadrageſima, tabernæ, officinæ, claudantur, quod inſtitutum vbì non eſt, inducere conentur Epiſcopi, & vbi remiſſum, reſtituere. *Prou.* 5. *tit. quæ ad dies feſt.* §. *quamobrem quod multis*.

15 Vt hoc decretum ſeruetur, omnis Præpoſitus, Vicarius Foraneus, & Parochus in Diœ-

Digitized by Google

Diœceſi, ſtudioſè cum Mercatoribus agant. *Diœc.* 11. *tit. mon. exec. decret. quæ ad dies feſt.* §. *quamobrem omnis.*

16 Parochi in Miſſa, Concionatores in Concione, primo Dominico die Quadrageſ. & Aduentus doceant populum obligationem ſoluendarum Decimarum ſub pœna excommunicationis in Trid. Concil. decreta: & vulgari lingua, recitent ijſdem diebus Decretum eiuſdem contrà occupantes bona, vel iura locorum piorum. *Prou.* 1. *tit. quæ pert. ad bonorum, & iur. Eccleſ.* §. *nè per inſcitiam.* Vide Verb. *Ieiunium,* & Verb. *Vigiliæ.*

QVÆSTVS Ex Negotiatione.

1 Vetitam de iure communi Clericis negotiationem, ne per ſubmiſſam quidem perſonam exerceant. *Diœceſ.* 33. *Decr.* 3.

2 Etiam Bombices omninò interdicuntur in ædibus Eccleſiaſticis, & tantùm permittuntur in domibus colonorum pro rata foliorum mori, quæ decerpi poſſunt in bonis Eccleſiæ. *ib.*

3 Ne Clerici, ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis conducant aliena prædia quæſtus ergo, licèt & ſint Eccleſiarū, Monialiū, Hoſpitalium, & aliorum piorum locorum, ſiue per ſe ſiue per ſubmiſſā perſonam, ſub quolibet prætextu, vel colore. *Syn. Diœc.* 35. *Decr.* 40.

REGVLARES.

1 IN Diæceſi conueniant ad eas omnes proceſſiones, ad quas Med. ſolent. *Diœc.* 11. *tit. mon. exec. decr. quæ ad diu. off. pert.* §. *de conuentu Regularium.*

2 Sì moniti hoc decreto, huic proceſſionum officio defuerint, deferantur à Vicario Foraneo ad Archiep. *ibid.* §. *qui verò.*

3 Vicario itē Foraneo, aut Parocho oſtendant facultatem, antequàm conquirant eleemoſynam. *ibid. tit. Mon. exec. decr. quæ ad bona Eccleſ. pert.* §. *Vicario.*

4 Et ijomni modeſtia videant, an vniuersè, an ſpeciatìm ad certa loca ea facultas pertineat. *ibid.* §. *is autem.*

5 Si quid dubij erit, Parochus conſulat Vicarium Diœceſanum. *ibid.*

6 Nè ordinentur ordine ſacro, niſì fidem à ſuperioribus attulerint, ſe profeſſionē emiſiſſe Religionis, cui quis eſt adſcriptus, iuratuſq; affirmet ſcri-

Digitized by Google

ſcripto manu ſua ſubſignato, coràm Epiſcopo, ſe id ſpontè feciſſe, aut ratum habuiſſe, quod in Archiuio aſſeruetur. *Prou. 2. tit. 1. decret. 23.*

7 Nè abſoluant à caſibus Epiſcopo reſeruatis ex vi priuilegiorum, vt à Sede Apoſt. declaratum eſt anno 1572. *Prou. 3. tit. de his, quæ ad pænit. ſacr. pert. §. nè Confeſſarij.*

8 Nè admittantur à Parochis, & Vicarijs Foraneis ad concionandum in alijs, quam proprijs Eccleſijs, ſinè ſcripta Epiſcopi facultate. *Pr. 7. tit. de præd. verb. Dei.*

9 Nequè intrà fines alienæ Parochiæ, ſinè eadem facultate conceſſa ad præſcriptum Cōcil. Triden. *Prou. 3. tit. quæ ad Concion. §. nè patiatur.* Plura de hac materia vide ſup. V. *Concionator.*

10 Monaſteria, in quibus non viget obſeruantia Regularis, viſitet quotannis Epiſcopus. *Prou. 3. tit. quæ pert. ad ornat. & cult. Eccleſ. §. Epiſcopus.*

11 Lectio ſacræ ſcripturæ iuxtà Decr. S. Conc. Trid. curetur in Monaſterijs. *Prouin. 4. tit. quæ pert. ad Regul. §. quod ſacroſancti.*

12 Mulieribus nō licet ingredi Monaſteria Regularium, niſì quo tempore inijs ſupplicationes, proceſſioneſvè fiunt ab vniuerſo Monaſterij conuentu. *ibid. §. ſi quæ fæmina.*

13 In clauſtrorum finibus cenſentur, horti, viridaria, vineæ, quæ Monaſterijs ita continētes ſunt, vt ab illis domibus, vel Monaſterijs ad eos hortos, locavè aditus ſit, nulla via, locouè publico interiecto. *ib. §. in clauſtrorum autem.*

14 Si dubium exiſtat, per ordinarium loci, adhibitis ſuperioribus regularium, illud explicetur. *ibid. §. ſin autem.*

15 Obſeruent feſtos dies, & ieiunia, quæ à reliquo Clero, vbì degunt obſeruantur. *Prou. 5. tit. quæ pert. ad dies feſtos. §. quos dies.*

16 Regulares Parochi Synodo interſint, ad ſtatas Congreg. lectioneſvè vnà cum alijs Parochis cōueniant; menſtruos conuentus, & ipſi adeant, & in proprijs Eccleſijs, Monaſterij ſumptu habeant. *ib. tit. de Epiſc. & Epiſc. for. §. Regulares.*

17 Alioquìn ad Epiſcopale forum in ius vocari eos liceat. *ibid.*

18 Nulli Regulari eiecto liceat in Ciuitate, aut Diœceſi, inſcio Archiep. commorari. *Diœc. 32. cap. 22. §. quoniam inſuper.*

19 Regularis defectu emiſſæ Profeſſionis egrediens è Re-

li-

ligione, licèt ad paupertatis, aut Religionis titulum ad Subdiaconatum, vel Diaconatum admiſſus fuerit, nè altiùs promoueri eum liceat priùs, quam demonſtrauerit de ſufficienti titulo, & ea omnia habere, quæ requiruntur ex conſuetudine, & Decretis Eccleſ. Mediol. *ibid.* §. *quòd ſi regularis*.

20 Eiecti Sacerdotes, licèt ſuper ſuſpenſione à S. Apoſt. diſpēſati, nè tamèn celebrent, niſi Archiep. recognouerit teſtimonia Sacerdotij, & aliorum ordinum, & tituli, & poteſtatem celebrandi impetrarint. *ibid.*

21 Parochi, Vicarij Foranei, Præfecti regionum, inuigilent, nè extrà clauſtra fungi munere aliquo illi permittantur. *ibid.*

22 Quod ſi quis dolus irrepſerit, moneatur Archiep. & ſi fugã illi meditentur, populi ſubſidio tamdiù illi detineantur, donec ad carceres, Archiep. mandato traducantur. *ibid.*

23 Nemini teſtimoniales litteræ concedantur de ſpe emēdationis, vt poſt eiectionem, ad religionem iterùm reuertantur, niſi ſint ab Archiep. ſubſcriptę, qui vitam illorum recognoſcat, & mores quo tempore in Ditione Archiepiſc. morati fuerint alicui Eccleſiæ inſeruientes. *ib.* §. *&* *quia*.

RELIQVIÆ SACRÆ.

1 Vbì conditum eſt Sancti alicuius corpus, in die feſto eiuſdem, Miſſæ ſacrum ſolemne fiat. *Diac.* 3. *decr.* 1.

2 Eodem die detur ſignificatio frequenti campanarũ ſono, & Eccleſia ſacrarum veſtium apparatu, & candelarum lumine ornetur, & ſolemniùs celebrentur officia. *Prou.* 3. *tit. de feſt, dier. cultu.* §. *Sanctorum. Diac.* 3. *decr.* 1. § *locus*.

3 Idem fiat vbi inſignes reliquiæ aſſeruantur. *ibid. Prou.* 3.

4 Nè aſſeruentur in armario ſacrarum veſtium, ſed in Eccleſia in feneſtella decenti. *Diac.* 11. *tit. mon. exec. decret. quæ ad dies feſt.* §. *nè ſacra reliquia*.

5 Et in decoris vaſculis. *Prou.* 1. *tit. de Sanct. reliq. vener.* §. *vt ſanctorum*.

6 Cum populo oſtenduntur, lumina accendantur. *ib.* §. *cum populo*.

7 Ex loculis vbì conditæ ſunt, nè educantur. *ib.* §. *ex loculis*.

8 Nè temerè exponantur omnium oculis, neuè quæſtus gratia. *ibid.* §. *nè temerè*.

9 Sanctorum corpora, & reliquiæ, vbicunq; illæ ſint, recognoſcat Epiſcopus, religioſis & probis viris ad id electis, *Prou.*

Prou.4. tit. de ſacris reliquijs, & mirac. §.Sanctorum corpora.

10 In eorum recognitione hæc præſtentur.

11 Scripta, tabulæ, litteræ, annalium codices, aliavè monimenta in Eccleſijs, atrijs, ædibus, aut alibì extantibus, ſchedulæ vaſculis, arciſuè ſacrarum reliquiarum incluſæ recognoſcantur, vndè illarum translatio, vel collocatio ibi facta cognoſci queat. *ibid.* §. *primò.*

12 Teſtes inquirantur ſi qui ſunt, qui antiquæ & conſtantis traditionis dent fidem. *ib.*

13 Cernantur deindè ipſæ reliquiæ re ipſa; ità tamen, vt vbi ſub altaribus, vel ſubterraneis locis corpora Sāctorum collocata ſunt, nec oſtium, nec feneſtra inſit, vndè inſpici queant; non aperiantur, aut effodiantur, niſi alitèr Epiſcopus ex cauſa iudicet. *ibid.* §. *deindè.*

14 Librum cōfici curet Epiſcopus præcipuum, in quo ſingulæ reliquiæ, quæ in Diœceſi ſunt, deſcribantur; notentur Eccleſiæ, in quibus ſunt; annalia itèm, tabulæ, monumenta, è quibus illarum teſtimonium conſtet; hic verò liber in Archiuio perpetuò cuſtodiatur. *ibid.§.qua omni.*

15 Si quæ impoſterùm reliquiæ reperientur, in eò, poſtquàm approbatæ, & recognitæ fuerint ab Epiſcopo, referantur. Idemq; fiat, ſi aliò aſportari contigerit. *ibid.§. in eo item.*

16 Priuſquàm recognoſcantur, & probentur ab Epiſcopo reliquiæ, nè ab vllo, etiàm Regulari publicè euulgentur adorandævè proponantur. *ib.* §. *nec verò.*

17 In hac probatioue ſeruetur forma à Conc. Trident. præſcripta. *ibid.*

18 Reliquiæ Sanctorum, nè in priuatis ædibus, neq; apud laicos homines, aſſeruentur, ſed in Eccleſia, loco conſpicuo, benè ſepto, & vndiquè ornato. *ibid.* §. *Reliquiæ Sanct.*

19 Arcis, capſulis, vaſibus, vel loculis decentèr includantur, & pro earum dignitate, Eccleſiarumq; facultate formæ reſpondeant. *ib.§. atq; ità.*

20 Reliquiarum locus, duabus clauibus claudatur, quarum altera apud Epiſcopum, altera apud Rectorem Eccleſiæ cuſtodiatur. *ib.§.is porrò locus.*

21 Vbì ex conſuetudine vniuerſitates, ſodalitates, ſyndici homines laici clauem habere debent, ijs poterit tertia clauis concedi. *ibid.* §. *vbi verò.*

22 Poſſint, Epiſcopi facultate, reliquiæ aſſeruari in priuato oratorio, tuto, ornato, de-

centi

Digitized by Google

centi, & hoc ex rationabili cauſa. *ibid.§. liceat tamen.*

23 Sanctorū corpora, quæ ſunt ſub pauimento Eccleſię, ſaltē crate ferrea, ornatè, politèq; confecta, vndiq; ſepiantur, nè pedibus irreuerentiùs tractetur eorum locus. *ib. §. Corpora Sanctorum.*

24 Reliquiæ integrā inſcriptionem, & ex præſcripto inſtructionum, habentes, ità vt eſt, retineantur, vbì inſcriptiones exeſæ, renouentur in charta pergamena. *ibid.§. quæ reliquiæ.*

25 De quibus Sanctorum reliquijs conſtat, & inſcriptionē non habent, ijs propria nomina inſcribantur. *ib. §. quæ nihil.*

26 Vbi cōſtat aliquas reliquias in aliqua Eccl. recondi, in tabula ærea, aut marmorea, vel lapidea earū memoria ſculpatur, & in loco conſpicuo ea tabella affigatur. *ibid.§. Sanctorum.*

27 Scripta, tabulæ, & antiqua monumenta ad eas ſpectantia, in Sacriſtia earumdem Eccleſiarum, vel archiuio tutò ſeruanda ponant. *ibid.*

28 Vbì Sancti alicuius corpus, vel inſignis reliquia eſt, eius vita, ex probatis auctoribus breuiter collecta, ab Epiſcopo recognita, & probata carta pergamena exarata, in tabellam, aut certum codicem referatur. *ibid. §. vniuſcuiuſq;*

29 Codex hic aſſeruetur in Sacriſtia, & in extrema eius parte, tempus, & modus quo ſacræ Reliquiæ illùc translatæ ſunt, breui exponatur. *ib. §. qui codex.*

30 His reliquijs ſi lampas Sanctiſſimi Sacramenti prælucere non poteſt, propria præluceat, niſi id præſtari nequeat nimia, vel populi, vel Eccleſiæ ægeſtate. *ibid.*

31 Corporibus tamen Sanctorum, & inſignioribus reliquijs vna lampas ſemper prę luceat. *ibid. §. cæterum.*

32 Vbì plures adhiberi Epiſcopus aliqua ratione iuſſerit, id etiàm ſeruetur. *ibid.*

33 Laici, cuiuſuis ordinis, & dignitatis ſint, nè reliquias tangant. *ibid. §. ne ſacræ.*

34 Cum ab Eccleſiaſtico homine ſuis vaſculis ſuſcipiuntur populo oſtendendæ, in proceſſionibus ferendæ, aut in altari exponendæ, primùm illis thurificatio adhibeatur, & ſi in via ferendæ ſint, præeat acolythus, qui eas incenſet. *ibid. §. cum verò.*

35 Certis tantùm ſolemnioribus diebus exponantur, & oſtendantur feſto die Sancti illius, cuius reliquiæ ſunt, & quo die ob aliquam cauſam

Epiſcopus iuſſerit. *ibid.* §. *nè paſſim.*

36 Velis, aut operimentis nudæ nūnquàm oſtendātur, vel exponantur. *ib.* §. *nullo autem.*

37 Cum exponuntur, hæc ſeruentur.

38 Tàm cum exponūtur, quàm cum reconduntur proceſſio agatur à Clero eiuſdem Eccleſiæ vbì ſunt, certo luminū numero. *ib.* §. *cum in altari.*

39 A digniore illius Eccleſiæ id munus obeatur. *ibid.* §. *à Sacerdote.*

40 Superpelliceo, ſtola, vel pro reliquiarum dignitate, etiam pluuiali idutus ſit. *ibid.*

41 Canantur eo tempore hymni Sanctorum proprij, quorū ſunt reliquiæ, tum etiàm antiphonæ, & vltimò oratio de Sanctis. *ibid.*

42 De ſtato codice, vel tabella, dum exponuntur, vniuſcuiuſquè hiſtoria vulgari ſermone explicata, breuitèr populo pronūtietur, & Sacerdos eorum virtutes exponēs ad ſtudium pietatis populū inflammet. *ibid.* §. *cum item exponuntur.*

43 Dum expoſitæ ſunt, ſaltē 4. grandiores candelæ colluceant, & ad eorum cuſtodiā, vnus, vel duo ſacris maioribus ordinibus initiati ſuperpelliceo induti ſemper aſſiſtant. *ibid.* §. *dum in altari.*

44 Horum clericorum opera, non laicorum, liceat fidelibus calculorum coronis reliquiarum vaſcula attingere, qua hora Eiſcopus conceſſerit. *ibid.* §. *horum verò.*

45 Cum non in altari exponuntur reliquiæ, ſed è ſuperiori loco aliovè, vbì conditę ſunt, populo oſtēduntur, idem ſeruetur, proceſſione excepta, *ibid.* §. *cum reliquiæ.*

46 Quandò in proceſſione portari eas cōtigerit, debito cultu ab ijs ferantur, qui Sacerdotes, dignitate, vel canonicatu alijs præſtāt, niſi Epiſcopus ipſe eas portare velit. *ib.*

47 De vno in alium locum ſinè cauſa, & ſinè Epiſcopi cōceſſu transferri reliquias non liceat. *ibid.* §. *ſacras porrò.*

48 Aliquot antè diebus, vel ſaltem pridiè illius diei, quo ſacræ reliquiæ trāsferendæ ſūt, sì quandò transferri eas contingat, ab Epiſcopo, vel dignitate prædito, de Epiſcopi mandato recognoſcātur, adhibitis alijs Sacerdotibus teſtibus. *ib.* §. *Primum aliquot.*

49 Recognitæ, ordine componantur, duabus clauibus diuerſis, quarum vna apud Epiſcopum ſit, claudātur, & Epiſcopali ſigno obſignentur. *ib.* §. *Recognita.*

50 Dies

Digitized by Google

50 Dies tranſlationis, illis, vnde transferuntur, ad quos tranſferuntur, apud quos trãſeundum eſt, dominico die, vel feſto proximè præcedenti nuntietur. *ibid.* §. *dies*.

51 His locis, vt dies feſtus, illa dies coli iubeatur. *ibid.*

52 Frequẽti campanarum ſono illius Eccleſiæ, ad quam eſt facienda translatio, proximis antè diebus ſignificetur. *ibid.* §. *ſignificetur*.

53 Pridiè translationis, veſpere ſignificatio celebritatis detur ſolemni campanarũ omnium vtriuſquè loci ſono. *ibid.* §. *pridiè*.

54 Eo die ieiunium ſeruetur à Clero illius Eccleſiæ, ad quã ſunt transferendæ, & noctu vigiliæ fiant, arca cum ſacris reliquijs supèr altari Eccleſiæ, vndè tranferendæ ſunt, & ſi commodè fieri nequit, alio decenti loco collocata, adhibitis earum venerationi ſex ſaltem luminibus, ab eodém Clero, & alijs Eccleſiaſticis, quibus iuſſerit Epiſcopus: & ſtato tempore nocturna de ſanctis, quorũ reliquiæ tranſferuntur, decantentur. *ibid.* §. *eo die*.

55 Manè diei translationis, ſolemnis proceſſio fiat ad Eccleſiam, in quam translatio facienda eſt: ibiquè demò recognitis, ſermo ad populũ de Sanctorum illorum vita, translationis cauſa, fiat ab Epiſcopo, vel alio ad id deſtinato; thurificationequè adhibita, clero, & populo oſtendantur, à quo venerentur. *ib.* §. *manè*.

56 Transferantur in arca incluſæ, vmbella adhibita. *ibid.*

57 Portetur arca à dignioribus Sacerdotibus in toto Clero, ad eam Eccleſiã, ad quam fit trãslatio, qui viciſsìm id munus obeant ſacris veſtibus induti, aperto capite, acolythis thurificatione præcedẽtibus. *ibid.* §. *arca verò*.

58 Aliquot clerici ſuperpelliceo induti, aperto capite, lumina deferant accenſa, debito ſpatij interuallo, & populus, alijs cereis accenſis arcã proſequatur. *ib.* §. *Clerici præterea*.

59 Vbì non deſit Epiſcopus, ipſe quoquè cum alijs Sacerdotibus arcam deferentibus, humeros ſacræ arcæ ſubijciat, ſaltem paululùm, tùm initio, cũ in fine proceſſionis cauſa translationis faciendæ. *ibid.* §. *verum ſi Epiſcopus*.

60 Cum eam non portat, eam proximè ſubſequatur, præeunte clero. *ibid.*

61 Vaſculo, quod ab vno portari poſſit, reliquiæ ſacræ recõ-

ditæ, ab Sacerdote digniori portentur, ſeruatis ſuprà præſcriptis. *ibid.* §. *vaſculo*.

62 Cum ventum eſt ad Eccleſiam, ad quam transferendæ ſunt reliquiæ, ab Epiſcopo, ſeù alio Miſſa ſolemnis canatur de Sanctis, qui transferuntur, niſi tarditas horæ impediat. *ibid.* §. *vbi ad Eccleſiam*.

63 Abſoluta Miſſa, in altari exponantur loco benè ſepto, nè populus accedat, ſex luminibus accenſis ſaltèm, & adhibitis cuſtodibus duobus Sacerdotibus, vel ſaltèm vno, alioquè Clerico in ſacris ordinibus cōſtituto, qui & fideliū coronas recipiant ad tangendum earum loculos vt ſup. nu. 43. *ibid.* §. *peractis*.

64 Confecto translationis die, ſub ſolis occaſum, adhibita thurificatione, conſuetis precibus ab Epiſcopo recondantur. *ibid.* §. *Confecto*.

65 Tranlationis tabulæ publicè à notario confectæ, in librum in Sacriſtia illius Eccleſiæ aſſeruandum, referantur; tùm rei geſtæ litteræ, in ære, vel marmore inciſæ in eo reliquiarum loco collocentur. *ibid.* §. *translationis*.

66 Cum nauigio, vel curru vehuntur ſacræ reliquiæ, pars illa, vbì pro vectione collocantur, decentèr ornetur, vna etiàm, vel duabus lampadibus accenſis. *ibid.* §. *corpora Sanctorum*.

67 Sì ad vectionem iumentum adhibeatur, decentèr ſternatur. *ibid.*

68 Quacunquè illis transferendis iter fit, obuiā ſolemnitèr procedatur à Clero veſtibus ſacris induto, conſuetis precibus, & à populo, luminum numero, portarum apparatu, & viarum ornatu. *ibid.* §. *quacunq;*

69 Dies translationis, ſaltèm in Eccleſia, vbì collocantur, anniuerſario officio de Sanctis, celebretur, qui in eam Eccleſiam translati ſunt, vtquè fiat certiùs, translationis illa dies in certam feriam cadat, quæ poſſit eorum Sanctorū cultui ſaltèm ab eadem Eccleſia dicari. *ibidem.* §. *dies translationis*.

70 Nullus audeat exponere reliquias non antè cognitas ab Archiep. ad publicum cultū; ſub pæna excommunicationis culpabilitèr contraueniēti. *Diœc.* 32. *cap.* 6. §. *quoniam*.

71 Priuatim habentes reliquias, poſſint illas detinere, modò decentèr illas detineant, & poſſint eaſdem aliò transferre, modò id fiat titulo donationis, & gratuito. *ib.* §. *quod attinet*.

72 In-

Digitized by Google

72 Interdictum ſit eas transferri in Eccleſiam, publicè colendas, aut in eum cultum recipi per rectores Eccleſiarum, ſub graui pœna. *ibid.*

73 Omnes, maximè Eccleſiarũ rectores, caueant, nè reliquias Sanctorum, aut ſacrum aliquid recipiant, & colant, licèt priuatìm id agant, ab eo qui ignotus eſt, vel improbus moribus. *ibid.*

74 Talia verò circumferentes ſiſtantur ad Eccleſiaſticum tribunal, quamquàm non rẽ ſacram vendere, ſed donare ſe profiteantur. *ibid.*

REPRESENTATIONES Sacræ.

1. Paſſio Saluatoris nullibì agatur. *Pr. 1. tit. de actionib. &c.*

2 Neq; SS. Martyrum martyria, actioneſuè. *ibid.*

3 Repreſentationes, & alia iuuẽtutis exercitamẽta, etiamſi religioſa ſint, & pietatis plena, nè fiant in ſcholis, nec in domibus priuatis inconſultò Metropolitano Theologo. *Diæc. 32. cap. 7. §. Publica ſpectacula.*

4 Perſonis Eccleſiaſticis, cuiuſcunq; ſint ordinis, & conditionis, interdicitur intereſſe comædijs, & profanis repreſentationibus, ſub pœna carceris, & alijs pęnis, arbitro Arcihiep. *Diæc. 32, cap. 33.*

RESERVATIO.

1 Singulis annis, vel in Synodo Diœceſana, caſus reſeruatos promulget Epiſcopus; itàut ea reſeruatio vim habeat, quo ad altera promulgatio fiat. *Prou. 5. tit. quæ ad pœnit. ſacr. §. cum pro temporum.* Vide. V. *Promulgatio*, & V. *Indulgentia*.

RESIDENTIA.

1 Vnuſquiſquè Præpoſitus, & Parochus itèm, abſentiã Canonici, capellani, alteriuſvè reſidentiæ iure obſtricti, tenetur, dierum octo ſpatio; sì in vrbe eſt, Cancellario; sì in Diæceſi, Vic. Foraneo, per literas denunciare; qui Vic. Cancell. litteras mittat. *Diæc. 11. tit. mon. exec. decr. quæ ad Sacr. pert. §. vnuſquiſq. Præpoſitus.*

2 Idem de Parochis, & alijs, qui à Diœceſi abſuerint, per Vicarium Foraneũ præſtetur. *ibid. §. idem.*

3 Clerici ſacris ordinibus initiati, ſeù beneficiati, nè abſint extrà Diœceſim ampliùs octo dies continentèr, ſinè licentia. *Diæc. 2. decret. 26. §. nè Clericis.*

4 Tres primi de Capitulo Cathedralium, ſingulis ſex mẽſibus tenentur certiorem facere Metropolitanũ, aut eo abſente antiquiorẽ Prouinciæ

ciæ Epiſcopum, de reſidentia proprij Epiſcopi. *Prou. 1. tit. de reſidentia. §. ſtatuimus.*

5 Sub pæna iiſdē tribus, amittendarum diſtributionum vnius menſis. *ibid.*

6 Epiſcopi, qui poſthàc ab Eccleſijs ſuis abfuerint, fructus, quos ſuos non fecerint, amittant, & niſì intra tres menſes à die abſentiæ, ijs, quibus ex Concilij Triden. decreto debent, perſoluerint, ità abſoluatur illa fructuum pars, vt detur Hoſpitali eius Ciuitatis, cuius ſunt Epiſcopi, & quod maioribus ſumptibus prematur. Quod hoſpitale, ſì intrà duos menſes neglexerit, Superioris Eccleſiaſtici auctoritate, eam fructuū partem exigere, alteri hoſpitali eius Ciuitatis detur, quod in eorum fructuum petitione præuenerit; & vbì nullum ſit hoſpitale, aut ſì quæ ſunt, ſex menſibus non exegerint, fabricæ Eccleſiæ adſcribantur. *Prou. 1. tit. de reſid. §. ſi qui verò poſthàc. & §. ſi qui igitur.*

7 Adminiſtratores, & Procuratores hoſpitalium, & fabricarum cum denunciatione etiā periculi eorum conſcientiæ, totam ſummam ſinè vlla, vel pactione, vel remiſſione primo quoquè tempore exigāt. *ibid. §. itaquè mandamus.*

8 Obtinentes quæcunq; beneficia Eccleſiaſtica, in quibus, etsì curata non ſunt, tamen reſidere, iure, aut conſuetudine debent; sì ſuo muneri defuerint, Epiſcopi in eos ſeuerè animaduertant pænis latis in Conc. Triden. & alijs arbitrio ſuo, fructuſquè, quibus in eodem Concilio mulctātur, pijs locis tribuantur. *ibid. §. Prætereà.*

9 Tres iidem primi ex capitulo Cathedralium, & Collegiatarum, nomina eorum, qui præpoſiti Eccleſijs, & aliorū, qui in eis reſidere tenentur, & non reſident, ad ordinariū deferant. *ibid. §. vt autem.*

10 Parochi hoc idem præſtent, sì qui intrà fines ſuæ Parochiæ non reſideant, vbì de iure debent. *ibid. §. Parochi verò.*

11 Vicarij deniquè eandem diligentiam adhibeant, ſi qui curati non reſederint. *ibid. §. Vicarij etiam.*

12 Qui cum licentia abfuerit, menſis ſaltèm ſpatio poſtquàm redierit, Epiſcopum certiorem faciat, aliàs cenſeatur abſens. *Prou. 2. tit. 2. decret. 36.*

13 Reſideant Parochi, & Coadiutores eorum, etiàm canonici, ſeù ſubſtituti. *Prou. 4. tit. de Parochijs. §. Sacerdotes.*

14 Si non paruerint, fructibus be-

Digitized by Google

beneficiorum mulctentur, & alijs pœnis. *ibid.* §. *ſi quis.*

15 Non excuſatur à reſidentia qui beneficiũ habet, de cuius titulo adhuc lis pendet. *Prou.* 5. *tit. de reſidentia.* §. *à quo munere.*

16 Nequè is, qui nondum Sacerdotio, aut eo ordine, quẽ Beneficium requirit, initiatus eſt. *ibid.*

17 Nequè ille, cuius Eccleſia, aut Beneficium eſt eiuſmodi, vndè omnis, aut maior pars fructuum aliquo modo reſeruata, ad alium peruenerit. *ibid.* §. *nè ille quidem.*

18 Non modò qui peregrinationis cauſa, immò qui triũ menſium ſpatio diutiùs abſunt, mulctentur fructuum præbendæ amiſſione, alijſquè pænis in Concil. Prou. 1. ſancitis hac in re. *Prou.* 5. *tit. quæ ad diſtrib.* §. *immò etiam.*

19 Studiorum cauſa abſens, etiamsì facultate à S. Apoſt. impetrata, quotidianis diſtributionibus, & tertia quoquè parte præbendæ, careat. *ibid.* §. *itidem.*

20 Abhac tertia parte conferẽda, qui ſacris ordinibus initiati non ſunt, & qui diſtributiones non capiunt, liberi immuneſvè non ſint. *ibid.* §. *Epiſcopus.*

21 Fructuum æſtimatio tertiæ illius partis, tantì ſit, quantì cenſus, & redditus præbendarum re vera valet, deductis penſionibus, legitimiſquè oneribus impoſitis pro ratione temporis, quo durauerint. *ibid.* §. *tertiæ porrò.*

22 Huius tertiæ partis percipiẽdæ ius habeãt Canonici præbendam habentes, tùm qui non habent, modò ij ſtatis diebus præſẽtes obierint ſuũ munus. *ibid.* §. *cuius tertiæ.*

23 Modum, & rationem adhibeat Epiſcopus in concedenda facultate abſentiæ ab Eccleſia, illi, qui, munus habet perſonalis reſidentiæ. *Prou.* 5. *tit. de reſiden.* §. *nè Epiſc.* Vide Verb. *Mulcta*, & V. *Canonic. Reſid.* & tit. inf.

RESIDENTIA Clericorum.

1 Nemo diſcedat à Ciuitate ſinè Viſitatoris licentia ſcripta, nequè Diæceſanus à loco ſuo ſinè Vicarij Foranei facultate. *Diæc.* 11. *tit. Mon. exec. decr. quæ ad ſacram. pert.* §. *nè quis Clericus.*

2 Vltrà triduum dari non poteſt à quoquam eorum licentia abſentię prædictæ: & data ſit nulla. *ibid.* §. *nec verò.*

3 Die feſto, nè vllo quidẽ prætextu, qui certæ Eccleſiæ adſcriptus Diœceſanus, Mediolanum veniat, nec ei concedat

dat Vicarius Foraneus, & licentia ſit nulla. *ibid.* §. *die autem feſto.*

4 Nequè facultas cuiquam detur, qui duodecìm millia paſſuum Mediolano diſtat, nisì ſemel ad ſummum in ſingulas hebdomadas, eaquè conditione, vt in vrbe non pernoctet, niſì cauſa in litteris exprimatur. *ibid.* §. *neq; huius.*

5 Et in hoc poſtremo caſu nè detur facultas, niſi ſemel tantùm in ſingulos menſes. *ibid.* §. *is verò.*

6 Vicario Foraneo, breuis huius abſentiæ facultatem dabit antiquior Parochus Vicariatus, aut alius deputatus, ſinè qua facultate à ſua reſidentia abeſſe pernoctando nō poſſit. *ibid.* §. *Vicario autem.*

RESTITVTIO Incertorum.

1 Decretum de rebus incertis locū habet in rebus, quæ caſu inuentæ, aut furto, dolovè, aut alio modo malè ſunt partæ. *Diac. 11. tit. Mon. exec. decret. quæ ad ſacr. pert.* §. *ità declaratur.*

2 In Metropolitana, & in vnaquaquè plebana Eccleſia, certo loco conſpicuo, ponatur capſa cum hoc titulo: *Capſa Incertorum*, cum duabus clauibus, altera apud Cancellarium Archiepiſcopalem, altera apud Depoſitarium ab Archiepiſcopo deputatum *ibid.* §. *ad cuius Decreti.*

3 Quæ verò in capſa conijci non poſſunt, apud depoſitarium cuſtodiantur. *ibid.* §. *quæ verò.*

4 Res verò inuentæ, quæ pecunia non conſtant, nec antè reponantur, quàm diligentèr inueſtigatum ſit de domino. *ibid.* §. *res verò.*

5 Impotens ad reſtituendum, idonea ſponſione caueat, ſe, menſium ſaltem ſex ſpatio, reſtituturum: & tunc Confeſſario, cum ſcripta facultas dabitur, pænitentem abſoluere licebit. *ibid.* §. *cum quod inuentum.*

6 Ob paupertatem, vel ob aliā cauſam, iudicio Confeſſarij, remitti poteſt reſtitutio rei inuentæ, quę pluris nō valet 20. ſolidis. *ibid.* §. *ob paupertatem.*

7 Depoſitarius rei inuentę, & conditionem, & venditionē, & reſtitutionem, & erogationem in vſum piū deſcribat. *ibid.* §. *Depoſitarius.*

8 Liber pretereà rerum incertarum, quę inuentę ſunt, in Cancellaria Archiepiſcopali conficiatur, & aſſeruetur, in quo, notatis diebus, & menſibus, res inuentæ deſcribantur, & quę in vſum pium erogan-

Digitized by Google

gantur. *ibid.* §. *liber.*

9 Cui libro adiungatur Index, alphabeti ordine in ſingulas plebes diſtinctus. *ibid.* §. *cui libro.*

10 Bìs in ſingulos annos, ſemel initio Aduentus, itèm quadrageſimæ, huius capſæ inſtitutum, & locus, vbi eſt conſtituta ab omnibus Parochis denuntietur. *ib.* §. *huius capſa.*

11 Reſtitutio incertorum reſeruatur Epiſcopo. *Prouin.* 4. *tit. qua pert. ad Sacr. pænit.* §. *caſus reſtitutionis.*

SACRAMENTA. V. Baptiſmus.

1 IN eorum adminiſtratione nihil exigatur, nequè verbis, aut ſignis, directè, aut indirectè petatur. *Prou.* 1. *part.* 2. *tit. de ijs qua pert. ad ſacr. admin.* §. *cum Sacramenta.*

2 Ritus, & cæremoniæ fiant iuxtà morē Eccleſiæ Cathedralis. *ibid.* §. *ſtudeant.*

3 Superpelliceum, & ſtola ſēper adhibeatur. *ibid.* §. *omnes verò.*

4 Moneant Parochi populos, vt frequentèr ad Confeſſionem, & communionem accedant, præſertim in Natali Domini, Pentecoſtis, & alijs ſolemnibus diebus feſtis. *ibid.* §. *Parochi.*

5 Aegrotos, etiàm non vocati inuiſant, vt ad Sacramentorum ſuſceptionem inducāt. *ibid.* §. *Aegrotos.*

6 Cum Parochus ad ægrotos defert Euchariſtiam, vel oleū ſanctum, recitet in via ſeptē pſalmos Pęnit. aut alias preces. *Prou.* 2. *tit.* 1. *Decr.* 15.

7 Enſem, pugionem, & eiuſmodi deponant quibus Sacramenta miniſtrantur, & Compatres etiàm, in Baptiſmo, & confirmatione. *Prouin.* 3. *tit. quæ ad Sacram.* §. *moneat ſapè.*

8 Claues tabernaculi Euchariſtiæ, & fontis Baptiſmalis, & oleorum ſacrorū, ſint ſemper pęnes Rectorem, & Coadiutori tantùm, cùm opus eſt eaſdem tribuat. *Prou.* 4. *par.* 2. *tit. qua ad Sacramental.* §. *Et tabernaculi.*

9 Omnes qui Ambroſiano ritu, & more miniſtrāt in Diœceſi Mediol. Sacramenta, vtantur rituali libro Ambroſiano. *Diac.* 2. *Decr.* 15.

10 Ne aliquid vel minimum petatur, vel exigatur, etiam à ſponte dātibus pro miniſtratione Sacramentorum Euchariſtiæ, & Pęnitentiæ ſub pęna ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto. *Conc. Prou.* 1. *p.* 2. *de ijs, quæ ad Sacr. admin. pert.* & *Conc. Prou.* 7. *de Sacr. Pænit.*

Digitized by Google

Neq; ſibi retineant Parochi, veſtàm candidam Baptizati, neq;auri, vel id gemas oblationes, paulo ante, vel poſt Confeſſionem factas, ſecus ipſo facto applicantur ſcholę SS. Sacram. illius Eccleſiæ. *Syn. Diac.33.Decr.1.*

11 Etiā teſtificationes de frequē ti vſu Sacramentorū, Baptiſmus, matrimonio, denuntiationibus gratis omninò,& ex officio tradere obligātur Parochi. *Diac. 33. Dec.2.*

12 Intra priuatas ædes, ne extra earū neceſſitatis Parochi baptizaret infantes,neq,ſed ante nouum diem illos ſiſtant in Eccleſia,pro ritu Eccleſię, ac ceremonijs adhibendis: neq; Clerici ſacris initiati de fonte illos ſuſcipiant. *Prou. 1.& Syn. Diæc.35. Decr.5. & 6.*

13 Sub pęna decem nummorū aureorum ne Parochi negligant deſcribere Baptiſmata in libro conſueto, appoſito anno, & die, per litteras, & ſyllabas, nō autem per numerum, idemq; pręſtent in tradēdis atteſtationibus. *Syn. Diæc. 35. Decr.9.*

SACRARIVM.

1 In quacunquè Eccleſia, vbì Miſſa celebratur, ſacrarium ſit in capella maiori, aut in ſacriſtia, aut propè, & in Parochialibus itèm præter ſacrarium fontis Baptiſmatis loco eiuſmodi, niſi vnum ſatìs eſſe cenſuerit Epiſcopus ob populi, & reddituum tenuitatem. *Prou.4.tit.de ſacris locis §. Sacrarium Viſit. Apoſt. tit.quæ ad cult.diu. pert.§. præter ſacrarium.*

2 Sit iuxtà ipſum fontem in pariete excauatum;vel in columella iuxtà ipſum fontem erecta, eodem ſepto,quo fōs ipſe,claudendum.*Viſit. Apoſt. tit. quæ ad cult.Eccleſ. pert.§. ſacrarium num. 7.*

3 Sacrarij forma ad præſcriptū inſtructionum, in omni Eccleſia Cathedrali ponatur, ad cuius ſimilitudinem reliqua in alijs Eccleſijs conficiantur. *Prou.4.tit.de Sacriſtia §.Baptiſterij.*

4 Non vbiq; ſit eadem, ſed pro Eccleſiarum conditione, vt in Inſtruc.general. *Viſ.Apoſt. tit. quæ ad cult. Eccleſ. §. in Eccleſijs.*

5 E marmore fiat, ſolidovè lapidè. *ibid.tit.quæ ad ſacr. Baptiſmi §. in Baptiſmali.*

6 Antiqua ſacraria, quæ non ſunt ad formę præſcriptum, aut tollantur,aut in eam formam redigantur.*Viſit.Ap.tit. quæ ad cult. diu. pert. §. antiqua ſacraria.*

7 In ſacrariū proijciatur aqua, qua frons confirmatorum la-

lauatur. *Prou.5.tit.quæ ad confirm.ſacr.pert.§.confirmati frons.*

SACRISTA.

1 Habeat cuſtodiam ſacrorum vaſorum, veſtimētorum Eccleſiaſticorum, & totius theſauri Eccleſiaſtici. *Prou.1.tit. de off. Sacriſta §. Sacriſta.*

2 Aquam benedictam ſingulis hebdomadis, vel etiam ſæpiùs renouet. *ibid. §. aquam.*

3 Hora congrua, ipſe, vel alius campanæ ſono det ſignum officiorum. *ibid. §. hora.*

4 Habeat in ſacriſtia tres tabellas: vnam Miſſarum, & officiorum pro Defunctis: alteram, in qua vniuſcuiuſquè debita munera, Miſſarum, & diuinorum officiorum contineantur: tertiam à Magiſtro chori conficiendam, in qua, quid à ſingulis pro tempore ſit obeundum, præſcribatur. *ibid.§. habeat.*

5 Arceat à Sacriſtia ſermones profanos, rixas, turbas; neq; ibì laicos verſari patiatur. *ib. §. eiuſdem.*

6 Nemini permittat, vt ſacris veſtibus induatur, niſi tunc, cum ei Miſſa facienda ſit. *ib. §. nemini.*

7 Ordinem faciendi Miſſas ſeruari curet: *ibid. §.Miſſam.*

8 Duobus ad ſummum poteſtatem faciat eodem tēpore parandi ſe ad Miſſæ celebrationem. *ibid. §. duobus.*

9 Si quis præſtò non fuerit, vel alium non ſubſtituerit, arbitrio ſuo, cui voluerit, Miſſæ locum dabit. *ibid.§. ſi quis.*

SACRISTIA.

1 Hæc habeat, videlicet.

Armarium ad paramenta cōſeruanda de Sacriſtia.

Vas ad lauandum corporalia, & purificatoria, ramneum, ſtannatum.

Argentei vrceoli nè adhibeātur in Miſſa, nequè ex alia materia, vt apparere nō poſſit clarè aqua,& vinum.

Non deſint neceſſaria ad Miſſam.

In Parochialibus adſit Thuribulum cum nauicula, & cochleari; ſitulus pro aqua benedicta cum aſperſorio, & pocula vitrea ad dandā purificationem,quæ nullo modo in calice detur.

Oratorium ſeparato loco poſitum cum orationibus proprijs in pariete. *Hæc habes in Viſit. Apoſt. tit. quæ ad cult. diu. §. Sacriſtia, & Pr.4. ibid. §. tùm præterea.*

2 Cellulæ plures ſint ad vſum orandi. *Prou. 1.*

3 Labellum cum manutergio appenſo ad manus abluendas. *ibid. & Prou. 4. ibid. §. labellum.*

4 Tabellam cum orationibus

ſacro cuiquè indumento accomodatis. *Prou.4. ibid.§.Tabulam.*

5 Tabellam itèm appenſam cum oneribus Miſſarum, & Annalium, quo die perſoluenda. *ibid. & Prou. 4. §. Tabellam.*

6 Librum pro Miſſis notandis.

7 Sub pœna decem aureorum Rectoribus,ſeu Præfectis Eccleſiarum dictum librum in Sacriſtia aſſeruare negligentibus. *Syn.Diœc. 34. c. 3.* Quomodo autē ſubſcribendus V. V.Capellanus.

8 Seruandi ſilentij nomen ſit in eadem Sacriſtia magnis litteris appenſum. *Prou. 4. §. in Sacriſtia.*

9 Ligneum ſit oſtium (vbi id commodè poteſt) extrinſecùs communi oſtio appoſitum, quod ex ſe ipſo peſſulo claudatur: in quo feneſtella clatris ferreis ſepta: vel hæc fiat in ipſo ligneo oſtio.

10 Hoſtiæ à laico homine, nè conficiantur.

11 Tabellam, qua ſinguli Epiſcopi,qui illi Eccleſiæ præfuerunt, notata temporū ratione,deſcripti ſint. *Prou. 4. tit. de Sacriſtia §. ſit in Sacriſtia.*

12 Librum Inſtructionum fabricæ Eccleſiæ. *Pro.4. ibid.*

13 Ad domeſticum vſum nè adhibeantur, quæ Eccleſiæ ſunt deſtinata. *Prou.4. ibid.§ caueant.*

14 Veſtes,& indumenta Miſſæ, diuinorumq; officiorū cultui dicata,nè expoſita ſint in vulgus, ſed armario incluſa claue obſerentur, nequè laicorum manibus obtrectentur. *ibid. §. veſtes autem ſacra.*

15 In foribus cuiuſuis ſacriſtiæ Eccleſiæ, vbi cōfeſſiones audiri, & eſſe plures confeſſores ſolent, affigatur tabella nominum, & cognominum illorum confeſſorum. *Prou. 1. tit quæ per. ad ſac. pan. §. in foribus.*

SCHOLASTICI.

1 Scholaſtici præbenda ſtipendio vniuerſitatis curandum eſt,vt inſtituatur,cum aliqua, ſi opus eſt,cenſus, capellæ,alteriuſvè emolumenti, ſinè obligatione Chori, præter dies feſtos. *Diœc. 11, tit. Mon. exec. Decr. quæ ad Sacram. pert. §. Scholaſtici.*

2 Vicarij Foranei agant cū populis de ſtipendio, vt eorum pueri erudiantur. *ib. §.Vic.*

3 Idem præſtent Viſitatores. *ibid. §.Viſitatores.*

4 Vbì vna tantùm præbenda conſtitui poteſt,ea ſcholaſtico tribuatur, qui hoc munus in populis noſtris obeat. *ibid. §. vbi tamen.*

5 Si verò ex ſcholaſticæ ſuæ inſtitu-

Digitized by Google

ſtitutione Miſſas celebrare, debet, ſi Sacerdos non eſt, anni ſpatio Sacerdotio initiatur: alioquin ea priuetur, & intereà tanquam ſubſtitutus ſeruiat. *ibid.§. ſi verò.*

6 Illius munus erit, pueros, & adoleſcentes, Grammaticā, & humaniores literas, Rhetoricam artem docere gratìs, eos ſcilicèt, quos Archiepiſcopus ſtatuerit. *ibid.§.illius munus.*

7 Cathechiſmi prætereà compendium, aliaſquè pias inſtitutiones diebus feſtis explanare. *ibid.§. Cathechiſmi.*

8 Noſcat porrò rectè ſcribere, & doceat, & quæ pro tempore, & loci ratione illi conſtitutum erit. *ibid.§. & prætereà.* Vide Verb. *Theologus.*

SCRIPTVRA SACRA.

1 Sacræ ſcripturæ verba, vel ſētentiæ, nè ad iocum, aſſentationem, cōtumeliam, ſuperſtitionem, aut profanos ſenſus adhibeantur. *Prou. 1. tit. de abutentib. ſacra ſcrip.*

2 Illam interpretentur Concionatores eo ſenſu, quem catholica Eccleſia, & conſētiens SS. Patrum auctoritas comprobauit, nequè quidquam ab his alienum proferant. *Prou. 1. tit. de prædicat. verbi Dei §. vt ſacram.*

3 Eam quoquè explicet theologus feſtis diebus, & hebdomadæ ferijs vbi cleri ſit numerus; ſin minùs ſingulis ferijs, ſaltèm ter in hebdomada, Archiep. iuditio. *Diœc. 11. tit. Mon. exec. dec. quæ ad ſacr. & ſac. §. theologi præcipuum.*

4 Vulgares ſacræ ſcripturæ libros nullus legat, qui ſpecialem facultatem ab Epiſcopo, vel Inquiſitore non habeat. *Pro. 3. tit. quæ ad fid. tuen. ſtud. §. de Biblijs.*

5 Curent Epiſcopi eius interpretationem in Monaſterijs regularium haberi, vbi fieri poteſt; vbi collapſa eſt, eam reſtitui. *Prouin. 4. tit. quæ per. ad regul. §. quod ſacroſancti.*

6 Ad id compellantur ſuperiores omnes regulariū ab Epiſcopo omnibus iuris remedijs. *ibid.§. quæ in re.*

7 Ab interpretibus ſacræ ſcripturæ quid ſit quærendum in examine, vide verbum *Examinis forma fol. 129. n. 12.*

SEDES.

1 Sedes Epiſcopi in cathedrali, eminenti loco ſit conſtituta. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ per. ad oro. §. ſi qua.*

2 Sacris indumentis, nè veſtiatur. *Pro. 2. decr. 19.*

3 Sedes mulierum quæ vulgò, bradellæ, omnes amoueantur ab Eccleſijs, vbi ſunt conſtitutæ: ſed humiles, & communes

Digitized by Google

munes aliquas liceat conſtitui, & collocari de licentia Epiſcopi. *Pr.4.tit.de ornat.decor. &c. §. vt & Eccleſiarum. Diæc. 32. cap. 32.*

4 Hæ porrò ſedes communes, aut confratriarum, quæ in Eccleſijs conſtitutæ ſunt, sũptibus; aut pecunia à populo contributa fieri poterunt, aut alia ratione, quæ Epiſcopo potior videbitur. *Pr. 4. ib. & Diœc. 32. ib. Diæc. 11. tit. Mon. exec.decr.quæ ad dies feſt.§.de ſedilibus.*

SEMINARIVM Clericorum.

1 Taxa pro Seminario, duobus terminis ſoluatur. *Prou. 1. tit. de Seminario Cleric. §. quam Decimam.*

2 Tertio quoquè menſe viſitetur ab Epiſcopo, adhibitis doctis viris. *Prou. 2. tit. 2. decret. 25.*

3 Certæ præſcribãtur leges ſingulis menſibus legendæ. *ib.*

4 Decimarum, & fructuum exactio ad Seminarij ſuſtentationem nihil per Epiſcopos liceat remitti, niſi, vt Cõcilijs cauetur. *Prou. 5. conſt. p. 3. tit. de Seminario. §. cum igitur.*

5 Si quidquam de hoc genere remiſſum eſt, ad priſtinam exactionis rationem reuocetur. *ibid. §.quòd ſi.*

6 Vbì eo nomine nihil exactũ eſt, ſpatio duorum menſium exactionem inſtituat Epiſcopus, vt tamen dimidiam partem decimæ non excedat. *ib. §. vbi verò.*

7 Iſta exactio tamdiù duret, quamdiu ſufficiens, & conſtitutus cenſus ſufficiat ad Seminarij ſuſtentationem, ea lege tamen, vt pro rata parte reddituũ quos ex nunc poſſidet, aut impoſterùm poſſidebit ex tali exactione, aut ex alia acceſſione acquiret, tantumdem de illa exactione remittatur ad Conc. Prou. 1. & Triden. præſcriptum. *ib.§. atquè eam.*

8 Beneficia quæ nullius ſunt Diœceſis, ſoluant eam exactionem illi Seminario eius Diœceſis, intrà cuius limites ea olìm erant, & cenſebantur. *ibid.§. Beneficia.*

9 Quæ in hac, vel illa Diœceſi bona habent, ſoluant ſeminario Diœceſis, vbì ſita eſt primaria Eccleſia beneficij, cui ea prædia, vel bona attributa olim fuerint, etiamsì alia Eccleſia, quæ beneficio illi primario adiuncta eſt ædificata deinceps ſit cenſu illorum prædiorum. *ibid. §. At verò.*

10 Sin autem in ijs prædijs Eccleſia antè ædificata eſt, quàm

quàm illa adipiſceretur, poſteaquè vnà cum illis alijs Eccleſiæ primariæ adiuncta eſt; tunc eius contributio ad Seminariū pertineat, in qua prædia vna cum Eccleſia ſita ſunt. *ibid.* §. *ſin autem*.

11 Epiſcopus, adhibitis ad conſilium deputatis, vt breui ceſſet illa exactio, adiungat Seminario tot beneficia ſimplicia, quot conſtituant ſummam præfinitam ad Seminarij cuiuſquè ſuſtentationem. *ibid.* §. *vt autèm*.

12 Cum ad eam ſummam ventum fuerit, ſi quæ beneficia priùs, quàm vacauerint, Seminario adiuncta ſunt, neq; ea vnio ſuum effectū adhùc ſortita eſt, ea vnio ſit nulla, & reſciſſa. *ibid.* §. *At cùm primùm*.

13 Vacantia beneficia ſimplicia, nè cuiquā conferat Epiſcopus, ſed Seminario coniungat, vt quamprimùm ab exactione illa.

14 Clerus liberetur; modò aliud ex maiori neceſſitate, & pio opere, faciendum iudicet. *ib.* §. *Atquè vt quidem*.

15 Si contrà vllo modo fecerit Epiſcopus de ſuo ſatisfaciat Seminarij detrimento. *ibid.* §. *ſi contra*.

16 Cenſus vnicuiquè Seminario præfinitus habetur. *ibid.* §. *cenſus verò*.

27 Seminarij inſtitutio, cura, & adminiſtratio ſit ad formam Conc. Trid. maximè in deligendo certo loco, vbì collegiatìm certus puerorum numerus alatur, & literis & Eccleſiaſticis diſciplinis inſtituatur. *ibid.* §. *in omni*.

18 Eligat Epiſcopus duorum menſium ſpatio duos canonicos quorum conſilio vtatur in iiſdem pueris inſtituēdis, & moribus erudiendis. *ibid.* §. *Eligat*.

19 Alios itèm duos de capitulo, & totidem de Clero Ciuitatis quorum conſilio vtatur in rebus temporalibus adminiſtrandis. *ibid.* §. *duos item*.

20 Ij omnes nè ab eo munere abdicentur, niſì ex rationabili cauſa. *ib.* §. *ij porrò omnes*.

21 Audita ſententia iſtorum, quos in conſultationem aduocat Epiſcopus; ſtatuat tamen quod potiùs, & prę̨ſtantius eſſe exiſtimabit ad optimam conſeruationem Seminarij. *ibid.* §. *eorum igitur*.

22 Quotannis apud ſe rationes adminiſtrationis ſupputari curet: in qua eligat duos è Capitulo, & totidem è clero Ciuitatis. *ibid.* §. *quot annis*.

23 Præſcriptam fructuum portionem Seminarij cauſa ipſe exigat: ſi quis eam ſoluere renuerit, aut diutiùs quàm

par

Digitized by Google

par eſt ſoluere diſtulerit, agat in eum cenſuris Eccleſiaſticis, & alijs iuris remedijs, implorato etiàm adhoc brachio ſęculari. *ib. §. præſcriptam.*

24 De Seminarij ſtatu, & progreſſione Epiſcopus ſępè ad Metropolitanum, aut ſexto quoquè menſe det literas, in quibus exponat sì quid eſt, quod eius inſtitutum impediat. *ibid. §. de Seminarij.*

25 Incumbat omni opera Metropolitanus, vt è medio tollantur difficultates prohibētes meliorem Seminarii progreſſum. *ibid. §. is verò.*

26 In omni Seminario prælegatur, & explicetur pueris, & adoleſcētibus Cathechiſmus Romanus. *ibid. §. in omni.*

27 Nihil eius doctrinæ prætermittatur, quæ non explicetur. *ibid.*

28 In omni quoquè Prouinciæ Seminario, ſtudia Sacrorum Rituum, & hiſtoriæ Eccleſiaſticæ certis ſtatis diebus inſtituantur. *ibid. §. in omni.*

29 Epiſcopus certum ſtatuat tēpus, quo in Seminario legantur, quæ inſtituta, monita, vel præcepta ſunt in Concilijs Prouinc. & Dięceſ. ad Seminarij Clericos informandos. *Pr. 6. tit. quæ generatim. §. in Seminario.*

SEPVLCHRA.

1 Marmore, vel petra ſolida cōtecta ſint duplici, ita aptè, vt malus odor exire nō poſſit. *Viſit. Apoſt. tit. quæ ad cult. diuin. §. ſepulcra.*

2 Diſtent inter ſe vncijs octo, & humus inter vtramquè petram ponatur. *ib. §. impoſterum.*

3 Petra ipſa oſtij, æqualis vndequaquè ſit, nequè figuram vllam, nequè literas, aut aliud, quod ſupereemineat. *ibid. §. Petra.*

4 Longè ſit à ſcabello altaris ligneo, cubitis ad minus tribus; ſepulchra ipſa ad ſcabellum non pertingant. *ibid. §. ſepulchrorum.*

5 Sepulchra noua, nè in Eccleſijs ædificentur ſinè licentia in ſcriptis, Archiep. *ib. §. verùm. Pro. 4. de ſepulc. §. nè ſepult.*

6 In Eccleſijs Relugarium non ſinè licentia Prouincialis, qui nequè eam dabit, niſi ſint ad præfatam formam. *ibid.*

7 Sepulchra excelſo loco poſita, & ea, quę parietibus incluſa, vel adiuncta in vna etiàm parietum parte eminent, nisì marmorea, aut ęrea ſint, quęcunquè illa ſint, ad tres menſes cum eorum ornatu, & apparatu amoueantur, & oſſa, aut cineres, ſi qui ſunt, in eis

in

in ſacro loco altiùs fodiantur, itaut ſepulchrum altiùs ſolo non emineat. *Prou. 1. tit. de Sepulturis. §. Ambitioſam.*

8 Impoſterùm ſi cui dabitur ſepultura, humi tantùm detur, quæ ſit opere fornicato cum reliquo pauimento Eccleſiæ æquetur. *ib. §. & ſi cui, & Pro. 4. tit. de Sepulchris §. fornicato Diæc. 32.*

9 Hæc vt præſtentur curent Epiſcopi, ope Magiſtratuum, ſì opus erit, impetrata. *ibid. §. hæc.*

10 In choro, vel in capella maiori nulli detur ſepultura. *Pro. 4. tit. de ſepulchris §. in choro.*

11 Etiamsì ſint Eccleſiaſt. *Diæc. 11. mon. exec. decret. quæ ad dies feſt. §. Canonicorum.*

12 Propè altaria nulla ſit, & ab eorum bradella diſtet ſpatio ſaltèm cubitorum; quæquè propiùs extructa eſt, obſtruatur, aut remoueatut. *ibid. §. hæc verò.*

13 Extruãtur ſepulchra ab vtroquè Eccleſiæ latere, itaut è regione ſibi ſingula reſpondeant. *ibid. §. ab vtroquè.*

14 Duplici tegumento operiantur; quod forma quadrata è lapidè ſolido ſit; inferius tamen tegumentum è rudi; ſuperiùs verò è lapidè polito, in quo nè crux, ſacrauè imago pingatur. *ibid. §. operiantur.*

15 Nequè alia imago, vel literæ, aut quidquam aliud ſuprà pauimentum eminens, neq; quod ab Epiſcopo probatum non ſit. *ibid. §. nec rurſus.*

16 Quæ marmore, vel ſolida petra tecta non ſunt, nisì triũ menſium ſpatio aptè tegantur, humo oppleãtur, & nemo prętereà in eis ſepelliatur. *ib. §. quæ ſepulchra.*

17 Sub pœna mulctæ 10. nummum aureorum, Rectores Eccleſiarum nè patiantur in ſuis Eccleſijs extrui ſinè ſcripta Archiep. facultate, ſepulchra; contrà formã hic Prou. 4. præſcriptam: cùm verò facultas ità conceditur, Vicario Foraneo oſtendatur, ſinè cuius conſilio, & conſultatione nihil in eo opere omninò fiat; à quo curabitur, vt omnia ex facultatis præſcripto fiant. *Diæc. 11. tit. mon. exec. decret. quæ ad feſt. §. de ſepulcris.*

18 Sepulchrum Epiſcopale fiat in Eccleſia cathedrali, in cuius tegumento ſuperiori ſculpta ſit Mitra, & baculus, ita tamen, vt nè ſolo ęquato extet, & inſcriptum ſit his litteris ſepulchrum Epiſcoporum N. *Prou. 5. tit. quæ ad diu. off. pert. §. Epiſcopus.*

19 Et pro canonicis etiàm aliud fiat, & in Parochiali, aliud

aliud pro Parochis. *ibid.*

20 In Baptiſterij ſacello nullum ſit ſepulchrum. *Prou.6.tit.quæ ad cult. Eccleſ. pert. §. in Baptiſterij.*

21 Sì permittatur extrà ſacellum ædificari baptiſteriũ, nè ſepulchrum proximè fiat, ſed tam longè, vt ab eius ſepimẽto ſepulchrale os diſtet ſpatio cubitorum ſaltèm trium, & concauitas non attingat ſepimentum. *Prõ. 6. ibid. §. ſi quid.*

22 Parochi Eccleſiarum, interdictis communibus ſepulturis, cæmiteria in vſum ſtudeant reuocare, quæ intrà annum ſepiant, & claudant ità, vt in ea beſtiæ ingredi nequeant, alitèr eo tempore elapſo interdicta declarentur, *Diœc.32. cap.30.*

23 Viſitatores, & Vicarij Foranei in viſitatione interdicãt eas nouas ſepulturas ſinè facultate conſtructas, vſquequò approbatæ fuerint. *ibid.*

24 In poſterum nulla fiat ſinè Vicarij Generalis facultate cum approbatione Præfecti fabricæ, & voto Viſitatoris. *ibid.*

25 Vbì extructa non eſt ſepultura, nè rompatur pauimẽtum in Eccleſia, ſed in lignea capſa ſeruetur cadauer per breue tempus, ſi eo tempore cõtingat conſtrui ſepulturam, & sì vltrà ſex menſens protrahitur ſepulturæ conſtructio, cadauer humetur in Cæmiterio. *ibid.*

26 Cadauer Epiſcopi, cauſa expectationis, nè in ſepultum amplius 40. horis iaceat, & interìm curet Capitulum, vt corpus cuſtodiatur, & circũ ipſum frequens ex clero ſit, qui pro eius anima precetur. *Prou. 1. tit. de funer. Epiſc. §. Eius tamen.*

27 Qui ſtabile domicilium in vna Parochia non habent, in eorum obitu, ratio proprij eorum domicilij habeatur, quod illi habent, & non iuris Parochiæ vbì deceſſere, nisì fortè moriens, quo in loco velit ipſe ſepeliri, teſtatum reliquit, quo in caſu, ius eligenti, & Parochiæ Parocho debetur, non obſtante contraria conſuetudine, nec ijs, quæ de adminiſtratione Sacramentorum, dequè præſtitis ęgrotantis obſequijs à Parocho afferri poſſet. *Diœc.32. ibid. §. multa.*

28 Sepulturæ electionem pro morientibus nemini de familia permittat Parochus, ijs exceptis, quibus de iure permittitur. *Diœc.32. Decr. funer. §. Parochus.*

29 Tutori, & matri, tutricis munere

nere fungenti, cõcedi poteſt facultas eligendi ſepulturam pupillo. *ibid.* §. *pater*.

30 Nulla vniuerſitas eligat ſepulturam extrà Parochialem pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis præſentibus, & futuris, ſinè facultate Archiep. vel Vic. Gen. ſecùs irrita ſit electio. *ibid.* §. *nulla*.

31 Beneficiati, vbì obierint nõ electa ſepultura, in ea Eccleſia ſepeliantur, vbì obtinent beneficium, modò in ea Eccleſia ſit pro Eccleſiaſticis, ſepultura, idquè fiat, etiamsì in aliena Parochia, in qua beneficium habent, obierint, & Sacramenta ſumpſerint. *ib.* §. *beneficiati*.

32 Non ideò intelligitur priuãdus Parochus conſuetudine funeris proſequendi, & quartæ Parochialis citrà ceram capitularem. *ibid.*

33 Sacerdotes, clerici non beneficiati, quamuis alicui Eccleſiæ, quæ ſit extrà Parochiam, in qua decedunt, adſcripti inſeruiant; beneficiati quaquè qui non tenentur reſidere nequè inſeruire per ipſos, ad eam Parochiã omninò pertineant, in qua domicilium habent. *ibid.*

34 Allegantes extrà Parochiã maiorum ſepulturam habere, poſſint à Parocho compelli ad illud probandum. *ib.* §. *qui allegant*.

35 Nequè ſufficiat Regularium ſola aſſertio, eam eſſe in propria Eccleſia atteſtantium, ſed poſſit Parochus iure vti ſuò ad id probandum. *ibid.*

36 In oratorijs Scholarium vel Confratrum, vbì ſit conſtructa ſepultura, nè in ea liceat ſingulis tumulari, nisì priùs conſtet quod viuentes eam elegerint. *ibid.* §. *ſi fortè*.

37 Neglecto proprio Parocho, nullus audeat defunctum in Eccleſiam Regularium introducere, vt ab ipſis ibì ſepeliatur, & tranſgreſſores ad Epiſcopum deferant Parochi. *ib.* §. *nullus*.

38 Vbi deferendum ſit cadauer ab vna Eccleſia ſæculari ad aliam paritèr ſæcularem; ſi Eccleſiæ ſint pares, & ſoli eorum Parochi conueniãt, vna tantùm Crux deferatur, & ea, cuius eſt Cadauer, ad quẽ pertinebunt functiones digniores, & dignior locus, ſed pares progredi debebunt. *ib.* §. *vbi cadauer*.

39 Idem ſeruetur in Eccleſia, vbì ſit tantùm Coadiutor, vel Viceparochus, nisì quod locus dignior Parocho alterius Eccleſiæ cædi debet. *ibid.*

40 Vbì præter Parochos certus cleri numerus vtrinquè fuerit

rit euocatus, duæ ferantur Cruces,ſuam vtroq;Parocho ſequente cum ſuo clero; locus verò propè cadauer, qui dignior eſt, eius ſit, cuius eſt cadauer. *ibid.*

41 Vbì diſpares ſint Eccleſiæ, putà Parochialis, & Collegiata, locus dignior, & ius fūctionum ſit maioris Eccleſiæ,licèt cadauer ſit minoris. *ibid.*

42 Vbì duæ Collegiatæ ſint,antiquior in omnibus præcedet,etiam absēte illius Præp. *ibid.*

43 Collegiatæ nomine non intelligitur, ſi tantùm adſint capellani, & cuſtodes, nam tùnc functionum præeminētia eius Collegiatæ ſit, cuius Prep.vel ſaltèm Canonici interfuerint. *ibid.*

44 Si è Parochiali ducatur funus ad Collegiatam cum interuentu tot Capellanorum,ſeù cuſtodū illius Eccleſiæ quot ſunt ex parte proprij Parochi, tunc functionum præeminentia ſpectet ad propriū Parochum,cuius eſt cadauer, qui locum etiàm digniorem cum ſuo clero occupabit. *ibid.*

45 Sì cadauer deferatur ab Eccleſia, cui præſit Regularis, ad ſæcularem, ſeu è contrà, eadem ſeruentur, ſi interueniant ſoli Parochi, aut cum Regulari Parocho alij Clerici ſæculares; ſi verò Regularis alios regulares ſecùm ducat, locus dignior ſit ſæcularis. *ibid.§. ſi Cadauer.*

46 Sì ab Eccleſia collegiata ducatur funus ad Eccleſiam Regularium ſinè Regularibus, vel cum ipſis ceram non geſtantibus, cera quam præ manibus habent Canonici, & qui capitularitèr interfuerint,ipſiſmet acquiratur, aut eorum Sacriſtiæ, proùt de more receptum eſt. *ibid.§. ſi ab Eccleſia.*

47 Regulares contenti ſint eo caſu medietate illius ceræ, quæ in eo funere quomodocunq; adhibebitur. *ibid.*

48 Retineatur vſus à Clericis ſæcularibus aſpergendi cadauer, & præficiendi funus intrà Eccleſiam Regularium. *ibid.*

49 Nè Regulares directè,vel indirectè aliquos ad vouendū, iurandum,vel fide interpoſita, ſeù aliàs, promittendum, vt apud eorum Eccleſias ſepulturam eligant, vel electā, vlteriùs non immuttent. *ibid. §.caueant.*

50 Sì contingat mori habentē domicilium in vrbe,extrà vrbem,ſeu è contrà, nullum feratur præiudicium proprio Pa-

Parocho ſuæ portionis funeralium, vbicunq; funus celebretur, quod ius, etiàm ad officia mortuorum extēditur, ſi ea fiant ab hæredibus ex obligatiõne, ſecùs ſi ex deuotione. *ib.* §. *ſi habentem*.

51 Vrbano Parocho multò minùs idem fiat præiuditium ſi ciuis nobilis, aut alicui officio addictus in vrbe moriatur, quamuis extrà vrbem eligat ſepulturam. *ibid.*

52 Si quis duo domicilia habeat, in quibus æqualitèr vitam traducat, & eligat in tertio loco ſepulturam, Eccleſiæ domiciliorum inter ſe diuidant canonicam portionem. *ibid.*

53 Vbì dubium oriatur de æqua vtriuſquè habitatione domicilij, tùnc res componatur per Vic. Gen. *ibid.*

54 Si alterutram ex illis duabus Eccleſijs ſibi quis eligat in ſepulturam, alteri nè tradatur pars vlla ceræ, quę ſpectet ad Eccleſiam ſepulturæ, ſed illi acquiratur, in qua humatum fuerit cadauer. *ibid.*

55 Idem ſit, sì quis habitet in confinio duarum Parochiarū, vel duas domos incolat, quæ ad duas Parochias pertineat. *ibid.*

56 Coadiutori, cui debeatur certa pars emolumentorum, quæ titulò Parochiali extraordinariè errogantur, vbì aliquis alienæ Parochiæ eligat ſepulturam in Parochia, cui coadiuuat, ſua æquè illi portio tribuatur, ac in reliquis emolumentis fieri ſolet. *ibid.* §. *Coadiutori*.

57 Quandò reponitur cadauer priuatìm in aliqua Eccleſia, aliò mox deferendum, ſi quid ex cereis, quę circà illud accenduntur ſupererit, medietas illorum ſit Parochi, in cuius Parochia reponitur cadauer, etiàm in Eccleſijs Regularium. *ibid.* §. *quando cadauer*.

58 Sì verò ducatur cum funere in aliquam Eccleſiam etiàm Parochialem, ibiquè deponatur ad plures dies, aut mēſes, donèc aliò transferatur pro perpetua ſepultura, cera funeris æqualitèr diuidatur inter Parochialem propriā, & illam, in qua depoſitum fuit cadauer, proùt vſu receptum eſt. *ibid.*

59 In ſecunda illius cadaueris trāslatione, cera tota ſit eius Eccleſię, vbì humandum eſt. *ibid.*

60 Plures defunctos ad tumulū deferri eòdem actu, nè ſinè graui cauſa permittatur. *ibid.* §. *plures*.

61 In paruulis gemellis poterit diſ-

diſſimulari; & ſi puerpera cū fœtu moriatur, & paupertate præmantur propinqui. *ibid.*

62 Conuenienti ad idem funus Parocho proprio, & Præpoſito, eoq; abſente, Vicario Foraneo plebis in Diœceſi, dupla portio tribuatur, vt duplæ portiones nunquàm ſint ſuprà duas. *ibid.* §. *in Diœceſi.*

63 Vbì nequè Præp. nequè Vicarius conuenerint, licèt ſint plures eiuſdem Parochię Curati, ità ſufficiat vna dupla portio, & contrafacientes, decem nummis aureis mulctentur. *ibid.*

64 Idem ſeruetur in Ciuitate. *ibid.*

65 Eadem cenſura ſit pro cereis maioris ponderis, quæ duplæ portionis *ibid.* Quicunq; autē ſint geſtantes cereos, manu eos ipſi deferant. *Prou.4. tit. de funer.* §. *omnes.*

66 Digniores functiones, per Præp. vel eo abſente per Vicarium Foraneum, cui etiàm deferatur ſtola, fiant. *ibid.* §. *digniores.*

67 Vbì duo Curati diuerſarum Parochiarum conueniant, vtriquè detur dupla portio. *ibid.*

68 In Collegiata Eccleſia, in qua Parochi à Capitulo ſinè ſubordinatione diſtinguuntur, sì moriatur aliquis de capitulo, extrà ædes Eccleſiaſticas ſeruētur, quę ſtatuimus ſuprà de Canonico moriēte in aliena Parochia; ſin autèm in ædibus Eccleſiaſticis, totū ius ſit pœnès capitulum. *ibid.* §. *in Collegiata.*

69 In quo caſu, ſi velit ad aliam Eccleſiam tranſportari, Capitulum exerceat functiones, & cerā, quam ſinguli geſtant, acquirat; reliqua verò cera, præter capitularem, inter ipſum capitulum, & Eccleſiam ſepulturæ diuidatur. *ibid.*

70 A Decano portæ in Ciuitate celebretur funus Parochi, sì clerus portæ cōueniat, modò nullus ſit qui in dignitate ſit conſtitutus. In Diœceſi, ſi plebis clerus conueniat, à Præp. aut Vic. Foran. eius plebis. *ibid.* §. *ad funus.*

71 Viciniori Parocho, qui deficientibus Parochis pluribus in eadem Parochia, Sacramenta miniſtrarit obienti Parocho, dimidium cæræ, quæ in eo funere fuerit adhibita, tribuatur: reliquum, Sacriſtiæ illius Eccleſiæ, cui defunctus præſidebat, modò in ea ſepeliatur. *ibid.*

72 Nè plùs mercedis pro celebratione ſacri impendat Parochus eis, qui in officijs ſacrum fecerint, quàm in taxa ſit præfinitum. *ib.* §. *quia funus.*

Digitized by Google

73 Sì prætereà recitantes interfuerint, in Ciuitate ſolidi octo ſuprà Miſſæ eleemoſynam; in Diœceſi, decèm pro aſſiſtentia, & recitatione officij ſingulis addantur. *ib.*

74 Clericis detur portio dimidia, quæ Sacerdotibus dari ſolet. *ibid.*

75 Statam pecuniæ ſummam sì quis noluerit Parocho relaxare, nequè onus ſimùl officij celebrandi, ſed ſuam illi tantùm tribuere portionẽ, quià ſingulis annis ille velit Sacerdotibus ſatisfacere; nè Parochus quidquã exigat ampliùs, quàm honorariam ſolidorum portionem, quæ ſimplici portioni adhibita, duplam efficiet, & 4. cereos 6. onciarum. *ibid.* §. *ſi fortè*.

76 Annualia tenuuia, quæ neq; augeri poſſunt ab hæredibus, sì incidant, pro cera non plùs exigat Parochus 25. ſolidis. *ibid.*

77 In annuali officio, vbì Sacerdotum numerus non eſt determinatus à legatario, minorem numerum, quam quatuor, nè Parochus adhibeat, modò nimiùm non vrgeat eleemoſynæ tenuitas. *ibid.*

78 In ea Eccleſia, vbì plures ſunt, quàm requirantur, in orbem aduocentur, vt ſinguli omnes ſinè querela interſint. *ibid.*

79 Nè liceat ab vlla Eccleſia aſportari cadauer perpetuæ ſepulturæ traditum, ſinè facultate in ſcriptis ab Epiſcopo. *Diœc. 22. tit. de Sepult. & Pr. 4. tit. de funer.* §. *nè cuiquam*.

80 Parochus intrà cuius Parochiæ fines quis occiditur, liberè eius cadauer alio tranſferri permittat, ſed vtatur iure ſuo tum tantùm, cùm trãſlatio fit cum funere. *ibid.* §. *Parochus. & Prou. 4. ibid.* §. *Parochus*.

81 Sermo ſi quis habendus in funere, habeatur in Eccleſia. *Prou. 4. tit. de funer.* §. *ſermo*.

82 Eleemoſyna, quæ ob funus, aut officium defuncti datur, nè detur ſpectante populo, ſed loco remoto factis exequijs, aut officijs. *ibid.* §. *Eleemoſyna*.

83 Pactiones de funere, aut exequijs cum hæredibus defuncti aut alio, ad quẽ pertineat, nè fiant ab vllo, ea conditione, vt cera, quæ ſupererit ab exequijs, reſtituatur hæredibus defuncti. *ibidem.* §. *nè pactiones*.

84 Parochi, clerici, exequiarum curatores, vel in funere operam ponentes, nè pignora capiant, quibus ſibi caueant de funerali eleemoſyna, aut de-

Digitized by Google

de eorum operæ in funere præſtitæ mercede. *ibid.* §. *ut Parochi*.

85 Metropolitanæ, Cathedralis, Collegiatæ capitulum, ac ſinguli de capitulo contenti ſint eleemoſyna, quæ generatìm ipſi vniuerſo capitulo, aut ſigillatìm vnicuiquè eiuſdem dari ſolet. *ibid.* §. *Eccleſiæ*.

86 Idem præſtent Parochi, cuſtodes Sacriſtiæ, Rectores, & alij clerici. *ibid.* §. *idem*.

87 Pro crucibus, & quæ circà cadauer, aut cœnotaphium diſponuntur, pro campanis lampadibus ſepulturæ loco, autSacriſtię nomine, aut alio prætextu, nullus aliquid prætereà capiat, aut exigat, niſi quìd dari fabricæ, aut Sacriſtiæ campanarum nomine piæ conſuetudinis eſſe cenſuerit Epiſcopus: ſed pro crucibus, nihil omninò quouis nomine recipiatur. *ibid.* §. *pro crucibus &* §. *pro loco*.

88 Cuſtodibus, qui in minoribus ſunt conſtituti detur tantùm, quãtùm dari ſolet Clericorum viſitato nomine: sì ſunt in ſacris; tantùm, quantùm Sacerdotibus: quòd ſi pulſarint campanas, vel crucem prætulerint, detur inſupèr eis tantum, quantum eo nomine dari ſolet. *ib.* §. *quantum Clericorum*.

89 Corpus itèm curantes ſepeliẽtes, accipere poſſint quod dari conſueuit pro officij ſui opera; crucis verò aut campanarum nomine nè quidquam exigi, aut accipi liceat in funere, vel funeris, vel exequiarum cauſa. *ibid.* §. *qui funeris*.

90 Idem ſeruetur ab ijs, qui ingerentes ſe funeribus quidquam operæ non ponunt. *ib.* §. *eius verò*.

91 Nullus, qui ponat in funere aliquam curam accipiat veſtes, indumenta, ornamentavè cadaueri adhibita, nisì à ſpontè offerentibus, ſed gratis, & ſinè mora reſtituant omnia, ad quos pertinent. *ib.* §. *quod primo*.

92 Hæredes debitum exequiarum cultum negligentes cogantur ad neceſſaria ab Epiſcopo. *Prou. 1. tit. de funer.*

93 Miniſtri Eccleſiarum, quicumquè ij ſint, nihil accipiãt nomine cœnotaphij, quod in officijs pro mortuis ex tabulis ſtruitur. *ibid.* §. *capitula*.

94 Nequè Epiſcopus proſecuturus alium Epiſcopum ad ſepulchrum cum ſæculari, & regulari clero, hujus pij officij gratia, vel alio nomine aliquid à quoquam exigat, vel ſpontè oblatum accipiat. *Prou. 1. tit. de funer. Epiſ.* §. *nihil autem*.

In

95 In funere defuncti cuiuſcunquè ſit ordinis, & dignitatis eum numerum Sacerdotum, capitulorum, conuentuum, etiàm regularium & cereorū tantùm adhiberi liceat, qui in Tabella ſupèr hac re edita, decernitur, ad cuius præſcriptum ſeruetur cereorum pondus, & eleemoſina, & contrafacientes, excōmunicationis pęna afficiantur. *Diœc.* 11. *mon. ex. decr. qua ad diu off.* §. *Concil. Prouinc.* §. *quamobrem.* §. *Cereorum.* §. *quicunq;*

96 Vicarij Diœceſani perquirant cum confratriæ diſciplinatorum, aut ſcholarium vocantur ad funera, ſi quid pecuniæ, emolumenti, ceræ, eleemoſynæ, accipiant, aut exigant, sì ſibi, an ſcholę eam acquirant: quos pſalmos, antiphonas, quo loco, tempore &c. etiàm in Eccleſijs regularium, & vbì abuſum cōpererint, Archiep. referant. *ib.* §. *Vicarius Diœceſanus.*

97 Qui abfuerit à funere, vel funeralibus officijs: antè temporis, vèl officij punctum ab Epiſcopo præſtitutum nō adfuerit: officio, vel funere non peracto diſceſſerit, quod fit, dū corpus ſepulturæ traditur, habitu ab Epiſcopo præſcripto non interfuerit, vel conuenerit, contrà præſcriptum Decret. Prouinc. peccarit: aliquid comiſerit ex ijs, ob quæ Epiſcopi iuſſu pro præſente habendus ſit: & itèm qui per ſe muneris ſui partes, vocatus. non obierit, aut quidquā peccarit in officijs funeralibus, ,l, exequijs; careat omni eleemoſyna, & emolumento, & pœna ſit, Epiſcopi arbitrio, tàm ei, ſi acceperit, quàm illi, qui dari curarit, conſenſerit, permiſerit. *Prou.* 4. *ibid. à* §. *qui in funere, ad fin.* V. V. *Exequiæ.*

SEPVLTVRA
V. Funus

1 In commune ſepulchrum nulius cadauer cum capſa inferatur, abſq; licentia Pręfecti Portæ, in Ciuitate, vel Vicarij foranei, in Diœceſi. *Syn. Diœc.* 34. *c.* 10.

2 Nullus mortuus ad ſepulturam deferatur ante ſolis ortū, vel poſt occaſum. *ib.*

3 Præfecti Eccleſiarum, Parochi, Sacriſtę, ſub pœna ſuſpēſionis, & cētum nummorum aureorum locis pijs applicandorum, & alijs arbitrarijs pœnis, ne permittāt quemquam mortuum, vel Rheda, vel aliter, ſinè Cruce, ſine luminibus, & proprio Parocho deferri ad ſuas Eccleſias, vel Cæmeteria. *ib.* ſub pæna verò priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ & officiorum quæ tunc

Digitized by Google

temporis habuerint Regularibus inobediẽtibus ex *decret. S. Cong. Regul. ſub die* 13. *Iulij.* 1646. *ib.*

SIMONIA.

1 Non ſolùm auctores Simoniæ,ſed eius internuntij,& interpretes, notarij, qui inſtrumenta ſimoniaca conficiunt, ijſdem pœnis teneantur, quibus ij, qui per ſimoniam contraxerunt.*Prou.* 1. *Conſt. p.*2.*tit. quæ pert. ad benef. coll.* §. *vt omnis.*

2 Ijs etiàm pœnis comprehenduntur,qui ſcientes intèr eos, qui contrahunt, ſimoniacam pactionem intercedere, in eorum gratiam ſua obligant beneficia. *ibid.*

STATVS ANIMARVM.

1 Nè ſcribantur ſoluti,aut coniugati, qui verè nõ ſunt *Diœc.* 32. *cap.* 12. §. *animaduertant pariter.*

2 In ſumendis informationibus ſupèr obitu alterius coniugis, aut ſuper eo quod ſit ſolutus, aut alio impedimento remouendo, aut probando, teſtes ſint notario noti, aut à notis teſtibus de fide, & legalitate, ac veritate teſtis ignoti certa notitia habeatur in actis; aut proprij Parochi teſtimonium eorum probitatis exhibeant. *ibid.* §. *in ſumendis.*

3 Hæ informationes aſſumãtur his ſeruatis, & cum Fiſcalis Curiæ præſentia,& conſenſu. *ibid.*

STVDIA LITERARVM.

1 In facultatibus abſentiæ ſtudiorum cauſa,hæc neceſſariò ponenda ſunt.

Vt verè in publico, celebriq; gimnaſio Thæologiæ, vèl ſacris canonibus ſtudeant.

Vt minores ſint 30.annis.

Vt intrà annum ad ordinem ſaltem Subdiaconatus promoueantur.

Vt ſingulis ſex menſibus Ordinario ſcriptum ſui Doctoris exibeant, quo ipſos in eo ſtudij genere proficere teſtetur.

Alioquìn facultas nulla ſit. *Hac Prou.* 1. *tit. de reſid.* §.*ijs autem.*

2 Concedatur ad quinquenniũ tantum ab eo die numerandum, quo eum cæpiſſe conſtet in publico Gymnaſio. *ibid.* §. *concedatur.*

3 Quæ ſcribenda ſunt in litteris facultatis ad ſtudia litterarũ, hæc ſunt.

Vt regulas Pro. 1.& 2. Conc. de habitus ratione,frequentiquè Sacramentorum vſu, & alias ad honeſtam Clericorũ diſciplinam in alijs Conc. præſcriptas ſeruet, de ijſquè ſeruatis teſtimonium referat ab Epiſcopo loci, vbì ſtudiorum

rum cauſa commoratus eſt.

A Doctoribus ſtatuto tempore de litterarum progreſſu teſtimonium quoq; referat.

Dimiſſorias litteras poſt decē dies, quam ad gymnaſij locū venit, eiuſdem loci Epiſcopo exhibeat, & de hac exhibitione ad menſis ſpatium ſibi teſtatum faciat.

Hęc, ſi ſinè legitima cauſa non ſeruarit, irritæ ſint dimiſſoriæ litteræ.

Seruetur etiā quidquid Conc. Prou. 1. conſtitutum eſt de Parochis ſtudij cauſa dimiſſorias litteras expetentibus. *Hac Pro. 3. tit. de ijs, quæ pert. ad ſacr. ord. §. vt regulas.*

4 Quicunq; Clericus ſtudij cauſa abſuerit, executionem Decretorum Prouinc. præſtet. *Prouin. 3. de ſtud. cler. §. nè à Diac.*

5 Alioquì pænam, ac mulctam ſubeat, arbitratu Archiepiſc. *Diæc. 11. Mon. exec. decr. qua ad Sacr. pert. §. quicunquè Cleric.*

6 Sacerdotum conuentus habendus in Diæceſi ex Conc. Prou. 1. diebus ex præcepto Eccleſiæ colendis, nè habeatur, neque illis quorum præcipua celebritas in illis locis agitur, vbì futurus eſt idem conuentus. *Prou. 2. tit. 2. decret.* 30.

7 Nè quis Clericus phyſicæ, aut iuri ciuili operam det ſinè facultate Sedis Apoſt. *Diæc.* 11. *vt ſup. §. nec verò.*

8 Explicationes habitæ in ijs conuentibus, etiàm quæſtiones in illis diſputationibus non ſatis explicatæ, cōſignatæ litteris, ad Epiſcopum mittantur à Vicarijs Foraneis. *ibid.*

9 In deſides, & negligentes animaduertant Vicarij Foranei, & ad Epiſcopum deferāt. *ibid.*

10 In ea Parochia, vbì plures Sacerdotes erunt, eos conuocet Parochus, bìs in ſingulas hebdomadas, ad priuatas inter ſe ſtudiorū diſceptationes. *ibid.*

11 In his, Catechiſmi Rom. lectio tractetur, vel caſus conſcientiæ explicentur, vèl Cōc. Prou. aut Synod. ſtudioſa lectio habeatur. *ibid.*

12 Vbì in ea Parochia non longè ſit Regular. Monaſterium in quo ſit ſacrarum litterarū interpres, curet eius ſtudio adiuuari. *ibid.*

13 Clericos, qui degunt intrà fines eius Parochiæ ad hos cōuentus conuocet. *ibid.*

14 Recuſātes intereſſe huic priuato conuentui, ad Epiſcopū deferantur. *ibid.*

15 Nè quis Clericus phyſicę, aut iuri ciuili operam det, ſinè facultate Sedis Apoſt. *Diæc. 11. Mon. exec. decret. quæ ad ſacr. pert.*

pert. §. *nec verò quis*.

S V B S I D I V M Charitatiuum.

1 Epiſcopus exacturus, antequã illud ſibi ſolui curet, Clerum, eiuſvè procuratorē conuocet, cauſam exponat, humaniter hortetur. *Prou.* 2. *tit.* 3. *decret.* 13.

2 Neq; maiorem ſumam ſibi ſolui patiatur, quàm henedictus XII. præſcribi poſſe ſtatuit. *ibid.*

3 Pœna ſit, vt, & reſtituat, & aliam penam à iure inflictam luat. *ibid.*

SVPPELLEX SACRA.

1 Fiat ad formã libri inſtructionum; & qui ſecùs eã fecerit, ſumptu ſuo eã præſtet ad preſcriptam formã, & alia pæna grauiori mulctetur à Viſitatoribus, & Vicarijs Foraneis. *Diac.* 11. *tit. Mon. exec. decr. quæ ad dies feſt. & ſac. temp.* §. *de Eccleſ. ſupel.*

2 Nè in priuatis ædibus, ac nè ijs quidèm, quę ſunt Rectorũ Eccleſiarum, vllo modo aſſeruetur, ſinè ſpeciali facultate ſcripta. *ibid.* §. *ſacræ veſtes*.

3 Saltem in armarijs proprijs, & à domeſtico vſu ſeparatis, *ibid.*

4 Supellex neceſſaria hæc eſt. videlicet.

Aſperſorium ad præſcriptam formam

Claues inauratæ tabernaculi Sanctiſſimi Sacramenti cum ſerica cordula.

Signacula ſerica ad vſum Miſſalium, & Breuiarij.

Vela calicum.

Tela ſtragula altarium colore viridi ad præſcriptã formam.

Panni ad vſum baptizandi ad eandem formam.

Vrceoli, & peluiculæ ad eandem.

Inſtrumentum ferreum ad vsũ conficiendi hoſtias.

Cotila cum plumbo ad vſum hoſtiarum confectarum.

Telare corporalium ad eadē dealbanda, & aptanda.

Conopæum, & alia ad Baptiſterium pertinentia, & alia, quæ ad tempus permittuntur.

Vaſa purificationis cum anſis ad vſum infirmorum, & theca coriacea.

Thuribulum more Ambroſiano.

Telare altarium.

Confeſſionale.

Tabellæ ad vſum Confeſſionalium, & altarium, & in ſacriſtijs ad præſcriptum Inſtructionum.

Suggeſtus ex eodē præſcripto.

Sacrarium aliud extrà capellam Baptiſterij.

Feneſtellæ vrceolorũ ex præſcripto. *Hæc ibi.* §. *ſuppellex hęc eſt.*

Ca-

Digitized by Google

5 Calices ex metalli genere iure permiſſo, eoq; pretioſiori, ſint, quantum per facultates licuerit. *Prou.* 1. *tit. quæ pert. ad celeb. Miſſarum.* §. *Calices.*

6 Superpellicea latis ſint manicis, non anguſtis inſtàr Rocheti. *ib. tit. commun. de rat. diu. off.* §. *ſuperpellicea.*

7 Ad vſum profanum, nequè ad apparatum Sedis Epiſcopalis, nequè alterius Principis, aut Prælati, nequè ad exequiarum pompam, pallia, aliaquè ſacra indumenta altaris exhibeantur. *Prou.* 2. *tit.* 2. *decret.* 19.

8 Indumenta ad Miſſam, diuinaquè officia, priùs benedicantur ab Epiſcopo, vèl alio, qui auctoritatem habeat. *ib. decr.* 20.

9 Libri ſacri vetuſtate cōſumpti, in ignem potiùs conijciantur, quàm ad ſordidum vſum conuertantur. *ibid. decr.* 21.

10 Vaſa adhibita ad communicantium purificationem, nè alterius rei vſui ſint, & in Sacriſtia aſſeruentur. *Prou.* 3. *tit. de ijs, quæ ad ſacram Euch. pert.* §. *ad communicantium.*

11 Vrceoli pro Miſſa, è vitro ſolo, aut è chriſtallo, cum operculo oris adhibeantur. *Prou.* 4. *tit. quæ pert. ad Santiſſ. Miſ. ſacrif.* §. *vrceoli.*

12 Puluinaria Miſſalium vſui addicta, nè Epiſcopi quidèm genibus, cubitiſvè vllo loco, nèc in Eccleſia, ſupponātur. *Pro.* 5. *tit. de Eccleſijs, earum ſupell.* §. *Puluinaria.*

13 Pallia altarium, nè ad ſuggeſti quidem ornatum vſui ſint. *ibid.*

14 Edatur inſtructio pro munditia rerum ſacrarum, quæ poſſit toti Prouinciæ inſeruire, & hoc Metropolitani cura. *Pro.* 6. *tit. quæ ad cul. Eccl.* §. *Sacrarum.*

15 Sacris indumentis, & locis, nè inſignia, ſtēmatavè familiarium, aliaquè profana appingantur, contexantur, aut, ſculpantur. *Diæc.* 11. *Mon. ex. dec. quæ ad dies feſt.* §. *ſacris. indumentis.* Vide V. *Sacriſt.*

SYNODVS.

1 Antè ſtatam Synodi diem per menſem quinta quaquè feria (ſi quadrageſima ſit) oratio de Spirito Sancto, si extrà eodem die Miſſa celebretur. *Pro.* 5. *tit. quæ ad Synod.* §. *Antè ſtatam.*

2 Die Synodi manè, ritè omnes primùm confeſſi, Sacerdotes quidèm celebrent Miſſam, alij Euchariſtiam ſumant. *Diœc.* 2. *decret.* 25.

3 Feria 4. Hebdomadæ tertiæ à Paſchate ſynodus habeatur, niſi aliud indicatur. *Diœc.* 4. *decr.*

decr. 45. §. *Primò igitur*.

4 Interſint & ij, qui ſacris ordinibus ſunt initiati. *ibid.* §. *quamobrem*.

5 Item Clerici cuiuſcunquè ordinis ſint, quicunquè canonũ iure Concil. Triden. Decret. conſuetudine, aliavè ratione intereſſe poſſunt, & debent. *Prou.* 5. *tit. quæ ad Synod.* §. *Synodo Diæceſana*.

6 Item qui beneficiũ in ea Diœceſi obtinent, vbì ſynodus habetur, quamuis in alia domicilium habeant, & hi debent obtemperare in ijs, quæ ad beneficium pertinent, Synodalibus Decretis. *ib.* §. *adſint*.

7 Indicta die Synodi in omnibus Eccleſijs Parochialibus feria quaq; quinta Miſſa dicatur de Spiritu Sancto, & in Collegiatis fiat proceſſio ſingulis diebus dominicis. *Prou.* 2. *tit.* 2. *decret.* 8.

8 Parochi acceptas litteras Archiepiſcopi, legant populo in Miſſa parochiali, eumquè excitent ad orationis ſtudium, ad Sacramẽtorum ſuſceptionem pro Synodo, in Dominica antè eandem. *ib.* §. *Synodalem Pro.* 5. *tit. quæ ad Synod.* §. *Synodalis*.

9 Sacerdotes, eodẽ die Dominico Miſſam faciãt, & Clerici Euchariſtiam ſumant. *ib.* §. *quo puriores*; & *Prou.* 5. *ib.* §. *quo puriores*.

10 Antè Synodum in Ciuitate, ij, quibus demandatum erit, & in Diæceſi Vicarij Foranei cum Parochis agãt de decernendis in Synodo, vt proponantur Archiepiſcopo. *ibid.* §. *Antequàm Prou.* 5. *ibid.* §. *Antequàm*.

11 Et præſertìm in quibus executio deſideretur Decretorũ Prouincialium, & Diæceſanorum. *ibid.* & *Prou.* 5. §. §. *poſtremò*.

12 Vicarij Foranei adſint pridiè diei Synodi ſummo manè in ædibus Archiepiſcopi, eoquè ipſo die tradant nomina, cognomina ordine deſcripta, totius Cleri, cum cauſis eorũ, qui non conuenient in Synodo. *ibid.* & *Prou.* 5. *ibid.* §. §. *cum autem*.

13 Deferant indicem Eccleſiarum, campanarum, aliarum, itèm rerum in eorum Vicariatu conſecrãdarum, ad Archiep. aut Cancellarium tempore Synodi, vt opportunè in Viſitatione, aliaſvè conſecrẽtur. *Diac.* 11. *Mon. exec. decret. quæ ad dies feſt.* §. *Eccleſiarum*.

14 Præfecti regionũ in vrbe hoc idem præſtent triduò antè diẽ Synodi, de ſuo Clero. *ibid.* §. *hoc ipſum*.

15 Singuli, qui tenentur ad horas Canonicas, deferant Breuiarium, & Calendarium anni

ni currentis cum nomine, & cognomine poſſidētis, initio notatis. *ibid*. §. *& Prouin*. 5. §. §. *ſinguli*.

16 Vbì Mediolanum venerint, hoſpitij Præfectum adeant, eiq; chirographum dent, quo ſuum quiquè nomen inſcribant, hoſpitij locum, & hoſpitem, ad quē diuerterint. *ibid*. §. *vbì Mediolanum*. *Pr*. 5. *tit*. *quæ ad Synod*. §. *ijdem*.

17 Pridiè diei Synodalis ſub primam horam noctis in omni Eccleſia Ciuitatis, ſolemni campanarum ſono ſignificatio detur. *ib*. *& Prou*. 5. §. §. *Pridiè*.

18 Poſtridiè, quę ſtata dies Synodi eſt, ſummò manè, & cęteris deinceps Synodalibus diebus in Metropolitana Eccleſia, certis campanę ictibus clerus conuocetur. *ib*. *& Pro*. 5. §. §. *poſtridiè*.

19 Tabella etiàm idem ſignificetur, publicè affixa, cura Magiſtri cęremoniarum. *ibid*.

20 Ieiunus manè quilibet adſit. *ibidem*, *& Prouin*. 5. §. §. *nec verò*.

21 Cum de examinatoribus, & Iudicibus cauſarum deligendis agetur, hoc in ſuffragijs ferendis ſpectent, vt Deo, Religioni, conſcientię ſuę, & Eccleſiæ vtilitati ſatisfaciant. *ib*. §. *cum autem*.

22 Nè quis diſcedat, nisì facultate priùs impetrata. *ibid*. §. *quo tempore*.

23 Quilibet in Synodo, quo die ſcrutinium Cleri fit, exibeat ſuas facultates, ſi quas habet: quibus, vèl certa in Eccleſia Miſſam celebrare, confeſſiones audire, vel cum laicis habitare, vel mulieres domi habere poſſit. *Diœc*. 11. *tit*. *Mon*. *ex*. *decr*. *quæ ad Sacramental*. §. *vnuſquiſq; Eccleſiaſticus*.

24 Qui non exibuerit, id ei pænæ ſit, vt, sì quam habet, nihil impoſterum ipſi ſuffragetur. *ibid*. §. *quicunquè*.

25 Indicem quoquè librorum cui manu ſua ſit ſubſcriptum oſtendat, & tradat. *ib*. §. *indicem*.

26 Clerici ſingulis Eccleſijs adſcripti idem de functionum teſtimonio præſtent. *ibidem*. §. *Clerici*.

27 Statuat Epiſcopus hominem Eccleſiaſticum iuriſperitum, qui Promotoris officio fūgatur, & vnū, vel duos, qui cauſam abſentiæ eorum, qui Synodo intereſſe debent, recognoſcant; querelas, controuerſias, accuſationes, Epiſcopi nomine, audiant, & ad Epiſcopū referant, cui, etiàm tempore Synodi liberū ſit eas ſibi aduocare, ſeù alijs deleg. *Pr*. 5. *tit*. *quæ ad Synod*. §. *vt autèm*.

28 Sta-

28 Stata hora habendi Synodũ graui omnes inceſſu conueniant, ſuperpellicea, & cappas, almutias, pro Eccleſię inſtituto, & vſu induant, quam in Cathedrali canonicatum, aut dignitates habent, & qui ſunt Præpoſiti Collegiatarũ Eccleſiarum. *ibid.§.qua hora.*

29 Bini ad locum veniant, ordine conſideant, non vocibus obſtrepant, tumultibus Synodum perturbent, nilquè præſtent Eccleſiaſticæ dignitati minùs conueniens. *ibid.* §. *in loco igitur.*

30 Vltra triduum liceat Epiſcopo Synodum protrahere pro reum agendarum ratione. *ib.* §. *Synodali.*

31 Primo die Synodi peracta, ſolemni proceſſione Miſſam faciat Epiſcopus; tum ſtatis præcibus & cæremonijs ex ritu, ſermonem habeat ad Clerum eo de genere, quod actioni Synodali ſit accomodatum. *ibid.*§. *primo Synodi.* Et alijs quoquè Synodi diebus. *ib.*§.*manè item.*

32 Sermone peracto, Archidiaconus, ſeù alius, Epiſcopi iuſſu ſilentium indicat, accedat deindè ad Epiſcopum Decreta lecturus, & quæ Decreta ab Epiſcopo acceperit legenda, de ſugeſtu alta voce pronuntiet. *ibid.* §. *quo ſermone.*

33 Decreta initio Synodi legẽda ſunt hæc, vlz.

Vnum cõplectens monitiones pertinentes ad viuendi modum, rectamq; Synodi celebrandæ rationem.

Alterum promulgationis nominum, Miniſtrorum, iudicum, quęrelarum, conſtitutorum ab Epiſcopo audiendis excuſationibus abſentiæ vniuſcuiuſq;

Tertium indicens deferenda nomina ad Cancellarium Epiſcopalem, eorum, qui ſynodo intereſſe debent.

Quartum cauens, nihil de cuiuſquam iure poſſeſſionevè detrahi, ex eo quod contigerit in ea ſynodo ſuo loco nõ ſedere, aut incedere, aut quidquam aliud agere, ſed in eo ſtatu omnia permanere, quo anteà fuiſſe compertum fuerit.

Quintum, ſub pæna excommunicationis prohibens nulli fas eſſe, niſi miſſione ab Epiſcopo impetrata, à Ciuitate diſcedere quo tempore habetur Synodus.

Sextum, orationem in Miſſæ ſacrificio ab omnibus Sacerdotibus, & præces à reliquo clero indicens, ſi quæ publica calamitas immineat, aut inſtet. *Hæc Prou.*5. *ibid.*§. *Decreta quæ.*

34 His

Digitized by Google

34 His lectis, nominatim vocentur, qui Synodo adeſſe debent, & reſpondeant, *Adſum. ibid. §. his de more.*

35 Primò Ciuitas, deindè Diœceſis vocetur, diſtinctè, ſigillatim, & ordine. *ibid.*

36 In hac actione hęc legantur.

Decretum Concil. Trid. profeſſionis fidei.

Aliud Conc. Prouin. 1. de eadem.

Formula Profeſſionis fidei ex Conſt. Pij IV. qua lecta, & profeſſione facta, in codicem referantur eorum nomina, qui præſtiterunt, à Cancell.

Decretum Trid. de examinatoribus adhibendis in beneficiorum Parochialium cura committenda; poſt cuius lectionem proponantur ab Epiſcopo examinatores nominatim, & de ijs probandis ſuffragia ferantur.

Decretum Conc. Trid. de ijs deſignandis, quibus cauſæ delegentur.

Conſtitut. Bonifacij VIII. eo de genere, cuius initium eſt: *Ratum*, quibus lectis, illi ab Epiſcopo deſignētur, & pronuntientur, & in ſuffragijs ferendis, Deo, conſcientiæ, Religioni, Eccleſiæ vtilitati, ſaluti animarum conſulant.

37 Promulgetur demùm Conſt. Pij II. contrà illegitimè promotos ad aliquem ordinem. *ibid. §. in hac actione. & Prou. 3. tit. de his, quæ pert. ad ſacr. ordin. §. ijs igitur.*

38 Conſt. Pij V. de confidentijs, & illa, de Canonicarum horarum recitatione. *ib. & Prou. 3. ibid. §. de confidentijs.*

39 Decretum Trid. de Reſidentia ſeſſ. 6. cap. 1. & alterum de Reſidentia ſeſſ. 23. c. 1.

Decreta Prou. 1. de vita, & honeſt. Clericorum, & alia de diuinis officijs.

Decreta Prou. 5. de Chori diſciplina.

Alias etiàm Pontificias ſanctiones Epiſcopi arbitrio Hæc, *ibid. Prou. 5.*

40 Monitiones in Pro. 4. legantur in vnaquaq; Synodo, additis, detractiſq; ijs, quæ Epiſcopus cenſuerit. *Prou. 4. tit. Monitiones. §. cuius inſtituti.*

41 Idem faciat Epiſcopus de his Decretis. *Prou. 5. tit. quæ ad Synod. §. his decretis.*

42 Quæcunq; porrò in Synodo legi, vel promulgari contigerit ijs legendis cōſtituat Epiſcopus Archidiaconum, vel Canonicum Diaconum ſuæ Cathedralis; modò Cancellarius Epiſcopalis dignitatem in ea Eccleſia non obtineat, aut eius Eccleſiæ non ſit Canonicus. *Prou. 5. tit.*

Digitized by Google

quæ ad Syn.§. quæcumq; porrò.

43 Superioribus lectis, pronuncientur delecti punctatores ab Epiſcopo, qui ibidem iurent ex Decret. *Prou.4. ibid.§. bis lectis*.

44 Item teſtes Synodales, qui ex præſcripto iurent. *ibid. §. deindè*.

45 Hoc iuſiurandum præſtetur manè in ſeſſione per eos, qui adſunt, *ibid. §. quo in iureiurando*.

46 Ab abſentibus, Vicarius Foraneius, in cuius regione illi teſtes habitant, ad præſcriptam formam iuramentum exigat. *ibid. §. ſi qui verò*.

47 Id quoquè iuſiurandum in altare maiori præſtetur, vbi pareant accenſis luminibus, ſacræ Reliquiæ. *ib. §. id verò*.

48 Die ſecundo Synodi Diœceſanæ, ſolemnis fiat commemoratio pro Clericis Diœceſis defunctis. *Prou. 5. tit. quæ ad diu. off. pert. §. in Synodo quoquè*.

49 Poſt primæ ſeſſionis diem ſolemnis Miſſa celebretur à canonico, vel dignitatẽ habente hebdomadario, ſtata hora. *Prou. 5. tit. quæ ad Synod. §. poſt prima*.

50 Habentes dignitates aut Canonicatus in Cathedrali, & ſinguli quouis nomine Præfecti Eccleſiæ Collegiatæ, peracto Miſſæ ſacrificio, Pluuialia induant, & etiàm in Miſſæ ſolemnibus, cum Epiſcopus celebrabit. *ibid. §. Pluuialia*.

51 Cum protrahitur ſynodus ad horas pomeridianas, detur ſignum illius, ſtata hora, campana. *ibid. §. Seſſio autèm*.

52 In hac continuata ſeſſione, induat Epiſcopus Amictum, albam, ſtolam, pluuiale rubei coloris, pectorale, mitram pretioſam, duobus de more Aſſiſtentibus. *ibid. §. in qua continuata*.

53 Pronuntiet Epiſcopus initio orationem ADSVMVS. *ib. §. Pronuntietq;*

54 Veſperi antequàm ſeſſio vniuſcuiuſquè diei dimittatur, totus Clerus paulatìm oret pro re, de qua orationẽ fieri initio ſeſſionis fuerit indictum. *ib. §. veſperi autèm*.

55 Cancellarius à Promotore rogatus referat in librũ acta quotidianæ, tàm matutinæ, quàm veſpertinæ ſeſſionis. *ibid. §. Cancellarius*.

56 Nè prius dimittatur Synodus diei, quàm ab Epiſcopo benedicatur. *ibid.*

57 Nequè ſeſſio ſecunda dimittatur priùs, quàm publica oratio ſit perorata; tũ tertia ſeſſio indicetur. *ibid. §. At verò*.

58 Die

58 Die tertio ſeſſionis promulgentur noua Decreta, ſi quæ ſunt, de ſugeſtu: & monitiones ex Prouin. 4. legantur. *ibid.* §. *quo tertia.*

59 Sequenti anno celebranda Synodus certa die, indicetur. *ibid.*

60 Habeat Epiſcopus accomodatum ſermonem Clero, & ſolemnem proceſſionem, à qua cum redierit Clerus per dimidiam horam flexis genibus tacitè orabit, proùt Epiſcopus ſtatuerit. *ibid.* §. *tum Epiſcopus.*

61 Acclamationes ſanctè fiant ex formula ab Epiſcopo præſcripta, quibus expletis oſculum pacis ab Epiſcopo recipiant, & ſibi inuicem dent. *ibid.* §. *tum poſtea*, & *Diæc.* 4. *decr.* 45. §. *abſoluta.*

62 Vbi longiùs duci contigerit hunc ritum ob numerũ clericorum, ſolùm Præpoſiti, & Archipræsbyteri ab Epiſcopo illud accipiant, qui ſuo quiſquè clerico dent, ijquè interſe mutuò. *ibid.* §. *ſi verò Clerici.*

63 Epiſcopus ſolemnitèr demũ clero benedicat, & Archidiaconus ex ritu Synodi dimiſſionem ſignificet. *ibid.* §. *denum.*

64 Synodus Diæceſana ſingulis annis, & ſex menſibus poſt Concil. Prouinc. habeatur ab Epiſcopo, & certus eius habendæ dies decernatur, qui in ſingulos annos in cathedrali Eccleſia die Epiphaniæ, vel Kal. Ianuarij indicatur de ſuggeſtu, & in Calendario adſcribatur, quod ſingulis annis cõfici ſolet, & hunc diem liceat Epiſcopo prorogare; ità tamen, vt nequè ſex menſium ſpatium, nequè annus prætereat, quo Synodum non habeat. *Prou.* 4. *tit. de Synod. Diæceſ.* §. *Epiſcopus.* Vide V. *Conc. Prou.*

TESTES SYNODALES.

1 Sint viri Eccleſiaſtici, prudentes, graues, benè morati, & duo eligantur à Metropol. in Concil. Prouin. ex vnaquaquè Diæceſi: ab Epiſcopo in Diæceſi ſua 7. vel plures, proùt expedire meliùs cenſuerit. *Prou.* 4. *tit. de teſt. Synod.*

2 Si abſunt, nominatus à Metropolitano, à Concil. Prou. Epiſcopus, pro cuius Diæceſi electi ſunt, menſis ſpatio à fine Concilij, eos ad ſe litteris accerſat, & eoſdem ad formulæ præſcriptum iureiurando adſtringat, & præſtiti iuramenti publicam fidem Metropolitano intrà menſẽ mit-

Digitized by Google

mittat. *ib.* §. *qui à Metropolit.*

3 Metropolitanus autē, hanc, litteris, poteſtatē faciat Epiſcopo, adſtringendi illos iureiurando, quod certis conceptis verbis ex decreto Pro. 4. ab ijs præſtari oportet. Et id exequatur Epiſcopus duorum menſium ſpatio, poſtquam redierit ad ſtationem Epiſcopalem, & Metropolitanum per litteras de hoc,eo tantùm nomine certiorem faciat. *Prouinc. 6. tit. de Concil. Prou.* §. *Synodalium.*

4 Horum, qui iureiurando adſtricti fuerint nomina à Cancellario certo libro Archiep. vel Epiſcopi eius auctoritate delegata; iuſſu, certo libro notentur. *ib.* §. *teſtium verò.*

5 Teſtis Synodalis à Metropolitano delectus in Synodo Prou.qui iuratus gerat in aliqua Prouincia munus ſuſcepti officij, sì antè indictā proximè futuri Concilij diē, obierit: ſit cura Epiſcopi admonere Metropolitanum, qui alium eius loco ſubſtituat, qui, ex forma, iuratus, defuncti partes obeat. *ibid.* §. *ſi quandò.*

6 Inueſtigent diligenter, ſinè vlla tamen iuriſdictione, & denuntient Archiepiſcopo prout opus erit, hæc, vlz.

An Parochi, alijquè quicunq; in

Eccleſiaſtici contineant ſe in ijs moribus Clericalibus præſcriptis in Concil. Mediol.

An reſideant in ſuis Eccleſijs, qui tenentur, & habitent in Parochialibus, canonicalibus, vel clericalibus ædibus.

An Parochi animarumq; curatores rectè officio ſuo fungantur, & in omnibus curæ Paroch. officijs diligentèr præſtent ſuas partes.

An homines Eccleſiaſtici,quicunquè ſint, oneribus ſuis ſatisfaciant, & præſcriptas ſibi functiones obeant.

An Eccleſiæ, quas ij obtinent, ſartæ,tectæquè ſint, ornamētis, & ſupellectili neceſſaria inſtructæ;in cæmeterijs quod ſit incultum, aut à religione, pietatevè alienum.

An populus feſtos dies colat; in Eccleſia piè verſetur; diuinis officijs, & concionibus frequens ſit.

An ſtata Eccleſiæ ieiunia ſeruet, & Parochis, & Sacerdotibus debitum honorem deferat, eorumquè monitis pareat.

An recuſet decimas, debitaq; eis emolumenta ſoluere.

An ſacrilegi, blaſphemi, concubinarii, adulteri, inceſtuoſi,excommunicati,ſint in populo, aut ſuſpecti magiæ, hæreſis, ſuperſtitioniſvè nomine. An

Digitized by Google

An aliæ morum corruptelæ correctionem ab Epiſcopo requirentes.

An ad quos intereſt, decreta Prouinc.& Synod. ſeruent.

Quæ verò compererint, nullam adhuc executionem habuiſſe vel deprauata, correctionem, aut reformationem deſiderare, referant ea in ordine in litteris, & ad Epiſcopum mittant duobus antè menſibus, quàm Synodus habeatur.

Stata die Synodi interſint, & ſi quæ interroganda, examinanda, aut cognoſcenda ab illis, quæ de iis ſcripta ſunt, fuerint, coràm fidelitèr reſpondeant. *Hæc Diæc.* 4. *decr.* 47. §. *inueſtigent. Prouin.*4. *tit.de teſtibus Synodal.*

7 Iurent allatis ſanctorum pignoribus, in Synodo, ſe executuros partes muneris ſui. *ibid.* §. *qui à Metropolit.*

8 Poſſunt compelli ab Epiſcopo, vt hoc munus ſuſcipiant. *ibid.* §. *quicunq;*

9 Menſe ſaltèm antè Synodū Epiſcopo ſignificent, quæ reformationem requiruntur. *ib.* §. *quæcunq;*

10 Deferant itèm ad Metropol. in Prouinc. vel Epiſcopum in Diœceſ. quæ decreta viderint executione indigere, quæ reformatione, correctione. *ib.*

11 Hæc verò omnia tribus antè Concil. Prou. menſibus ſcripto relata ad Metrop. mittāt. *ibid.* §. *qui Prouinciali.*

12 Viatici, & victus ſumptus teſti Synodali ſuppeditetur venienti ad Concil. Prou. aliqua contributione à Clero eius Diœceſis facta. *ibid.* §. *viaticum.*

13 Hoc præſtari Epiſcopus aliquot antè Concilii tempus, diebus, curet, aut ſanè pecunia eo nomine ſuppeditetur, quę ex illa cōtributione mutuanti reſtituatur, nè viatici difficultate eius munus retardetur. *Prou.*6. *tit.de Concil. Prou.* §. *Epiſcopus.*

14 Teſtibus verò Diœceſanæ Synodi, nequè ſumptus, neq; viatici aliquid contribuatur. *ibid. Prouin.* 4. §. *ad Diœceſanam.*

15 Niſi ſint ex iis, qui intereſſe Synodo non debent, quibus aliqua ratione victus ſuppeditans erit. *ibid.*

16 Si acceſſerit ad locum aliquem pro ſui muneris functione inueſtigaturus, victus expenſa tribuatur ab iis, quorum cauſa venerit, & Epiſcopus eos compellat. *ibid.* §. *ſi teſtis Synodi.*

17 Quarto quoquè menſe, Teſtes Synodales, de his, quæ pro ratione ſui muneris debent,

bent, ſcribāt ad Archiep. aut Vicarium Generalem, eo abſente. *Diæc. 11. mon. exec. decret. quæ ad Sacram.* §. *teſtes Synodales.*

THÆOLOGVS.

1 Theologalis præbenda optari nè poſſit. *Diæc. 11. tit. Monit. execut. Decret. quæ ad Sacramental.* §. *præbendam.*

2 Ordine primarium locum habeat in Canonicatibus. *ib.*

3 Eo loci conſiſtat perpetuò ille, qui illum obtinuerit, etiā sì poſt alios præbendam eiuſmodi habuerit. *ibid.*

4 Sex menſium ſpatio is Theologus initietur diaconatu; alioquì præbenda ipſo iure vacet. *ibid.* §. *ſex menſium.*

5 Munus illius proprium eſt, vt omni die feſto ſacras literas in Eccleſia interpretetur: in feriis autèm hebdomadæ, vbì cleri numerus eſt, ſacrā itèm ſcripturam, caſuum conſciētiæ tractationem, aut cathechiſmi, alteriuſvè Eccleſiaſticæ doctrinæ lectionem exponat. *ib.* §. *Theologi præcipuum.*

6 Si minùs quotidiè, ſaltèm tèr in ſingulas hebdomadas, arbitrio Archiepiſcopi. *ibid.*

7 Clericos inferiorum ordinū, aut cathechiſmi doctrina, aut alia lectione, etiàm ſeparatìm à reliquo clero ſæpiùs in hebdomada erudiat ad formam præſcriptam. *ibid.* §. *clericos.*

8 Officio quoquè definitoris, & conſultoris caſuum conſcientiæ, non ſolum in Vicariatu ſuo, ſed in aliis finitimis fungatur, tùm in Congregatione menſtrua, tùm alio tēpore. *ibid.* §. *officio.*

9 Promotoris officium obeat in ſtudiis cleri illius regionis, reiquè literariæ excitandis. *ibid.* §. *promotoris.*

10 Concionatoris aliquandò officium præſtet, cum Eccleſiæ Præpoſitus aliqua ratione eſt impeditus: conciones in frequentiori conuentu cleri habeat, & Confeſſiones audiat, cum Præpoſitus eum requiret. *ibid.* §. *concionatoris.*

11 Præbenda vbì non eſt, in cathedralibus, & collegiatis oppidorum inſigniorum, cōſtituatur. *Prou. 1. tit. de præbenda Theol.* Vide V. *Pæuiten.*

THESAVRARIVS.

1 Quotidianas diſtributiones partiatur, ex ordine liborum punctatoris. *Prouinc. 1. tit. de offic. Theſaurarij.*

2 Nè perſoluat eorum, qui abſentiæ, vel errati cauſa notati fuerint; ſi id fuerit, tantumdèm de ſuo det in vſum Eccleſiæ; & vnius menſis diſtributione careat. *ibid.* §. *is.*

3 Huius officium, biennio ampliùs

pliùs nè duret, niſì de Epiſcopi cōſenſu Capitulum alitèr iudicarit; quo decreto non derogatur priuilegio, aut probatæ conſuetudini alicuius Eccleſiæ. *Prou. 3. tit. de ijs, quæ ad capit. §. quæcunque autèm*.

4 Eidem tradantur tabulæ, & ſyngraphæ ſubſignatæ ſubſcriptiones ſupputationis, vt pro calculi conſtituti ratione ſuo tempore vnicuiquè perſoluat. *Prou. 4. tit. de diſtribut. §. tabula verò.* Vide Verb. *Punctator*.

TVRPILOQVIVM.

1 Habeatur Cōgregatio Theologorum, & Confeſſariorum tàm Regularium, quàm ſæcularium inſtituta ſingulis menſibus, cui præſit Pænitentiarius maior, in qua conſulatur qua ratione occurrendum ſit huic malo. *Diac. 32. cap. 36. §. primùm*.

2 Sæpiùs ad Parochos, Confeſſarios, Concionatores mittantur litteræ admonentes, vt per ſe quiſq; inueharur in hoc vitium. *ibid. §. ſepiùs*.

3 Promulgentur libelli monitorū contrà verba obſcæna, tàm per Ciuitatem, quàm per Diæceſim. *ibid. §. contrà*.

4 Singulis tribus menſibus generalis Communio, & ſermones ad hunc finem habeatur. *ibid. §. ſingulis*.

5 In vnaquaquè regione Ciuitatis, & Diæceſi fiat piorum hominum congregatio, qui hominium turpitèr loquentium correctioni ſtudeant. *ibid. §. in vnaquaq;*

6 In plateis, triuijs, & compitis ſermones à viris religioſis habeantur, quibus emendationem hanc ſuadeant. *ibid. §. per dies feſtos*.

7 Agatur ſeparatìm cū Patribus familias, mercatoribus, operarijs, & cæteris artificibus, nè à ſeruis, filijs, & alijs eorum famulatus obſcenum verbum proferri patiantur. *ibid.*

8 Caupones maximè hortandi vt tàm beneuolę correctioni repugnantes, in hoſpitijs nō retineant. *ibid. §. Caupones*.

9 Atteſtationes de paupertate, vita, & moribus, nequè dent, nequè ſubſcribant Parochi, eorū, qui ſaltèm ſpem emendationis ab hoc vitio non dederint. *ibid. §. Parochi*.

10 De eadem emēdatione agatur etiàm in confraternitatibus, ſodalitiis, & vniuerſitatibus artificium. *ib. §. non modò*.

11 Caueatur diligentèr, nè pueri hoc vitium à teneris contrahant. *ibid.*

12 Confeſſarij comminabuntur caſus reſeruationem, vbi cum

Digitized by Google

cum verborum turpitudine mortale peccatum coniunctum ſit, & conſuetudo corũ talis ſit, vt nulla ſpes emendationis, & correctionis ſit. *ib. §. Confeſſ.*

13 Quadraginta dies Indulgentiæ is lucretur, qui in hoc vitio radicitùs extirpando laborauerit. *ibid. §. deniq;*

14 Iudices, & Magiſtratus caſtigantes blaſphemos, & qui eoſdem deferunt 10. annorũ Indulgentiam conſequantur ex Leone X. conuictos verò blaſphemos punire negligẽtes, iiſdem pœnis ex eodem Conc. affecti ſunt, quas de ſontibus ſumere negligunt. *Prou. 1. tit. de blaſphem. §. Principes.*

15 Hanc Indulgentiam Parochus, & concionator, ſepè promulgent, vt opus erit. *Prou. 3. tit. quæ ad concion. §. Parochus.* Vide V. *Blaſphemia.*

VENEFICIVM.

1 SVB pæna excommunicationis latæ ſententię, quicunq; notitiam certam habuerit de veneficio, ad Archiep. aut Vicarium Generalem deferat illius nomen antè decimum quintum diẽ, à quo in cognitionem venerit. *Diæc. 32. cap. 3.*

2 Parochi, quo die edictum de denuntiandis Hæreticis promulgare ſolent, id decretum addant vulgari ſermone ad terrorem incutiendum. *ibid.*

3 Miniſtri Archiep. & Vicarij Foranei contrà huiuſmodi maleficos, aut ſortilegos inuigilent. *ibid.*

VESTIS

V. Clericorum Vita &c.

1 Sacerdotes, maximè Canonici, & alij choro addicti, cũ iter tantũmodò agũt vti poſſint intercisâ veſte, quę omninò illis interdicitur in ſacris functionibus; ſecus agentes perinde puniantur, ac ſi veſte braciori in ijſdem functionibus vterentur, & ſi addicti ſint choro, in abſentum numero computentur. *Syn. Diæc. 35. Decr. 12.*

2 In menſuali Conuentu Diœceſis, omnes Sacerdotes, talari veſte, nitido ſuperpelliceo birato, & capuccio induti accedant. *Syn. Diæc. 34. cap. 6.*

VICARIVS Foraneus.

1 Singulis menſibus requirat à ſuis Parochis, qui obierint, an animam agentibus adfuerint; & officia pietatis præſtiterint. *Prou. 4. tit. quæ pert. ad extremam vnct. §. ſingulis &c. Diæc. 4. decret. 15.*

2 Ne-

Digitized by Google

2 Negligentes repræhendat, & ad Archiepiſc.deferat. *ibid.*§. *quòd ſi. Diæc.4. ib.*§.*quòd ſi.*

3 In anniuerſarijs congregationibus, & potiſſimùm prima hebdomada ſeptimanæ, quo menſe Viſitatio Semminarij agitur, per litteras Archiepiſcopo exponat de Clericorum ſtatu, ſtudijs, & progreſſionibus. *Diæc.* 11. *Mon. exec. decr. quæ ad Sacram.* §. *quamobrem.*

4 Vicarij Foranei ſemèl ſingulis,menſibus,modò in vnam, modò in aliam eius regionis Parochialem Eccleſiam cogant, idq; in orbem eodem ordine ſemper faciant. *Prou.* 1.*tit.de Vic. Foran.*§.*hi autem.*

5 Quoties in vrbem venerint, primùm Epiſcopum adeant, dequè eorum ſtatu, qui ſibi commiſſi ſunt, acuratè doceant. *ibid.*§. *quoties.*

6 Curati, quamuis dignitate præditi in iſs, quæ ad officiũ ſuum ſpectant, Vicarijs obtẽperent. *ibid.*§. *Curati.*

7 Hi Vicarij ab officio amoueri poſſunt arbitrio ordinarij; & pœnas dabunt, ſi malè id adminiſtrarint. *ib.*§. *hi autem.*

8 In cauſis, quæ eis committuntur, sì notario carent, aſſumant duos,morum,& vitæ integritate ſpectatos homines, qui acta conſcribant. *Pro.*3.*tit.de ijs, quæ ad Epiſc. ſp.* §. *Vicarius Foraneus.*

9 Mercedis autèm, & maior taxa ſit, quàm quæ notarijs eſt præſcripta. *ibid.* §.*ijſq;*

10 Viſitent à feſto Sancti Martini ad feſtum S.Ambroſij, & pro regionis magnitudine vel alia iuſta cauſa, liceat aliquot antè diebus viſitationẽ obire. *Prou.*5.*tit.quæ ad Synod.* §. *quo diligentius. Diæc.* 4. *decr.* 46. §.*quo diligentius.*

11 Conueniant Mediolanum quotannis feria 3.hebdomadæ antè Dominicam in ſeptuageſima penultimæ, ſummo manè in Archiep.ædes, ad Archiep.relaturi de illorũ viſitatione. *Diæc.* 4. *decr.* 46. §.*Vicarij autem.*

12 Nisì aliud per Archiepiſcopi litteras decernatur. *ibid.* §. *id verò.*

13 Deligat Epiſcopus aliquot probatos Sacerdotes, quibùs ſingulis,impoſito Vicarij Foranei nomine, tribuat certas regiones Diœceſis ſuæ. *Pro.* 1.*tit.de Vic. For.conſt.* §.*vt Epiſcopus.*

14 Id munus maximè deferat Archipresbyteris, Archidiaconis,qui in Diœceſi ſunt, & Præpoſitis,alijſvè Eccleſiaſtica dignitate præditis, quos idoneos iudicarit; ſin minùs, ad alios Rectores aptos adhoc

hoc offitium . *ibid.§.id autem* .

15 Inueſtigent præcipuè Vicarij Foranei de presbyterorum vita, & moribus, & quales ſe in paſtorali cura præbeant.

An eorum culpa diuinus in Eccleſia cultus deſideretur:

An re ipſa præſtentur ea, quæ Epiſcopi, vel alij eorum nomine in Eccleſiarum neceſſitatem, earumvè reparationē impendi iuſſerint:

An libros habeant, quos ex decreto Archiep. habere debent:

An omnia in Synodis decreta ſeruentur.

16 Hæc autem omnia,& ſi quid propriè mandarit Epiſcopus, dequè alijs, quæ ad vtilitatē animarum, Epiſcopi cognitionem deſiderāt, ipſum per literas certiorem faciant, *ib. à §. præcipuè ad §. quoties*.

17 Cura quoquè ſit Vicarij Foranei, vt non fiant collectæ taliarum, aut publicæ, priuatæq; exactiones die feſto, non choreæ ducantur, & contrà delinquentes agat ex formulæ præſcripto. Itèm vt in nullo foro, manè, quadrageſimæ tempore, diebus ieiuniorum, & 4. temporum, iudicia non exerceantur; cauſarum quæſtiones non fiant; proceſſus non inſtituantur; teſtes non examinentur, niſi in cauſis à iure expreſſis; contractus, executiones in iure non conceſſæ feſto die, non fiant; agant contrà cupedinarios, ſartores, offellarios, gulæ irritamenta, flores, vnguenta, aues, & id generis alia vendentes die feſto; & contrà hos agatur ſumariè, etiàm ablatis mercibus, & alijs pœnis occurratur. *Diœc. 11. Mon. exec. Decr. quæ ad feſt. dies à §. de collectis, ad §. quam ob cauſam*.

18 Vicarius Foraneus nè admittat ruri in Eccleſia, mulieres capite nō velatas, & ſummo manè ad opus ituras, & veſperi redeuntes, panno lineo partìm complicato, & partìm à tergo reuincto caput velatum habentes, admittat. Mares operarios ſummo manè ad Eccleſiam conuenientes ad Miſſam, vel precationem in aurora, etiàm ſinè pallio admittat, feriatis diebus: ſinè cappa verò, aut veſte ſuperiore pro ratione cuiuſq; ſtatus ad Sacramenta, & diuina officia, nè admittat. *ibid. §. ruri*.

19 Poſſit Vicarius Foraneus ex facultate Archiep. ſcripta, adhibitis Notario, & teſtibus recipere fidei profeſſionem, à profitentibus, & docētibus muſicam, arithemeticam,

con-

confeſſarijs, cōcionatoribus, medicis, chirurgis, bibliopolis, impreſſoribus. *Diæc. 11. tit. Mon. exec. Decr. quæ ad fid. tuend. ſtud. §. quo autem.*

20 Idem Vicarius in Diœceſi, & Viſitator in vrbe, de vita, fide, moribus magiſtrorum publicè, vel priuatim docentium perquirat, & teſtimonium ſcriptum det Archiep. nec priùs eos admittat ad fidei profeſſionem, quàm de eorum probatione deliberatum ſit. *ibid. §. quod teſtimonium.*

21 Vt nullus, etiàm cantoris, ſacriſtæ, cuſtodis, clerici in Miſſa, aut aliam functionem Eccleſiaſt. in vlla Eccleſia ſinè ſcripta ab Epiſcopo facultate obeat, agat, etiàm pæna arbitraria à ſe, vel Viſitatore propoſita contrà Præfectos Eccleſiæ delinquentes in hoc, & contrà munus ſuſcipientes. *ibid. tit. Mon. ex. decr. quæ ad Sacram. §. de facultate.*

22 Hanc verò facultatem poſſit Vicarius Foraneus ad duos menſes concedere, dum hæc ab Archiep. impetratur. *ibid. §. Vicarius tamen.*

23 Vicarius Foraneus, in Diœceſi, ſicut Præfectus, in ciuitate, ſtatim habita notitia alicuius Sacerdotis etiam alterius Diœceſis, conficiant Inuentarium ſcripturarū, aliarumq; rerum. *Diæc. 34. c. 6.*

24 Eccleſiaſticus aliqua pœna mulctatus à Vicario Plebis, ſoluere renuens, aut negligens (ſi mulcta minor non ſit quatuor nummis aureis) ſtatuto primo termino decem dierum, & in contumaciam, alio breuiori, cogatur parere ab eodem Vicario ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrenda. *ib.*

25 Sub pœna quindecim aureorum quilibet Vic. For. paret, & aſſeruet librum mulctarū in quo ſingulæ diligenter, & diſtinctè adnotentur. *ib.*

26 Libros Parochiales, & maxime Baptizatorum, & matrimoniorum deferant aſſeruandos in Archiuio Archiep. & inſuper notulam mulctarum cuiuſq; anni. *ib.*

27 Ne permittant ſinè facultate à Sacerdotibus, aut alijs doceri pueros in ſua Plebe, ſiuè publicè, ſiuè priuatim. *ib.*

28 Admonere Vicarium Foraneum tenentur Sacerdotes, ſi quo die ad conuentū Menſualem accedere non poſſint. *Syn. Diæc. 34. c. 6.*

29 Propalationes, quæ Vicarijs Foraneis vigore publicationis litterarum monitorialiū fiunt, ne ab ipſis parti, ad cuius inſtantiam conceſſæ ſunt

monitoriales tradantur, ſed ad Cancellariam Archiep. de ſtylo tranſmittantur. *ib.*

30 Exacta Quadrageſima, certiores faciant Archiep. quomodò ſe geſſerint concionatores in eorum Plebe, addito Parochorum voto, qui eos audierint. *ib.*

31 Inuigilent ſuper vita, & moribus ſuorum Clericorum in minoribus conſtitutorum, & ſingulis menſibus eos conuocent,& ab eis exigant atteſtationes frequentis vſus Sacramentorum, qui admitti nequeant ad ordines ſine Vicarij Foranei atteſtatione ſuper eorum vita, & moribus. *ibid.*

32 In rebus arbitrarijs æquali propenſione ſe præſtent Vicarij Foranei erga ſuos Eccleſiaſticos. Puniant tamen leuiora illorum errata, & multas ipſas in codicem referri curent, & in quos pios vſus fuerint diſtributæ adnotari curent: & hunc codicem Archiepiſcopo viſitanti,vel eius Viſitatoribus ſub pœna iſtis arbitraria exhibere teneantur. *Syn. Diœc.33. Decr.15.16.*

33 Singulis menſibus ſcribant ad Archiep. ſtatum ſuæ Plebis circa diſciplinam Eccleſiaſticam, mores populi, & huiuſmodi. *ibid. Decr.26.*

VICARIUS Generalis.

1 Vicarius Gener., alienæ Diœceſis potiùs ſit, quàm illius, vbi officij ſui munus exercere debet. *Prou. 5. tit. de Epiſcopo. & Epiſcopali iuriſ. § illud maximè.*

2 Caueat Epiſcopus, nè facile id committat officium ei,qui perſonalis reſidentiæ munus ſuſtinet. *ibid. §. quare Epiſcopus.*

3 Iuret antequàm officium ſuſcipiat. *ibid. §. nè Epiſcopi Vic.*

Saltem Subdiaconus ſit. *Prou.6. tit. quæ ad forum pert. §. quamobrem.*

VIGILIÆ.

1 Conſuetudo celebrandi Vigilias ſolēni ritu in feſtis Patroni Eccleſiæ Collegiatæ, & parochialis, in Eccleſijs, in quibus adhuc viget, omninò retineatur; in alijs reſtituatur, vbi collapſa. *Diœc.32. cap. 16. §. Vigilias.*

2 Vigilia Ordinationis S. Ambroſij ieiunetur, quæ etiàm in Kalendarium perpetuum referatur, & à Parochis, tùm vrbanis,cùm Diœceſanis dominico die proximè præcedenti populo religioſè denūtietur. *Diœc.4. decr.1.*

3 Huius verò feſtus dies, & cōmemoratio ſeruetur etiam vbi in Diœceſi officium Romanum fit. *Diœc.11.Mon.exec. decret.*

decret. quæ ad dies feſt. §. *id in vſum.*

4 Vigilia quoquè S. Sebaſtiani ieiunetur ex voto Ciuitatis Mediol. & ab ijs etiàm ieiunium idem ſeruetur, qui peſtilentię tempore eidem, alijvè ſancto votum fecerunt. *Diœc.* 5. *decr.* 1.

5 Vigiliæ, & feſti dies Sanctorum ex voto Ciuitatis, aut conſuetudine, decernantur ab Epiſcopo conſtitutione Synodi Dięceſanæ, & relati in Kalendarium quotannis die Dominico, prout ea hebdomada occurrerit, denuntietur. *Pro.* 3. *tit. de feſt. dier. cult.* §. *Vigiliæ.*

6 In homni Eccleſia, Prouinciæ Mediol. non ſolùm Dominica die pręcedenti ſacra 4. tēpora, ſed etiàm vbi populus erit frequēs, feria 4. proximè ſequenti, concionem habebit Parochus ad excitandum populum illis diebus ad frequētiora pietatis, & Chriſtianæ religionis officia, maximè ad conueniēdum populum Sabbato ſub Veſperum pro gratiarum actione omnium beneficiorum, maximè ob ordines collatos. *Prou.* 4. *tit. de ſacr.* 4. *temp.*

7 Cohortetur Parochus populum ad ieiunium pridiè diei Sancti, vel Sanctæ, cuius patrocinio Parochialis Eccleſia eſt dicata. *Pro.* 3. *tit. de feſt. dier. cult.* §. *quò religioſiùs.*

8 Vigilias, & ieiunium 4. temporum vulgari lingua ex præſcripta formula in Concil. 4. denūtiet certo tempore, Dominica, vel antè eadem tēpora. *Diœc.* 11. *tit. mon. exec. decr. quæ ad dies feſt.* §. *de denunt.* V. V. *Ieiun.* & V. *feſti dies.*

9 In denuntiandis his temporibus, vtantur Parochi formula Leonis I. vulgari ſermone vberiùs explicata, quæ citatur in Conc. Prou. 4. *ibid. Prou.* 3.

10 Parochi vrbani hortētur crebrò eos, qui rùs petere ſolent ſæpiùs, vt tempore quadrageſimæ, hebdomadæ Sanctæ, & huiuſmodi ſolemnioribus diebus in vrbe, aut frequentioribus oppidis interſint ſacris, & diuinis officijs. *Prou.* 2. *tit.* 1: *dec.* 12. §. *Parochi verò.*

11 Id moneant de altari, & concionando. *Diœc.* 11. *tit. mon. exec. decret. quæ ad dies feſt.* §. *de diligentia.*

VISITATIO.

1 A die Sancti Martini vſquè ad diem feſtum Ordinationis S. Ambroſij viſitationem obeāt Viſitatores deputati. Si verò longiori tēpore opus ſit, antè præſcriptum tempus initium faciant. *Prou.* 5. *tit. quæ ad Syn.* §. *quo diligentiùs.*

2 Vi-

2 Viſitatores ſint Sacerdotes. *Prou. 2. tit. 1. Decr. 6.*

3 Viſitator, tàm in vrbe, quàm in Diæceſi, ſtatum cleri ſuæ regionis quatèr in anno recognoſcat: in hebdomada poſt Epiphaniam: in quarta poſt Paſcha: in prima Auguſti, in vltimis duabus Octobris. *Diæc. 11. tit. Mon. exec. Decr. quæ ad Sacram. & Sacr. pert. §. Viſitator*.

4 Et cognoſcat certis examinis rationibus, quem quiſq; progreſſum in ſtudijs habuerit. *ibid. §. qua in omni*.

5 Ordo viſitationis is erit, vt primùm Ciuitas, deindè Diæceſis, viſitetur; nisì aliud videbitur ordinario. *Prou. 1. tit. de Viſit. §. viſitationis ordo*.

6 In Ciuitate, Cathedralis Eccleſia primo loco, tùm ſingulæ Collegiatę, dein Parochiales omnes, cum Parochis, Sacerdotibus, clericis, qui in Parochijs cōmorantur: ſcholæ, ſeminaria, ſodalitates, hoſpitalia, & alia pia loca. *ibid.*

7 Confirmationis ſacrum vbì opus erit miniſtretur. *ibid. §. Confirmationis*.

8 In ſingulis locis, à viris ætate, vſu, & probitate commendatis, de omnibus inquiratur. *ibid. §. in ſingulis*.

9 Inſupèr Eccleſiã, & eius partes omnes inſpicient, an debito cultu, & nitore teneantur; iubeatquè ſiquid reſtituendum, aut reparandum ſit reſarciri, & hæc, videlicet.

An Sanctorum reliquiæ tutò, ornatè, decentèr aſſeruentur.

Conſecrabunt Epiſcopi altaria, ſi quæ conſecranda.

Pollutam Eccleſiam, aut cæmeterium reconciliabunt.

An neceſſaria ſupelle ad altaris miniſterium, & diuina officia neceſſaria, deſint, & eæ ſint mundæ, & purgatæ aſſeruatæ.

An Miſſæ, & diuina officia per agantur decenti pietate.

An libri Eccleſiæ, vetera ſcripta, Inſtrumenta, priuilegia cuſtodiantur, eorumq; quæ in inuentarium relata ſunt extet ratio. *Hæc ibid. §. Eccleſiam*.

10 Tùm, de dignitatibus, canonicis, & alijs miniſtris quærant hæc.

An ritè ſint ordinati, ijſq; initiati ordinibus, quos eorum officij munus requirit.

An Eccleſias, beneficia, ſeù Eccleſiaſtica officia legitimè obtineant, aut in ea ſe quiſquam intruſerit.

An reſideant Adminiſtrationi Sacramentorum, Miſſarum, & diuinorum officiorum celebrationi, Anniuerſarijs & alijs oneribus ſatisfaciant.

Eo-

Digitized by Google

Eorum vitæ, morum, veſtitus, familiæ, conuerſationis rationem inueſtigent.

An illiberalibus artibus, aut ſordibus dent operam.

An defendant Eccleſiæ, bonorumq; Eccleſiæ iura.

An eorum fructus rectè diſpenſent.

An inter ſe pacem cuſtodiant, & in proximis eandem procurent.

An populus diuinis officijs interſit, & in Eccleſia rectè pièq; verſetur. *Hæc ibi. §. Tum de dignitatibus.*

11 In Parochijs hæc inquirant.

An Parochi habeant libros baptizatorum, confirmatorum, compatrum, Matrimoniorum, & Mortuorum.

An rectè Sacramenta adminiſtrent, & ritè.

An olea ſacra ſuo tēpore mutentur, & mundè ſeruentur.

An Euchariſtia piè, & reuerentèr ad ægrotos deferatur.

An legitimè ex Decr. Conc. Triden. matrimonia celebrentur.

An proprias Eccleſias, maximè feſtis diebus, vt alijs inſeruiant, deſerant.

An verbum Dei habeant, & inſtruant pueros Doctrina Chriſtiana. *Hæc ibi. §. in Parochijs.*

12 In populo hæc inquirant.

An in eo ſint hæretici, vſurarij, concubinarij flagitioſi, & facinoroſi homines, qui gerant inimicitias, qui quadrageſimam, ieiunia, feſtos dies, alioſvè Eccleſiæ ritus non ſeruent, quivè ſemèl in anno nō communicent, neq; confiteantur.

Ant ſint, pia legata non exequentes.

13 Diſciplina domeſtica in filijs educandis Patrum familias ſit honeſta, diligens, pia. *Hæc ib. §. Deniq;*

14 Regularium prædicatorum, & Confeſſorum doctrinam, & probatam vitæ rationem ſtudeant cognoſcere. *ibid. §. his exquiſitis.*

15 Itèm, an hoſpitalia, aliavè pia loca piè rectèq; adminiſtrentur: in iſſquè degentes, an piè viuant. *ibid. §. an hoſpitalia.*

16 Inquirant quos libros magiſtri in ſcholis interpretentur, & an ſuo muneri ſatisfaciāt, ſintq; admiſſi ad preſcriptum Conc. Prou. 1. V. Verb. *Ludimag.* & si ſecùs amoueantur. *ibid. §. de ſcholis.*

17 In Bibliothecis, an ſint hæretici libri, aut iure alio prohibiti. *ibid. §. de Bibliothecis.*

18 Caueant, nè legem de victu, procuratione, & muneribus à Concil. Trid. definitam tranſeant.

Digitized by Google

ſeant. *ibid.* §. *caueant.*

19 Neceſſarium tantū comitatum habeant. *ib.* §. *comitatum.*

20 Nè his plures ſint, hominibus & iumentis duodecim. *ib.* ſed in Concil. Prou. 4. derogatur hoc de iumentis, in quo habentur hęc ſcilicet.

21 Epiſcopus viſitaturus, nè cōducat plures, quàm decem homines, & iumenta ſeptem ad ſummū, ſupputata hoc numero perſona Epiſcopi, & illius, qui præmitti ſolet; & sì plures velit, eos cōducat ſuis ſumptibus. *Prou.* 4. *tit. de viſitatione.* §. *nè deinceps.*

22 Inferiores Viſitatores longè pauciores homines, & iumēta, derogatumquè ſit Prouin. Conc. 1. Decr. *ibid.* §. *At verò.*

23 In menſa duo tantùm fercula afferre liceat, & in reliquis ſeruetur decretum in Prou. 1. factum de Epiſcopalis menſæ moderatione. V. Verb. *Epiſcopus.* nu. 25. *Prou.* 1. *ibid.* §. *comitatum.*

24 Viſitatores inferiores octo ad ſummum homines, & ſex iumenta ſecùm conducant. *ib.* §. *ſi viſitator.*

25 Si pratèr huius decreti præſcriptū cuiquam graues fuerint, dupli reſtitutione teneātur, Epiſcopi arbitrio, & Epiſcopus Synodi Prou. iudicio alias pænas ſubeat. *ibid.* §. *ſi præter.*

26 Viſitentur ab Epiſcopo Monaſteria, vbì non viget regularis obſeruantia, & beneficia commendata, & ſequeſtratione fructuum prouideat, vt, quæ ad diuinum cultum ſpectant, cum dignitate in ijs præſtentur. *Pro.* 3. *tit. de ijs, quæ pert. ad ornat. & cult. Eccleſ.* §. *Epiſcopus.*

27 Viſitet Epiſcopus ſuum tribunal, immò, & carceres ipſemet aliquandò in anno V.V. *Carcer. ib. tit. de ijs, quæ ad Epiſ. for. pert.* §. *quotanis.*

28 Curet, vt qui in liberiori carcere ſunt, Miſſam audiant, & Doctrinam Chriſtianam diſcant. *ibid.* §. *curet etiàm.*

29 Viſitet curatas Eccleſias, quę Regularium Monaſterijs, etiā vbì Abbas Generalis ſedem habet vnionis iure adiunctæ. *Pro.* 5. *tit. quæ ad Synod.* §. *Curatos Eccleſ.*

30 Et Eccleſias Equitum S. Ioānis, vt in Conſt. Pij V. *Prou.* 6. *tit. quæ ad viſitat. pert.* §. *Eccleſias.*

31 Viſitet etiàm ſingulis annis eas capellas, quæ erectæ ſunt etiàm his cōditionibus, vt nè Ordinarius quidèm, aut alius Eccleſiaſticus nomine viſitationis eas viſitet; vſquè adeò, vt sì contrà erit attentatum, nulla ſit erectio, & irrita voluntas teſtatoris; quod ſi his con-

conditionibus erectio probata ſit à S. Apoſt. omninò abſtineat ab earum viſitatione Epiſcopus, niſì cognouerit eos negligentes, quibus teſtator earum adminiſtrationem commiſerit. *Prou. 6. tit. quæ ad viſit.*

32 A ſe ſuaq; familia initium viſitationis ſumant Epiſcopi. *Prouin. 4. tit. de Viſit. §. Epiſcopi.*

33 Maximè in Cleri, & populi priſtina diſciplina, & vtriuſq; moribus cognoſcēdis in primis curent. *ibidem §. diligentiam.*

34 Apoſtolica auctoritate ſtatuant, moderentur, puniant, exequantur quæcunq; neceſſaria videbuntur, nequè in ijs vlla inhibitio, apellatio, aut aliud quidquam executionē eorum, quæ mandauerint, impediat. *ibid. §. in eaquè viſitatione.*

35 Laicorum luxum, & ſumptū veſtium immoderatum cōprimant. *ib. §. fæminarum.*

36 Monialium Monaſteria Regularibus ſubiecta, quod ad clauſuram attinet viſitent, cautè, & diligentèr omnia, quæ ad clauſuram rectè tuendam vllo quoui modo pertinent. *ibid. §. Monialium.*

37 Tum in ſingulos annos hoſpitalia, & pia loca, & quæ laicalia, & merè priuata ſunt, reforment, & corrigant in ijs, quæ ſpectant ad obſeruandā piam teſtatorum voluntatē. *ibid. §. hoſpitalia.*

38 Accedenti ad viſitandū Epiſcopo obuiam procedant Parochiæ incolæ, maximè qui Confirmationis Sacramentū ſuſcepturi ſunt. *ibid. §. Epiſc.*

39 Eidem viſitanti quoq; interſint. *ibid. §. neq; ſolum.*

40 Stata cuiuſcunquè viſitationis die, paſtoralibus litteris præmoneat Epiſcopus, & hortetur populum ad pietatis officia, Confeſſionem, communionem, & preces pro ſalutari viſitationis euētu. *ib. §. primùm vbi.*

41 Triduò proximo, antequàm vniuerſæ viſitationis initium fiat, in Cathedrali Eccleſia, orationem 40. horarum indicat, viſitationis nomine, à clero, & populo piè celebrādam. *ibid. §. triduò.*

42 Hæc ipſa oratio adhibeatur antequàm Eccleſiæ Parochialis, curatæ, aut oppidi inſignioris viſitatio ineatur. *ib. §. hæc ipſa.*

43 Duobus, aut pluribus antè viſitationem diebus Eccleſiaſticum hominem, quem maluerit Epiſcopus, iubeat præire per ſingula loca maximè inſigniora, quæ viſitaturus eſt. *ibid. §. Duobus.*

Digitized by Google

44 Hic enunciet populo, & Clero Epiſcopi aduentum. Aduentanti curet obuiam prouentanti, & in promptu omnia haberi. *ibid.* §. *ille verò*.

45 Litteras paſtorales, edicta, inſtructiones ad viſitationẽ pertinentes enuntiet, & uulget. *ibid.* §. *Paſtorales*.

46 Quæ iuſſerit Epiſcopus illum agere de leuibus cauſis, exequatur. *ibid.* §. *tùm prætereà*.

47 Viſitator etiàm, aut eo impedito alius Archiepiſc. arbitrio deligendus, aliquot antè diebus, quàm viſitandi munus Archiepiſcopus aggrediatur, ad pagos, vicos, loca ſingula plebis, de cuius viſitatione agitur, ſe conferet, adiunctis ſecùm duobus, pluribuſvè confeſſarijs probatis, hicquè viſitator, aut alius idoneus Sacerdos Archiep. aduentum populo ſignificet, concione & lectione litterarum Paſtoralium ad ſpiritualem præparationem hortetur. *Diœc. 11. tit. Mon. exeq. decret. quæ ad viſit.* §. *quæ omnia*.

48 Confeſſarij verò illi, quos ſecum duxerit, rectè curet, vt aſſiduè incumbant audiendis populorũ confeſſionibus pro ratione, & ordine locorum, quò illos mittere opportunius videtur. *ibidem* §. *Confeſſarij*.

49 Idem poſſit alios Confeſſarios adiungere, etiam Parochos, ſed potiùs è longinquis plebibus delectos. *ibid.*

50 Curet diligentèr exequi, quæ de edictis, inſtructionibus promulgandis, de parandis pertinentibus ad viſitationẽ, & præſtandis reliquis, quæ in Concil. Pro. 4. hic conſtituta ſunt. *ibid.*

51 Antè aduentum Archiep. idem antè inſpiciat Eccleſias, & earum apparatum. *ibid.*

52 Aditum populo præbeat, & poteſtatem faciat ſe conueniendi, & ſecùm colloquendi. *ibid.*

53 Ipſe idem exequatur id omne, quod Archiepiſcopi perſonam non requirat; puta in re aliqua viſitationis cauſa perquirenda, teſtificanda aut in cauſa aliqua agenda tranſigenda, decidenda. *ibid.* §. *ſiq;*

54 Parochus vnuſquiſquè tempore viſitationis in Eccleſia, Sacriſtiaquè inſtruenda, ornanda, & parandis ijs, quæ ex Conc. Pro. 4. Decreto paranda ſunt aſſiduus, & totus ſit: quare & à confeſſionibus audiendis abſtineat, maximè vbi aduenerint confeſſarij alij, aut vbi præſens ſit Archiep. niſi alitèr idem facien-

ciendum cenſuerit. *ibid.* §. *vnuſquiſq;*

55 Ità tamèn inſtruat, adornet Sacriſtiam, & ex armarijs exponat ſuppelectilem omnē, vt facilè, & breuì ab Epiſcopo poſſit viſitari. *Prou.* 4. *vt ſup.* §. *Sacriſtiam*.

56 Paſtorales etiam litteras viſitationis nomine editas duobus antè aduentum Epiſcopi proximis feſtis diebus, intra Miſſarum ſolemnia de ſcripto recitet. *ibid.* §. *Parochus*.

57 Idem præſtet de litteris editis de ſuſcipienda confirmatione. *ibid.* §. *itidem*.

58 Idem de alijs litteris ob viſitationem euulgandis. *ibid.* §. *hoc ipſum*.

59 Illis quoquè, quibus intereſt, inſtructiones, quibus viſitandi ratio breuior fit, ſignificet, recitet, exempli copiam faciat. *ibid.* §. *Sacerdotibus*.

60 Litteras, edicta, monitiones Epiſcopi, cohortatione ad populum proſequatur. *ibid.* §. *quam litterarum*.

61 Curet omnes intrà fines ſuæ Parochiæ Euchariſtiam ſumere ab Epiſcopo viſitationis tempore, etiamsì alibì ſumere oporteret. *ibid.* §. *illud*.

62 Itèm, vt qui in legitima ſunt ætate confirmationem accipiant. *ibid.* §. *nemo*.

63 Euulget ſtudiosè Indulgentias, quas Epiſcopi huius Prouinciȩ impertiri poſsūt, ȩgrotis confeſſis, & contritis, sì ab Epiſcopo viſitentur, aut ab alio eius nomine. *Prou.* 6. *tit. de viſit. Infirm.*

64 Pridiè diei viſitationis, & quo tempore dignouerit aduentare, campanarum ſono, Epiſcopi aduentum ſignificet. *ibid.* §. *quamobrem*.

65 Habeat neceſſariam copiam confeſſariorum ad confeſſiones, & reconciliationes audiēdas tempore viſitationis. *Prou.* 4. *ibid.* §. *ſtudeat*.

66 Confeſſionalia multa ad formulæ præſcriptum diſponat in Eccleſia, & neceſſaria ad ſacram populi communionē præparet. *ib.* §. *ac propterea*.

67 Locum Epiſcopo præparet ad confirmationem miniſtrandam. *ib.* §. *locum item*.

68 Suggeſtum decenti ornatu inſtruat ad conciones, & Epiſcopalia monita de ſcripto pronuntianda. *ibid.* §. *ſuggeſtum*.

69 Pridiè diei, quo Epiſcopus viſitaturus eſt, chyrographa eorum, qui confirmationem ſuſcepturi ſunt, compatrum, & commatrum itèm, in promptu habeat. *ibid.* §. *pridiè*.

70 Si quȩ ſunt conſecranda, vel benedicenda det Epiſcopo antè diem viſitationis in tē-

pore. *ibid.* §. *omnium.*

71 Exponat itèm ſacra volumina illius Eccleſiæ politè contexta, vt Epiſcopo facilè appareant. *ibid.* §. *certo item.*

72 Codices quoque, & monumenta, quibus teſtatio fiat ſacrarum reliquiarum in ea Eccleſia aſſeruatarum. *ibidem.* §. *Tutò.*

73 Tabulas, & ſcripta conceſſarum eidem loco Indulgentiarum. *ibid.* §. *eodem.*

74 Separatìm alio in loco monimenta quæuis pro ratione ãnorum diſtincta, quæ ad Eccleſiæ, altarium, capellarum iura, priuilegia, & bona teſtificanda pertineant. *ibidem.* §. *ſeparatìm.*

75 Librum ſtatutorum, conſtitutionum, tabulam rituum, conſuetudinum, sì quas habet illa Eccleſia, maximè in diuinis officijs, & functionibus Eccleſiaſticis. *ib.* §. *librum item.*

76 Inſupèr habeat inuentaria hęc infrà deſcripta, ſua manu ſubſcripta, videlicet.

77 Inuentarium ſacrarum reliquiarũ in ſua Eccleſia reconditarum, & litterarum illas teſtificantium.

78 Indulgentiarum illi Eccleſiæ, capellis; altaribus perpetuò, aut ad tèmpus conceſſarum.

79 Sacræ ſupellectilis illius Eccleſiæ.

80 Bonorum, iuriũ, priuilegiorum Eccleſiæ, altarium, capellarum.

81 Hæc inuentaria appareant, quo tempore, & quibus præſentibus proximè ſint confecta. *Hæc ibidem* §. *in promptu prætereà.*

82 Hæc etiàm inuentaria bonorum, & iurium Eccleſiaſticorum Epiſcopi in Viſitationibus ſecũ adferant, & cum ijs, quę ſeruant, qui viſitandi sũt, conferantur, & ſi quid deſit, quod detrimento eſſe poſſit Eccleſię, animaduertant; ſi quid deerit, reſtituatur, & reſarciatur; ſi quid immutatum fuerit, vel additum, in ea referatur; negligentes verò, contumaces, fraudolenti hac in re; ſi capitulum ſit: vel beneficiatus, Epiſcopi arbitrio; ſi Epiſcopus, in prima. Prou. Synodo pænas dabit. *Prou.* 1. *tit. quæ pert. ad bon. & iur. Eccl. admin.* §. *prætereà.*

83 Hos inſupèr Indices exhibeat, videlicet.

Dignitatum, canonicatuum, portionum, titulorum, altariũ, capellarum, clericatuum illius Eccleſiæ cum explicatione cenſus, & onerum cuiquè adiunctorum, fundationum, inſtitutionum, notariorum

rum

Digitized by Google

rum, qui fundationum tabulas fecerint, & eorum, qui amouibili titulo, altaria capellas &c. obtinent.

Huic ſimilem habeat & exhibeat, Eccleſiarum, oratoriorum ſæcularium, & campeſtrium, quæ ſunt extrà illam Eccleſiam, ſed intrà fines ſuæ Parochiæ, ſcholarum, confratriarum, locorum, operũvè piorum.

Præpoſiturarum, domorum Regularium, etiam sì commendatæ ſint; fæminarum, & quæ ab Epiſcopi iuriſdictione immunes ſint.

Alium, in quo Clerici deſcripti ſint ſuæ Parochiæ, adiecto vnicuiquè, nomine, domicilio, habitatione; &, an ſoli, aut cum alijs, laicis, vel Eccleſiaſticis habitent.

Puerorum vitæ Eccleſiaſticæ diſciplinam ingredientium.

Muſicorum, cantorum, organoq; in quauis Eccleſia ſonantium.

Laicorũ in Eccleſiaſticis muneribus operam aliquã præſtantium.

Prædiorum, bonorumq; Eccleſiæ ſuæ, fructuum, cenſuumq, indè perceptorum, & reddituum, etiam qui ſtatis anni diebus, aliquavè alia ex cauſa proueniunt.

Vſurpationum bonorum, & iurium illius Eccleſiæ, & alienationum triginta annis ante Conc. Trid. & eius confirmationem factarum.

Redituum quorumcunq; communium capitulo, & Clero illius Eccleſiæ.

Eorum quoque emolumentorum, onerum, quæ ad Eccleſias tunc vacantes pertinent, notato tempore, quandiù vacent, & eius, qui earum fructus, & alios cuiuſuis redditus exigit, nomine præſcripto, & auctoritate, qua exigit.

Cenſus itèm, ab eo, qui ſibi tanquàm rectori obuenit, diſtincti, ac ſeparati.

Baptizatorũ, matrimonio iunctorum, confirmatorum, & ſtatus animarum.

Conſtitutionum Pontificiarũ regeſtum, & litterarum paſtoralium, & edictorum ab Epiſcopo acceptorum, in quo notetur dies, quo illa populo legerit, & promulgarit.

Eos indices, qui debent eſſe in Sacriſtia ex præſcripto Concil. Prouin. Diœceſ. & Inſtruct.

Suſceptæ iuſupèr curæ, adminiſtratævè rationum codicem (ſi quam habet) exhibeat.

Separatìm verò, tabulam De-

cre-

cretorum Prouinc. & Diœceſ. ad cultum diuinorum officiorum, vel ad Parochialis curæ diſciplinæquè rationem ſpectantium, quæ nondum executionem habuerunt, notatis itèm cauſis cur ad executionem inducta non ſint. *Hæc ibid. §. in promtu prætereà.*

84 Indicem prætereà horum exhibeat, videlicet.

Hæreticorum, aut eius criminis ſuſpectorum, eorũ libros legẽtium, & habentium; blaſphemantium; Simoniacorũ, vſurariorum; ſuperſtitione, maleficijs, magiiſq; vtentium; inconfeſſorum, & in Paſchate non communicantium; concubinariorum, aut huius vitij ſuſpectorum; publicè criminoſorum, quibus iure Trideu. Conc. & Prou. publica ſit indicenda pœnitentia; Coniugum inter ſe diſiũctorum, nequè ſimul habitantium; qui gradu prohibito matrimonium contraxerũt; irreuerentèr in Eccleſia verſantium; qui Miſſæ intereſſe negligũt feſto die, aut ſeruili addicuntur operi, feſtumvè diem profanãtium; talis, aleavè ludentium, hiſvè domicilium exponentium; libros obſcenos habẽtium, aut imagines obſcenas, tabernis, deditorũ, otio, cauponis deditorũ; immoderatum veſtitũ vtentium; omnium tandem deprauatorum morum publicorum in ſua Parochia. *Hæc ib. §. tùm prætereà.*

85 Videat tamen hæc in re, atq; efficiat, vt earum rerum, quæ notam infamiæ inurere poſſunt, indices ſeparatos habeat. *Diæc. 11. vt ſup. §. quæ in re.*

86 Item indicem, Patrum familias; Ludi litterarij Magiſtrorum; pædagogorũ; artes liberales profitentiũ; mulierum puellas educãtium; rem medicam exercentiũ; pictorum, & ſculptorum; Bibliopolarũ, & impreſſoriam artem profitentium; miniſtrorum publicorum; notariorum; opificũ, & artificũ ſuæ Parochiæ; hominum operibus pijs aptiorum, aut iam deditorũ; vitæ ſpiritualis, & Chriſtianæ diſciplinæ ſtudioſorum; pauperum, viduarum, pupillorum, miſerabilium; cauponarum; choræas profitentium, & docentium. *Hæc ibid. §. Indicem item.*

87 Parochus ipſe exhibeat literas ordinationis, beneficij, facultates ſcriptas obtentas ab Epiſcopo, aut eius miniſtris, ſuo, vel Eccleſiæ nomine. *ib. §. exhibeat ipſe.*

88 Item

88 Item libros proprios, quos habere debet ex Decr. Prouinc. aut viſitationum, Epiſcopivè iuſſu. *ibid.* §. *exhibeat item.*

89 In his ſit ſcriptum nomen poſſidentis. *ibid.*

90 Indicem quoq; librorum, aut impreſſorum, aut manu exaratorum. *ibid.*

91 Quod præſcriptum eſt Parocho, aut curam animarum agenti, id Præpoſiti, Canonici, Capellani, mercenarij, aliorumquè beneficiorum titulum habentes, fabricarum Præfecti, & confratrum, hoſpitalium, locorum piorum Curatores, cum viſitandi erunt, præſtent. *ibid.* §. *quod de ſacris.*

92 Parochi ſit, niſi Epiſcopus alium conſtituerit, eos admonere cum in ſua Parochia viſitandum erit, vt præſcriptum apparatum conficiant, ad quos ſpectat, & eos docere. *ibid.* §. *Parochi ſit.*

93 Citò ſe expediat quàm fieri poteſt Epiſcopus in viſitatione. *ibid.* §. *Epiſcopus.*

94 Quæ de Epiſcopali viſitatione præſcripta ſunt, ſeruentur in alijs viſitationibus, ijs exceptis, quę Epiſcopi ſunt propria. *ibid.* §. *quaecunq;*

95 Audiat in viſitatione Epiſcopus Parochos concionantes. *ibid.* §. *quo verò.*

96 Viuendi regulæ recitentur in viſitatione. *ib.* §. *viſitationis.*

97 Euulgentur monitiones vnicuiq; propriæ.

98 Notarius viſitationis, nihil pro viſitatione accipiat, neq; munus aliquod, etiàm puſillum, nequè pro ſcripturis, vel earum exemplis. *ibid.* §. *Notarius.*

99 Alio tempore pro exemplis exſcribendis mercedem capere poſſit iuxtà taxam fori Epiſcopalis. *ibidem* §. *At pro opera,*

100 Viſitent porrò Epiſcopi ſuam Diœceſim per ſe, ad ſummum biennio. *ibid.* §. *neceſſarium.*

101 Vicarios generales, viſitatoreſvè alios idoneos adhibeant, qui ſedulo hoc munus obeant, ſi legitimè impediti ipſi non poſſint per ſe. *ibid.* §. *ſi verò.*

102 Cum per ſe ipſi obeunt, vnum, vel duos Canonicos adhibeant, vel alios Eccleſiaſticos in ea re peritos. *ibid.* §. *cum verò.*

103 Laicorum hoſpitia, & conuiuia fugiant, & ſi quandò, id contingat, nè Epiſcopalis menſę moderatio excedatur. *ibid.* §. *Laicorum.*

104 Decreta fiant antè diſceſsū, ſi fieri

ſi fieri poteſt. *Prou. 5. tit. quæ ad Synod. §. Atq; in eo.*

105 In his ſtatuendum, quid, à quo, cuius ſumptu, & quo tẽporis ſpatio, & qua pæna fieri opporteat. *ibid. §. atq; in eo.*

106 Viſitationis decreta, primũ gratìs omninò, etiã quod ad ſcriptionem attinet, dentur. *ibid. §. viſitationis autem.*

107 In libro ſcribantur cum primò eduntur. *ibid. §. quæ porrò.*

108 Aſſeruentur in Sacriſtia. *ib.*

109 Subſcribat Viſitator, vel Notarius. *ibid. §. ſubſcribat.*

110 Vicarij, Viſitatores, Clerovè Pręfecti, demandatam ſibi Prouinciam ſaltèm vna vice quotannis obeant, & vbì maximè grauia occurrunt, ad Archiepiſc. deferantur, pro remedio. *Diæc. 32. cap. 28. §. Vicarij.*

111 In hac viſitatione recognoſcat cuiuſuis Eccleſiaſticæ perſonæ ſtatum, conditiones, partes. *ibid.*

112 Item quæ decernuntur in Concil. Prouin. & Diæc. pro cuiuſuis Eccleſiaſtici parte, & munere. *ib. §. alia demùm.*

113 Nullus admittatur ad Eccleſiæ miniſterium, niſì Rectori; cuius Eccleſiæ inſeruire voluerit, facultatẽ in ſcriptis reprę́ſentet; & qui rector ſecus fecerit, decèm aureis nummis mulctetur, & admiſſus miniſter ſinè tali probatione, officij ſuſpenſione. *ib. §. nullus.*

114 Per ſpatium 10. dierum facultatem dare poteſt Vicarius Foraneus vbì militet tẽporis anguſtia pro facultate à Curia impetranda. *ibid.*

115 Qui ſemel dimiſit clericalẽ habitum; nè illum reſſumat ſinè facultate, & approbatione Ordinarij ſub pæna priuationis poteſtatis deferẽdi habitum, ipſo facto; ſuſpenſionis ab ordinibus ſacris ſuſcipiendis; pænæ carceris, Archiepiſcopi arbitrio, ſine ſpe admittendi illum ad ordinẽ Clericalem, nisì euidentèr eum reſipuiſſe cõſtet ex morum probatione. *ibid. §. quem admodùm.*

116 In hoc etiam caſu noua in ſcriptis facultas detur, & certæ alicui Eccleſiæ adſcriptus deſeruiat. *ibid.*

117 Conſtituantur Viſitatores Carcerum, qui ſemèl in hæbdomada carceratos viſitent; & indigniùs, acerbiuſvè tractatos sì repererint, deferant ad Epiſcopum, vt prouideat. *Prou. 1. tit. de carcer. cuſt. §. curent.*

118 Vbì plebes iacturam feciſſe comperiantur decretorum viſitationum præteritarum, earum Vicarij Foranei, nouũ

Digitized by Google

ext ahi curent exemplar illorum Decretorum ex Authentico Archiuij Archiep. & Eccleſijs, quæ indiguerint tradant. *Syn. Diæc.* 33. *Decr.* 14.

VOTVM.

1 Voti commutatio vniuerſitatis, cum fieri contigerit, ratio hæc ſeruabitur: vt die Dominico, qui diem votiuum proximè ſequitur, oblationem Eccleſiæ primùm vniuerſitas per eius Syndicos publicè faciat: tũ verò reliqui fideles offerant pro ſua quiq; deuotione; proceſſio prętereà inter ambitum ſaltèm Eccleſiæ, aut cæmeterij, litanijs, & precibus de more agatur; in Miſſa verò, commemoratio fiat ſancti, cuius nomine votum nuncupatum fuit. *Diæc.* 11. *tit. Mon. exec. decret. quæ ad dies feſt.* §. *de votis*.

2 Parochus autèm curet, vt ijs omnibus pijs officijs populus frequens adſit. *ibid.* §. *Parochus*.

3 Vbi populus, vniuerſitas, parochia, votum facere deliberet, Parochus (ſi tempus patitur) Epiſcopũ conſulat, etiam per litteras, cuius ſententia ritè concipiatur. *Prou.* 5. *tit. de votis* §. *ſi quandò*.

4 Si temporis anguſtia nõ patitur, vt conſuli Epiſcopus non poſſit, aget cum populo, vt votum nuncupetur: at quæ ſpeciatìm ad illius rectè exequendi modum pertinere poſſunt, Epiſcopi ſententiæ, & iuditio relinquãtur. *ibid.*

5 Vniuerſitatis conſenſu, omniquè neceſſaria ratione vt ſit ratum, & firmum, curet Parochus votum fieri. *ib.* §. *caueat*.

6 In voti nuncupatione, ſtatæ præparationes, & cæremoniæ adhibeantur in hunc modum, videlicèt.

Curet Parochus hortari omnes adultos illius vniuerſitatis: confeſſione, & communione muniri ipſo die, quo votum fit.

Pridiè itèm eiuſdem diei ſub veſperum, dari ſignũ campanarum ſono ad populum poſtridiè conuocandum.

Vt in Eccleſia Parochiali, aut primaria, ad altare maius nuncupetur.

Proceſſio de more, voti cauſa agatur.

Deinde Miſſa eo nomine à Parocho celebretur, in qua concio habeatur ad rem accommodata.

Interſint huic actioni Sacer-

Digitized by Google

dotes, & Clerici omnes vicinæ Parochialis, opidi, ſeù loci.

Celebrans, offertorij tempore mandet voti formulam in conſpectu Dei, de ſcripto, ritè, diſtinctèquè ſibi pronunciari ab ijs, qui vniuerſitatis nomine delecti fuerint, genibus flexis.

7 Poſt Sacerdotis communionem, eandem miniſtrabit illis, qui præparati acceſſerint. *Hæc ibid.§.primò igitur.*

8 Voti nuncupati inſtrumentum, Notarij manu confectum, ad Epiſcopum, ſaltèm menſis ſpatio, afferatur, aſſeruandum perpetuò in archiuio Archiep. *ibid. §. voti nuncupati*.

9 Huius exemplum publica auctoritate munitum, in Eccleſia eius populi, qui vouit, perpetuò ſeruetur. *ibid.§. cuius*.

10 Curet Parochus, in tabella lapidea, votum, votiquè cauſam, & conditiones incidi, & in Eccleſiæ loco conſpicuo collocari, & parieti agglutinari. *ibi. §. vtiq; voti*.

11 Si ex cauſa neceſſaria hæ cæremoniæ præſtari nequeunt, curet Parochus quā primum poterit, præſtari. *ibid.*

12 Nè in poſterùm permittant Parochi, à populo publicè nuncupari vota, niſi ſeruata formula à D.Carolo cōſtituta *Diac.32.cap.21.§.de votis*.

13 Vota, quæ longa conſuetudine ad poſteros deducta ſunt, inquirantur à Parocho & Vicario Foraneo, & de illorum cauſa, origine, onere, an ſub mortali obligent, an adimpleri commodè queāt, ſeù expediat publicę vtilitati cōmutari, aut diſpēſari, remq; totam ex ſcripto ad Viſitatorem tranſmittat Parochus, vno, aut altero menſe, antequàm ſtata dies voti adueniat. *ibid.*

14 Viſitator, in Congreg. quæ eſt de diſciplina; re agitata, prout decretum fuerit, & relata priùs ritè in Cancellaria Archiepiſc., patentibus litteris expreſſam, ad Parochum curet perferri, qui ad populum ſtatìm eandem recitet, quidvè in poſterum ſeruare ſub peccato mort. tenetur, animaduertat. *ibid.*

15 Idem præſtabit ſingulis annis die Dominica illā, quæ ad diem votiuam proximè accedet. *ibi.*

16 Vbi adhùc vota publicè, vel priuatim, his ſeruatis, violētur, poſt vnam, vel alteram

mo-

monitionem, ni reſcipiſcat violator, ad Archiep. res deferatur. *ibid.*

17 Curet Parochus reuocare populum à nuncupandis temerè votis, nè maior violandi voti licentia fiat. *ibid.*

18 Doceat in ijſdem nuncupādis, conſilium Parochi adhibendum. *ibid.* §. *docere*.

19 De votis ab aliquo ſemèl emiſſis, nè Parochus inconſulto Archiep. quidquam deliberet, modò ea res ſit, quæ poſſit euulgari. *ib.* §. *de votis*.

20 Diſpenſare, commutare, ſinè facultate nè audeat Parochus. *ibid.*

21 Si quandò votum non planè conſtat, idquè vniuerſitas ſeruare cupit, id denuò nuncupetur ex formula hìc Prou. 5. deſcripta: quòd ſi nec libentèr ſeruat tale votum, nec commutari patitur; Vicarius Foraneus tunc perquirat talis voti monumenta, ſcripta, teſtificationes, & ſi quæ compererit, ad Archiep. mittat, vt quid agendum in ea re, ſit, deliberet. *Diac.* 11. *tit. Mon. exec. Decret. quę ad dies feſt.* §. *ſi quādo*.

V S V R A.

1 Ex mutuo, vel depoſito, etiam apud Iudæum facto, nihil prætet ſortem à quouis homine percipi ex conuento, vel principalitèr ſperari poſſit, tametſi pecuniæ ipſe ſint pupillorum, viduarum, locorum piorum, vel etiàm dotales, niſi quatenùs de iure nominatim permittatur. *Prou.* 1. *tit. de vſuris* §. *ex mutuo*.

2 Si quis oblatas reipſa, loco, & tempore, pecunias, etiam dotales, ſibi debitas accipere recuſauerit; nihil prætèr ſortem, etiàm ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis, vel ex quacunq; cauſa accipere poſſit. *ibid.*

3 Cambia nè fiant, cum litteræ ad deſtinatum locum verè non mittuntur, & ibi non fit ſolutio, ſed vno, eodemquè loco pecunia datur, & recipitur; vel quandò dantur, & accipiuntur pecuniæ cum eo pacto, vt habeatur recurſus ad domum, vel ad reſpondentem dantis, aut accipiētis (quod vulgò vocatur, *la ricorſa*) atquè ità impenſæ, aut alterius rei onus imponitur. *ibid.* §. *nè fiant*.

4 Nè cum alio quis ità contrahat, vt is totam pecuniæ ſummam, ei, qui dederit, ſoluat, cum ille partìm pecunia dederit, partìm nominibus, quæ difficile exigi

poſſint, vel in rebus, pluris, quàm valeant, æſtimatis. *ib.* §. *nè cui.*

5 Præſentem pecuniam quærenti, quidquam cariùs nè vendatur, vt ſtatìm à venditore, per ſe, vel per interpoſitam perſonam viliùs ematur, neq; ob dilatam ſolutionem cariùs iuſto pretio rem vendat. *ibid.* §. *nè cui.*

6 Neq; ob anticipatam ſolutionem res minoris ematur iuſto pretio, vt ſoluatur minùs, quàm debeatur. *ibid.* §. *nè ob anticipatam.*

7 Nè res vendatur, dilata in tempus ſolutione, itaut pretium, quod interim rei accreuerit, vẽditori ſoluatur, ſi eiuſdem periculo non ſit diminutio. *ibid.* §. *nè res vendatur.*

8 Nè res modico pretio pignori detur, vel vẽdatur pacto redimendi intrà certum tempus, vt ſi ad dictum tẽpus res non ſit redempta, res ſit libera emptoris, vel eius, qui pignori accepit. *ib.* §. *nè res modica.*

9 Nè quidquam detur, vt eo, quod datum eſt, aliquid ampliùs exigatur, ſiuè eiuſdem generis, ſeù alterius quomodocunquè, etiamſi operæ ſint. *ib.* §. *nè frumentum.*

10 Nè quis mutuò det frumẽtum, vel id genus aliud corruptum, vt tantundèm integri carioris reddatur, etiãſi reſtitutio differatur in quodcunq; tempus debitori cõmodum. *ibid.* §. *nè quis mutuò.*

11 In ſocietate, in quam alter pecuniam, alter operas cõfert, nè lucri diſtributio conſtituatur, niſi per quotas partes. *ib.* §. *nè in ſocietate.*

12 Nec vltrà eas, certa pecuniarum ſumma, vel quid aliud conferenti pecuniam perſoluatur, neq; ſit pactio, vt ſors ſit ſalua; fructus verò communitèr diuidantur. *ib.*

13 In ſocietate animaliũ, quæ inæſtimata alicui dantur ad cuſtodiam, ſiuè, vt operas præſtet; omnes caſus, etiàm fortuiti, ſempèr ſint periculo eius, qui dederit, niſi id alterius ſocij dolo, vel magna negligentia accidiſſe conſtiterit. *ibid.* §. *in ſociet. animal.*

14 Nec fiat pactum, vt ſors ſempèr ſit ſalua, etiam ex primis fœtibus. *ibid.* §. *nec fiat.*

15 Nequè quidpiam certum, prætèr ſortem, ex fructibus animalium quotannis ſoluatur. *ibid.* §. *nevè quidpiam.*

16 In locationibus animaliũ, quæ fiunt certo pretio, ſi illa abſque dolo, aut negligentia eius, qui conduxit, de-

deteriora fiant, id ſempèr ſit damno eius, qui locarit: ſin autẽ dentur æſtimata, itaut ſors danti ſalua ſit, nihil omninò percipi poſſit. *ibid.* §. *Et in locationibus*.

17 Contractus libellarij, ſeù ficti libellarij dicti, nè fiant, vbi non accedat emptio certæ rei immobilis iuſto pretio, vel vbi venditor redimere cogatur; vel vbi non poſſit redimere, niſi poſt certum tempus, vel vbi annuus cẽſus, ad cuius ſolutionem res obligatur, ſuperat æſtimationem fructuum, quos ex ipſa re ſolet dominus, aut poteſt percipere; & ſi loco pecuniæ, vinum, frumentũ, vel quid aliud promittatur; illud, ad pecuniæ, & iuſti pretij rationem redigatur pro locorum conſuetudine. *ibid. nè fiant contractus*.

18 Qui contrà hæc vſurariè contraxerint, hi contractus, etiàm iureiurando muniti, ſint nulli, irriti, inanes. *ibid*.

19 Contrahentes, tabelliones, qui inſtrumenta confecerint, proxenetæ vſurarum, aut lucri participes, miniſtri omnes horum ſcelerum, tùm iuris, tùm Eccleſiæ pænis puniantur. *ib. & Prou.* 2. *tit.* 1. *decr.* 19.

20 Occurant porrò Principes, & Magiſtratus huic peſti quibus maximè poterunt remedijs. *ibid*.

21 Vſurarij manifeſti nè ſepeliantur in loco ſacro ſub pœna excom. ipſo facto, Parocho contrafacienti, ex Clem. 5. licèt in teſtamento, aut alia vltima voluntate mandarint reſtitui ea, quæ vſuræ nomine acceperint, niſi reipſa pro eorum facultatibus illis ſatisfactum ſit à quibus exegerint vſuras. *ib. decr.* 18.

22 Aut ſi abſunt à quibus vſuras exegerint, Epiſcopo, Vicariovè eius, vel Parocho, intrà cuius Parochiæ fines ille viuens, habitarat, vel Notario publico de reſtitutione cautum ſit pignoribus, aut idonea ſponſione facta. *ibid*.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX TITVLORVM.

A

Abbas. pag.1.col.1
Abbatiſſa. 2.1
Abortus. ibid.
Abſens, abſentia. ib.
Abſolutio. ib.c.2
Acolythus. ibid.
Ædes Canonicales. 3.1
Ædes Parochiales. 4.1
Ædes Clericales. ibid.c.2
Ædes Eccleſiaſticæ. ibid.c.2.
Ædium benedictio. 5.1
Agnus Dei. ib.2.
Alienatio. ibid.
Altare. 6.1
Anniuerſaria. 9.2
Annulus. 10.1
Aqua benedicta. ibid.2
Archiuium. ibid.

B

Baculus. 13.2
Baptiſmus. ibid.
Baptiſterium. 16.2
Benedictio. 18.1
Beneficia. 19.1.
Beneficia Parochialia. 21.1
Beneficiorum pluralitas. 22.2
Beneficiorum permutatio. 23.1
Beneficiorum optio. ibid.
Beneficiorum poſſeſſio. ibid.2
Bibliotheca. 24.1
Blaſphemia. ibid.
Bona Eccleſiaſtica. 25.1
Bulla Pontificia. 30.1

C

Cæremoniarum Magiſter. 30.2
Calendarium. 31.1
Campanæ. 32.1
Cancellaria. 33.2
Cancellarius. 36.1
Canonici. 37.1
Canonicorum Reſidentia. 38.1
Canonicorũ munera in Choro. 39.1
Canonicorum munera erga Epiſcopum. 40.1
Canonicorum diſtributiones. ib.2
Capellani. 43.1
Capitulum. 44.2
Capitulum Sede vacante. 46.2
Carcer. 47.1
Caſus reſeruati. 47.2
Ex Syn. Diæc. 48.1
Cathecumeni. 51.1
Cathedraticus. ibid.2
Caupones. ibid.
Celebritas. ibid.
Ceſſio. 52.2
Chori Diſciplina. ibid.
Chori Magiſter. 53.1
Chori Præfectus. ibid.2
Ciuilis cauſa. 54.1
Clericorum mores, vita, & honeſtas. 56.2
Clericus concubinarius. 62.2
Cleri Conuentus. 63.1

Cle-

Clericalis habitus. 66.2
Codex. V. Liber. 69.2
Cœmeteria. V. Sepulchra. 70.1
Concilium Prouinciale. ib. 2
Concio. 75.1
Concionator. 76.2
Concordia Iuriſdictionalis. 81.1
Concubinarij. ibid.2
Confeſſarius. 82.1
Confeſſionale. 86.2
Confirmatio. 87.2
Confraternitates. 89.2
Congregatio. V. Capellani. Celebritas. Dies feſtus. 94.1
Conſeruatores. 95.1
Corporale. ibid.
Criminalis cauſa. ibid.
Cruces. ib.2
Cuſtodes Eccleſiæ. 96.1

D

Decani. 96.2
Decimæ. 97.1
Decretorum euulgatio. 98.1
Diuina Officia. 99.2
Doctrina Chriſtiana. 101.1
Duellum. 103.1

E

Eccleſia. 103.2
Eccleſiæ Conſecratio. 106.1
Eccleſiæ cultus. ibid.
Eccleſiæ Profanatio. 109.1
Eccleſiæ Reparatio. 110.2
Eleemoſyna. ibid.
Emphyteoſis. 113.2
Epiſcopus. ibid.2
Epiſcopi familia. 118.1
Euchariſtia. 120.1
Euchariſtia ad Ægrotos. 122.1
Euchariſtia in Paſchate. 123.2
Euchariſtiæ Cuſtodia. 126.1
Examinatores. 127.1
Examinis forma. 128.2
Excommunicatio. 132.2
Executio Realis, vel Perſon. 133.2
Exequiæ. 134.2
Exequiæ Eccleſiaſticorum. 136.2
Exequiarum Taxa. 137.2
Exercitatio Spiritualis. 142.1
Exorciſta. ibid.2
Extrema Vnctio. 143.2

F

Feria ſexta Quadrageſ. 145.1
Feſti dies. ibid.2
Fidei Profeſſio. 152.1
Fiſcalis, & Fiſcus. 153.2
Forum Iudiciale Epiſcopi. V. Concordia Iuriſdictionalis. 154.1
Functiones Eccleſiaſticæ. 159.1
Funus. V. Sepultura. ibid.2

H

Hæreſis. 160.2
Hæreditas. 164.1
Hebdomadarius maior. ibid.2
Horæ Canonicæ. ibid.2
Hypotheca. 165.1
Hoſpitale. V. Loca pia. 168.2

Ie-

Digitized by Google

INDEX TITVLORVM.

I

Ieiunium. 168.2
Imagines. 169.1
Immunitas Eccleſiaſtica. 170.2
Indulgentiæ. 172.2
Inquiſitionis S. Officium. 173.1
Interdictum. 174.2
Inuentarium. V. Archiuium. 175.2
Iudæi. 176.1
Iudex Eccleſiaſtic. V. Fori Eccl. & ſecul. Concord. 178.2
Iudex Synodalis. ibid.
Iuſiurandum. ibid.
Ius Patronatus. 180.1

L

Lector. 181.1
Legatum. ibid.
Libelli famoſi. 183.1
Liber. V. Codex. ibid.
Libri. ibid.2
Litaniæ. 186.2
Litteræ Dimiſſoriæ. 187.1
Litteræ Teſtimoniales. 188.1
Loca pia. 189.1
Ludi Magiſtri. 193.1

M

Magicæ Artes. 195.2
Magiſter Cantus. 197.1
Manſionarij. ibid.
Matrimonij Denunciationes. 198.2
Matrimonij celebratio. 201.1
Medicus. 206.2
Mendici. 207.2
Meretrices. 208.1
Miracula. ibid.2
Miſsa. 209.2
Miſſa Conuentualis. 223.2
Miſſa Parochialis. 226.2
Miſſa Pontificalis. 227.2
Miſſiones. 228.2
Moniales Regularib. ſubiectæ. ibid.
Monialium Confeſſarius. 229.1
Monialium ægrotantium cura. ibid.
Monialium Auſcultatrices. ibid.2
Monialium Clauſura. ibid.
Monial. collocutio cũ exteris. 233.2
Monialium communes leges. 235.2
Monialium communis victus. 236.2
Monialium Conuerſæ. 238.1
Monialium cura temporalis. ib.2
Monialium cura ſpiritualis. 240.1
Monialium Diſcretæ. 243.1
Monialium Diuina officia. ibid.
Monialium Eccleſiæ. 244.1
Monialium Ianitrices. ib.2
Monialium Monaſteria. ibid.
Monialium Magiſtra Nouitiarum. 248.2.
Monialium numerus. 249.1
Monialium laborum Præfecta. ib.2
Monialium officialiũ electio. 250.1
Monialium Præfecta. 251.2
Monialium Nouitiæ. 252.1
Monialium Profeſſio. ibid.2
Monialium Receptio. 254.1
Monialium ſepultura. 255.2
Monialium Translatio. 256.1
Monialium Veſtitus. ib.
Montes Pietatis. 257.1
Monumenta. ib.2

Mul-

Digitized by Google

Multa fori Eccleſiaſtici. 259.1
Muſici. 260.2

N

Notarius. 262.2

O

OBlationes. V. Votum. 265.1
Obſtetrices. 266.2
Olea Sacra. 267.2
Oratio publica. 268.2
Oratio 40. Horarum. 271.1
Oratoria. V. Altare. Capellani. 274.
Ordines. 275.2
Ordines Maiores. 281.2
Ordines Minores. 286.2
Oſtiarius. 288.2

P

PApa. 288.2
Parochia. 289.1
Parochus. 290.1
Parochi munera. 297.2
Parochi Reſidentia. 298.2
Parochi Coadiutor. 299.2
Patrimonium. 302.2
Pænitentia Sacramentum. 303.1
Pænitentia publica. 304.1
Pænitentiarius. 305.1
Peregrinationes Sacræ. ibid.2
Peſtis. 307.2
Perſonæ Infames. 325.1
Præbenda. V. Canonic. diſtrib. ib.2
Preces Diuinæ. 326.1
Primitiæ. ibid.2
Priuilegium. 327.1
Proceſſio. ibid.
Procurator Oeconomus. 333.1
Promulgatio. ibid.
Puellarum educatio in Monaſterio. ibid. 2.
Puerorum educatio. 334.2
Punctatores. 335.1

Q

QVadrageſima. 339.2
Quæſtus ex Negotiatione. 341. 1.

R

REgulares. 341.2
Reliquiæ Sacræ. 343.2
Repreſentationes Sacræ. 349.1
Reſeruatio. V. Caſus reſeruati. ibid.2
Reſidentia. ibid.
Reſidentia Clericorum. 351.2
Reſtitutio Incertorum. 352.1

S

SAcramenta. V. Baptiſmus. 353.1
Sacrarium. 354.1
Sacriſta. 355.1
Sacriſtia. ibid.2
Scholaſtici. 356.2
Scriptura Sacra. 357.1
Sedes. ibid.2
Seminarium Clericorum. 358.1
Sepulchra. 360.2
Sepultura. V. Funus. 369.2
Simonia. 370.1

Sta-

Digitized by Google

Status Animarum. ibid.
Studia literarum. ibid.2
Subſidium Charitatiuum. 372.1
Suppellex Sacra. ibid.
Synodus. 373.2

T

TEſtes Synodales. 379.2
Thæologus. 382.1
Theſaurarius. ibid.2
Turpiloquium. 383.1

V

VEneficium. 384.1
Veſtis. V. Clericorum Vita &c. ibid.2.
Vicarius Foraneus. ibid.
Vicarius Generalis. 388.2
Vigiliæ. ibid.
Viſitatio. 389.2
Votum. 401.1
Vſura. 403.2

INDEX FINIS.

592491

Digitized by Google

Digitized by Google

592491

Digitized by Google

Digitized by Google